



**D. Haymonis, sanctissimi quondam Halberstatten[sis]  
Episcopi, in omnes Psalmos pia, brevis ac dilucida explanatio,  
quam ille ueluti spiritualis apicula, ex omnium ueterum hortis  
ac pratis florentissimis decerpsit, quo simplicibus & occupatis  
esset parata saluberrimi mellis copia.**

<https://hdl.handle.net/1874/428362>





**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Kast 108

N<sup>o</sup> 19




50


r

















D<sup>o</sup>

~~N. 171~~

Kassio

M. Mai. 19

71  
**D. HAYMO**

**NIS, SANCTISSIMI QVON-**  
dam Halberstatenſis Episcopi, in omnes Psal-  
tmos pia, brevis ac dilucida explanatio  
quam ille ueluti spiritalis apicula,  
ex omnium ueterum hortis ac  
pratibus florentissimis decer-  
psit, quo simplicibus &  
occupatis esset pa-  
rata saluberrimi mellis  
copia.

**AEDITIO SECVNDA.**

**Coloniae, Anno M. D. XXXIII,**



Biblioth. et Interpretes

Octavo n. 171.



# DES. ERA

SMVS ROTERODA-

MVS INSIGNI PIETATE VIRO

Iohanni Emstedio Cartusiano

Louanij. S. D.



V ANQVAM haud  
ignoro charissime frater  
non deesse tibi confabu-  
lones, qui & solitudinē  
tuā exhilarēt, & silentiū  
istud nō sināt esse mutū  
tū uisum est unum adde-  
re, q̄ pia loquit̄ uerius q̄ diserta: tametsi nō  
uideo quo pacto negari possit diserte dici,  
qd̄ pie dicit; Is est Haymo. N. monachus,  
Abbas & Episcopus, mira breuitate, mirāq̄  
simplicitate ac p̄spicuitate enarrās Psalmos  
Dauidicos. Fuit hoc studiū seculis aliquot  
monachis erudit̄is, ut quæ à ueteribus uel  
subtilius essent scripta doct̄is, uel fusius di-  
cta apud populū, in cōpendium redigerent  
adeo p̄spicua breuitate, ut & ab occupatis,  
& à tenuiter literatis facile ualeāt p̄cipi. Hu-  
ius ordinis præcipue sunt Anselmus, Beda,  
Clau

EPISTOLA DEDICATORIA.

Claudius, & hic qui nunc uenit in tuos cōplexus, Haymo: quorum industria non mediocrem utilitatem attulit Ecclesiæ: præsertim si quis spectet tum tempora, tum regiones in quibus illi uixerunt. Decet autem, ut qui reiectis omnibus remoris properant ad illā cælestē uitam, q̄ maxime sint expediti, nec ullis minus necessarijs sarcinis grauentur. Quo magis mirandum est, q̄ quidam, qui uictu cultuq̄ simplicitatem apostolicam profitentur, doctrinam amplectantur omnium minime simplicem, sed argutis superuacaneis, & Auerroicis dogmatibus, ac nouis insuper somnijs spinosissimā. Quum igitur tales essent monachi, nomen erat apud omnes gratiosum, & honorificū erat appellari monachum: Nunc quorundam malī mores in causa sunt, ut boni quoque communis inuidiæ molestiam ferant. Aristippus quum unguento quodam uehementer esset delectatus, Male sit, inquit, istis cinædis, qui rem tam bellam infamarunt: Similibus uerbis non absurde quis stomachetur in eos, qui suo uitio, monachi nomen in inuidiam uocârint, quum reuera non conueniat ullum esse plausibilis.

D. ERASMI ROTERODAMI

Quis enim non amet eos homines, qui uere mundo mortui, sese totos deo dedicauerunt? Quorum talis est uita, talis oratio, ut nemo ab illorum conspectu, nemo a colloquio non melior discedat? A quibus nemo quicquam metuat inuicōmodi, non fraudem ab his, qui pecunias habent pro rudibus, & hoc quod habent, dilargiunt egenis; non uindictam, qui iuxta doctrinam euangelicam, orant pro persecutibus, amore prosequuntur eos quibus sunt iniuri, beneficia reponunt pro malefactis: nec est ulli pudicitiam periculum ab his, qui & corde & corpore sunt incorrupti. Qui propter singularem animi modestiam nulli se proponunt, nulli inuident, nullum fastidiunt, sed quo magis ad perfectionis culmen accedunt, hoc magis ducunt sese omnium infimos: & quam reuera gemas sint & flores ecclesiam, tamen ipsi sese fecem appellant. Aliorum lapsus aut eleuant, aut comode interpretantur, in proprios austeri censes: aliena beneficia candidè amplificant, sua modestè extenuant: nemini adulantur, neminem procacibus uerbis percellunt presentem, nemini obtreant absentem: nihil audire ex ore illorum nisi quod est in corde, uerba charitatis, uerba consolationis, uerba amicam admonitionis.



EPISTOLA DEDICATORIA.

tionis & gratiarum actionis. Adest in his comitas non fucata, sed ex bona conscientia profisciscēs. In summa, cælestis illius ciuitatis imaginē quandā nobis referūt, & angelicos choros quodāmodo repræsentant, uel quod iugiter decantāt laudes dei, uel quod transformati in spiritus, nihil habeant cōmerchij cū carnīs affectibus, uel quod in summa uiuunt cōcordia, uel quod angelorum ritu inter hoīes ac deū uelut internuntij, & populorum uota illi cōmendant, & plurima bona ab illo precibus assiduis impetrant, non sibi tm̄, sed in cōmune. Quid porro si ad has uirtutes accedat donū prophetiæ? ut gratis, ut pure, ut incorrupte doceāt populū, siue uoce, siue scriptis libris, siue utroque? Quid quod ieiunijs, uigilijs, laboribus crucifigentes carnē suā, quantū licet, supplēt ea quæ defunt passionibus Christi, ac seiplos quodāmodo immolant pro salute populī? Et tu laice potes male uelle illis, quod dū crapula grauatus altū stertis, pro te uigilant, pro te ieiunant: dū tu deū alea, scortis, alijsque sceleribus ad irā prouocas, illi pro te deprecant: dum tu apud hoīes male de illis loqueris, illi de te bene loquunt apud deū? Quis tales uiros, nō ut semideos quosdam

ueneretur, nō amet, tanq̄ ad publicā utilitā  
 tē quasi diuinitus datos, etiā si ipse sit uir im  
 probus? Nā eximia uirtus etiā inimicos suos  
 rapit in admirationē sui. Et qui de nullo  
 bene merent, tñ instinctu naturæ reuerent  
 eos, q̄ benefaciūt malis parit̄ ac bonis. Quæ  
 nam igit̄ est quorundā pueritas, q̄ hoc ipso  
 contēnūt aliquē qđ monachus est? Qui mo  
 nachū dicit, oīm heroicarū uirtutū summā  
 dicit, quæ beneuolentiā ac fauorē à bonis p  
 merent, à malis extorquent. Qđ si nihil ali  
 ud displicet q̄ uocabulū, appellent p̄ mona  
 cho, si uidetur, simplicē ac solitariū. Solitu  
 do aūt ea, non æstimat̄ numero conuictorū,  
 sed separatione malorū affectuū: alioqui nec  
 Cartusiani soli sunt. Vbicunq; adest hæc so  
 litudo, ibi adest frequentissima sodalitas. Il  
 le feliciter solus est, q̄ nullius improbi cōui  
 ctu corrūpit, qui nullos habet in animo tur  
 multus affectuū int̄ se pugnatiū, nec tñ cū  
 deo cōsentiētiū. Hoc pacto licet & in prin  
 cipū aulis, & in publicis magistratibus, & in  
 medijs hominum cōmercijs esse monachū.  
 Quænam igitur est animi peruersitas odise  
 se monachū, ob hoc ipsum quod monachus  
 est? Profiteris te Christianum, & auerfaris

EPISTOLA DEDICATORIA.

eos qui Christo simillimi sunt? Hic protinus occinent scio, plerosque plurimum abesse ab hac imagine. Nullum igitur uitæ genus probabimus, si ppter malos oderimus & bonos. Quid igitur superest? Quid nisi ut amemus homines, incerta in meliorē interpretemur partē, ad uitia leuiora conuiueamus, grauiorib⁹ mederi studeamus potius, quàm exasperare, ordinem ipsum & institutum ueneremur etiam. Quod si ad hominum uulgarium ciuilitatem accedat monachorū sese ad ea quæ ueræ sunt religiōis toto pectore referētium industria, facile reuigescet pristinus orbis fauor, facile obmutescent ora maledicorū. Itaq; fiet, ut nō solum uiuant grati deo, gratiosi apud hoīes, uerū etiā feliciter hic uiuāt & hilariter. Nulli eīm uiuunt quietius aut suauius hīs, qui uere monachi sunt, nulli miserius, q̄ qui non ex animo monachi sunt. Illis monasteriū paradysus est, his pistrinū. Sed cuiq; magna ex parte in manu est, ut sibi pistrinum uertat in paradysum. Ad Haymonem redeo, qui Dauide dicam citharā pulsans, angelicum cœtum uestrum ad spirituales excitabit choreas, ut in hymnis & canticis domino psallatis in



D. ERASMI ROTERODAMI

cordibus uestris. Nemo fastidiat dictionis  
simplicitatem, sed amplectatur sententiæ  
pietatem. Hoc eò admoneo, quòd suspicer  
multos esse tales, qualis ego fui olim, q̄ nau  
seant ad omnia, quæ carent rhetorum cõdi-  
mentis & ornamētis. Sed quum essem par  
uulus in Christo, sapiebam ut paruulus: at  
que utinam nũc quoq; prorsus euacuassem  
ea quæ sunt paruuli. Hoc meum officium  
si quam apud te gratiam promereretur, oro  
ut hunc ἀμαρτωλὸν aliquando precibus tu-  
is Christo commendes. Exemplar exhibuit  
uenerabile Monasterium canonicorum  
regularium, uulgo dictum Marpach  
in Elfatia, reliq̄as inauspicatissimi  
tumultus agricolarum. Domi-  
nus illis pro malis reponat  
bona. Vale. Friburgi  
Brisgoiæ, Anno à  
Christo nato  
millesimo  
quingē  
tesis-  
mo  
trigesimotertio,  
Pridie Calendas Martias.

# INDEX PSALMORVM RVM IVXTA SERIEM LITERARVM ALPHABETI.

| Psal.                               | A | Fol. |
|-------------------------------------|---|------|
| ¶ Ad dominum cum trib.              |   | 672  |
| Adhæsit                             |   | 635  |
| Ad te domine clamabo                |   | 139  |
| Ad te domine leuauit                |   | 123  |
| Ad te leuauit oculos                |   | 680  |
| Afferte domino filij dei            |   | 145  |
| Attendite popule meus               |   | 405  |
| Audite hæc omnes gentes             |   | 257  |
|                                     | B |      |
| Beatus uir qui non abiit            |   | 1.   |
| Beatus qui intelligit               |   | 218  |
| Beatus uir qui timet                |   | 601  |
| Beati quorum remissæ                |   | 164  |
| Beati immaculati                    |   | 627  |
| Beati omnes qui timent dominum      |   | 689  |
| Benedicam dominum in omni tempore   |   | 173  |
| Benedixisti domine terram tuam      |   | 450  |
| Benedic anima mea domino. I.        |   | 534  |
| Benedic anima mea domino. II.       |   | 540  |
| Benedictus dominus deus meus        |   | 740  |
| Bonum est confiteri domino          |   | 492  |
|                                     | C |      |
| Cantate domino canticum nouum. I.   |   | 765  |
| Cantate domino canticum nouum. II.  |   | 506  |
| Cantate domino canticum nouum. III. |   | 515  |
| Cæli enarrant gloriam dei           |   | 93   |
| Confitebor tibi domine in toto. I.  |   | 599  |

## INDEX

|                                      |     |
|--------------------------------------|-----|
| Confitebor tibi domine in toto, II.  | 44  |
| Confitebor tibi domine in toto, III. | 716 |
| Confitebimur tibi deus               | 391 |
| Confitemini dño & inuocate, I.       | 554 |
| Confitemini domino qm̄ bonus, II.    | 562 |
| Confitemini domino qm̄ bonus, III.   | 570 |
| Confitemini domino qm̄ bonus, IIII.  | 619 |
| Confitemini domino qm̄ bonus, V.     | 708 |
| Conserua me domine qm̄               | 67  |
| Credidi propter quod locut.          | 616 |
| Cum inuocarem exaudiuit me           | 20  |
| D                                    |     |
| Deprofundis clamaui ad te dñe        | 693 |
| Deus deus meus respice               | 105 |
| Deus deus meus ad te                 | 320 |
| Deus auribus nostris                 | 229 |
| Deus deorum dominus                  | 263 |
| Deus in adiutorium meum              | 361 |
| Deus in nomine tuo                   | 280 |
| Deus iudicium tuum                   | 370 |
| Deus laudem meam ne                  | 587 |
| Deus misereatur nostri               | 335 |
| Deus quis similis erit tibi          | 440 |
| Deus repulisti nos                   | 308 |
| Deus stetit in synagoga              | 438 |
| Deus uenerunt gentes                 | 405 |
| Deus noster refugium                 | 345 |
| Deus ultionum dominus                | 498 |
| Dilexi quoniam exaudiet              | 614 |
| Diligam te domine                    | 78  |
| Dixit dominus domino meo             | 594 |
| Dixit iniustus ut delinquat          | 186 |

PSALMORVM.

|                                  |     |
|----------------------------------|-----|
| Dixit insipiens in corde suo. I. | 61  |
| Dixit insipiens in corde. II.    | 278 |
| Dixi custodiam uias meas         | 206 |
| Domine dominus noster            | 41  |
| Dominus illuminatio mea          | 155 |
| Dominus regit me                 | 115 |
| Dominus regnauit decorem         | 496 |
| Dominus regnauit exulter terra   | 510 |
| Dominus regnauit irascantur      | 516 |
| Domine deus meus in te speraui   | 34  |
| Domine clamaui ad te             | 731 |
| Domine deus salutis meæ          | 460 |
| Domine exaudi orationem. I.      | 736 |
| Domine exaudi orationem. II.     | 525 |
| Domine in uirtute tua læta.      | 101 |
| Domine ne in furore. I.          | 30  |
| Domine ne in furore tuo. II.     | 201 |
| Domine non est exaltatum         | 695 |
| Domine probasti me               | 719 |
| Domine quid multiplicati sunt    | 16  |
| Domine quis habitabit in taber.  | 66  |
| Domine refugium factus           | 455 |
| Domini est terra & plenit.       | 119 |
| E                                |     |
| Ecce nunc benedicite domino      | 703 |
| Ecce quàm bonum                  | 701 |
| Eripe me de inimicis             | 301 |
| Eripe me domine ab               | 727 |
| Eruçtauit cor meum               | 235 |
| Exaltabo te deus meus rex        | 746 |
| Exaltabo te domine qm̄ susce.    | 152 |
| Exaudiat te dominus in tribu.    | 99  |



## INDEX

|                                       |     |
|---------------------------------------|-----|
| Exaudi deus deprecationem             | 314 |
| Exaudi deus orationē meā cum deprecor | 323 |
| Exaudi dñe iustitiam meam             | 71  |
| Exaudi deus orationē meā & ne         | 282 |
| Expectans expectaui dñm               | 213 |
| Exultate iusti in domino              | 168 |
| Exultate deo adiutori nostro          | 434 |
| Exurgat deus & dissipentur            | 337 |
| F                                     |     |
| Fundamenta eius in mont.              | 458 |
| I                                     |     |
| Inclina dñe aurem tuam                | 455 |
| In conuertendo dñs                    | 685 |
| In domino confido                     | 54  |
| In exitu Israel de Aegypto            | 608 |
| In te dñe speraui non confundar       | 156 |
| In te domine speraui. II.             | 363 |
| Iubilare deo omnis terra. I           | 330 |
| Iubilare deo omnis terra. II.         | 519 |
| Iudica me deus & discerne             | 228 |
| Iudica me domine quoniam              | 129 |
| Iudica domine nocentes me             | 179 |
| L                                     |     |
| Lauda anima mea dominum               | 751 |
| Lauda Hierusalem dominum              | 757 |
| Laudate dominum qm̄ bonus             | 755 |
| Laudate dominum in sanctis            | 765 |
| Laudate dominum de cœlis              | 759 |
| Laudate dñm omnes gentes              | 619 |
| Laudate nomen domini                  | 705 |
| Laudate pueri dominum                 | 606 |
| Lætatus sum in his                    | 677 |

PSALMORVM.

|                                |     |
|--------------------------------|-----|
| Leuau i oculos meos            | 675 |
| M                              |     |
| Magnus dominus & lauda.        | 252 |
| Memento domine Dauid           | 696 |
| Miserere mei deus scdm ma.     | 268 |
| Miserere mei domine qm con.    | 290 |
| Miserere mei deus, miserere    | 293 |
| Misericordiam & iudicium       | 521 |
| Misericordias domini in æternū | 468 |
| N                              |     |
| Nisi dominus ædificauerit      | 687 |
| Nisi quia dominus erat         | 682 |
| Noli æmulari in malignant.     | 190 |
| Nonne deo subiecta             | 316 |
| Notus in Iudæa deus            | 395 |
| O                              |     |
| Omnes gentes plaudite          | 250 |
| P                              |     |
| Paratum cor meum deus          | 380 |
| Q                              |     |
| Quare fremuerunt gentes        | 11  |
| Quam bonus Israel deus         | 375 |
| Quam dilecta tabernacula       | 445 |
| Quemadmodum desiderat          | 223 |
| Qui confidunt in domino        | 683 |
| Qui habitat in adiutorio       | 486 |
| Qui regis Israel               | 429 |
| Quid gloriaris in malitia      | 375 |
| S                              |     |
| Saluum me fac domine           | 57  |
| Saluum me fac deus             | 351 |
| Sæpe expugnauerunt             | 691 |



## INDEX

|                              |     |
|------------------------------|-----|
| Si uere utique               | 298 |
| Super flumina Babylonis      | 712 |
| T                            |     |
| Te decet hymnus deus         | 326 |
| V                            |     |
| Verba mea auribus            | 25  |
| Venite exultemus             | 503 |
| Voce mea ad dominum. I.      | 734 |
| Voce mea ad dominum. II.     | 399 |
| Vsquequo domine obliuisceris | 59  |
| Vt quid deus repulisti       | 383 |

Finis indicis Psalmorum.

### Canticorū in hoc opere explanatorum Index.

- Canticum Esaiaē prophetae. Esaiaē. 12. Confitebor.  
 Canticum Ezechiaē regis Iuda, cum aegrotaret, & de infirmitate conualuisset: Ego dixi, Esaiaē. 38.  
 Canticum Annae. 1. Reg. 2. Exultauit.  
 Canticū Moysi ad filios Israēl. Exodi. 15. Cantemus.  
 Canticū Abacut prophetae. Abac. 3. Dñe audiui.  
 Canticum Moysi: Audite cœli. Deut. 32.

## AD LECTOREM.

Primus numerus designat libri faciem, secundus lineam, deinde sequitur uera lectio.

26. 11. trinitatis. 165. 15. beatos. 166. 21. in Lazaro. 169. in linea  
ultima, patris. 170. 12. quia cognouit. 175. 10. dei. 183. 24. indu  
ebat cilicio 188. 15. meditatut. 193. 2. uel nobis &c. 198. 29. de  
deo cognitionē. 200. 4. tam arduam. 203. 13. insipientiā. 211.  
22. sic pec. interiora ani. &c. 216. 1. quod proprie di. 218. 3. ad  
adiuādum. 268. reus ho. linea sequenti. ad eum. 270. 17. de  
restitutione 271. 15. de meipso. 272. 3. secundum hoc. Ibidem  
13. de spe uitæ. 287. 1. insaniz. Recessit autem Christus in so  
litudinem, ut ubi esset quietus. 302. 28. possint me,

VITA D. HAYMONIS PER IOAN  
 NEM TRITTENHEMIVM AB-  
 BATEM SPANHEMEN.

**H**Aymo tertius Episcopus Halberstattenſis eccleſiæ in Saxonia, ex abbate Hirsfeldēſis cœnobii, ordi- nis ſancti Bñdicti, natiōe theutonicus, Alcuini mo- nachi quondā auditor, ad quē Rabanus Fuldenſis tunc ab- bas xxij. libros de uniuerso cōpoſuit, uir certe undecunq; doctiſſimus, diuinarū ſcripturarū ſagaciſſimus; interpres, in declamandis homilijs ad populum excellentis ingenij fuit. Hic primo fuit monachus Fuldenſis cœnobij cū Raba- no, poſtea factus eſt tertius abbas Hirsfeldenſis, poſtremo tertius episcopus Halberſtattenſis cōſecratus. Eandem Ec- cleſiam uerbo & exēplo ſtrenue gubernauit annis tredecim. Scripſit autem penē infinita opuscula, de quibus iſta quæ ſubiecimus, feruntur:

|   |          |                             |         |
|---|----------|-----------------------------|---------|
| In quinq; libros Moyſi  | lib. 5.  | In Iosue                    | lib. 1. |
| In Iudicum  | lib. 1.  | In Ruth                     | lib. 1. |
| In Regum  | lib. 1.  | In Paralipo.                | lib. 1. |
| In Tobiam   | lib. 1.  | In Ezdrā & Neem.            | li. 1.  |
| In Iudith   | lib. 1.  | In Heſter                   | lib. 1. |
| In Iob  | lib. 1.  | In Cantica canti.           | lib. 1. |
| In Eſaiā prophe.  | lib. 3.  | Eſaiās prophe. nobili.      |         |
| In Hieremiam  | lib. 1.  | Et factū, &c. dicit beatus. |         |
| In Ezechielem   | lib. 1.  | Verbū quod factum eſt.      |         |
| In Danielelem   | lib. 1.  | Hymni uocantur, &c.         |         |
| In 11 prophe. mino.   | lib. 12. | Conſulens dñs huma.         |         |
| In Pſalmos quoq;  | lib. 1.  | A Corinθο metropo.          |         |
| In Euāgel. homilia.   | lib. 2.  | In Actus apoſt.             | lib. 1. |
| In oēs Epist. Pauli.  | lib. 1.  | Legimus in Eccleſiaſti.     |         |
| In epist. canonicas   | lib. 7.  | Cū ſis unicū & ſanctiſſ.    |         |
| In Apocalypſim  | lib. 1.  | De chriſt. rerū me.         | lib. 1. |
| De uarietate librorū  | lib. 3.  |                             |         |
| De ſancta Trinitate   | lib. 1.  |                             |         |
| Alia quoq; multa ſcripſiſſe dicitur, epistolas, ſermones uerſos tractatus, qui ad notitiam meā non uenerunt. Mortuus eſt ſub Ludonico imperatore filio Caroli magni. Anno domini. D. CCC. XXXIII. Indictione 11. Sepultus in Eccleſia ſancti Stephani Halberſtatenſi. |          |                             |         |

# D. HAYMO- NIS EPISCOPI HALBER-

statensis in hymnos seu psalmos Dauidicos  
omnes, mirandæ pietatis & eruditionis  
Commentarius.

IN PRIMVM PSALMVM.



YMNI vocantur sin-  
guli psalmi: hymnus em̄  
est laus dei cum c̄ntico.  
In singulis psalmis dei  
iuenitur laus: siue enim  
agatur de potentia diui-  
nitatis, siue de perfectio-  
ne humanitatis Christi,  
siue de sanctitate mem-  
brorū, siue de cōuersio-

ne pœnitentium, laudabilis deus ostenditur. Cum c̄-  
ntico ideo, quia & cum exultatione sunt facti à prophe-  
ta, & in animum recte intelligentium exultationem  
generant. Cognito namq; interitu totius humani gene-  
ris propter inobedienciã primi hominis, prospiciẽsq;  
per spiritum sanctum reparationem futurã per obe-  
dientiam secundi, cum magna exultatione cum pro-  
pheta annuntiat. Soliloquium vnusquisq; psalmus di-  
citur, quoniam in ipsis solus spiritus sanctus sine om̄i  
auxilio humani ingenij loquitur. Vel soliloquium, nō  
quia soli psalmi de Christo loquuntur, sed quia digni-  
us & manifestius cæteris prophetijs, scilicet frequenti-  
us & apertius in paucioribus verbis. Ex qua dignitate  
huius prophetiæ hanc prophetiam in frequẽtiori v su

a

habet



habet ecclesia. Cum dicit propheta simpliciter, Dauid nobis determinate insinuat: sicut per apostolum, Paulum determinamus. Prophetia idē est quod & visio: vnde in libro Regū prophetam Samuelē Saul videntem appellat dicens: Vbi est domus videntis? Non tñ quælibet visio prophetia dicitur, sed ea tantum quæ à solo spiritu ministratur: ea fit de præterito, vt Moyses: In principio creauit deus cælum & terrā: vel de præsentem, vt si quis per spiritum ea in præsentia videat, quæ per naturam videre non posset, vt Ezechielis spiritus transferebatur in Hierusalem, vt videret ea quæ ibi fiebant: de futuro, vt hæc eadem prophetia. Inspiratur autē prophetia vel per somniū, vt Ioseph: vel per angelū, vt Zachariæ: vel per internā inspirationem, vt hæc eadem, id est psalterium: vel per figuras, vt Noë per archam quam rexit in fluctu diluuij, figurauit ecclesiā à Christo per mundi pericula regendam. Hæc vero prophetia psalterium vocatur, quod nomen à quodā musico instrumento tractū est: quo instrumento Dauid & alij præcentores psalmos modulabantur. Diffinitur autē prophetia sic: Prophetia est diuina inspiratio, quæ re: euētus, aut per visiones, aut per facta, aut per quorundam dicta immutabili veritate demonstrat. Per visiones, vt Ezechieli, & beato Ioāni in extasi positis. Per facta, vt Abrahamæ, per immolationē arietis: & Iacob, qui trāspositus manib⁹, Manassien & Effraim filios Iosedi bñ dixit. Per dicta, vt in Moysē de Christo legitur: Suscitabo de fratribus vestris prophetam, ipsum tanq̄ me audite: vel in psalterio. Fit autē prophetia per dicta duobus modis, scilicet aut gratia, aut permissione. Gratia, vt in Moysē & cæteris bonis. Permissione, vt in Sibylla vate, & in infidelibus philosophis, qui multa diuino instinctu de Christo pdixerūt. Vo-

Deut. 18

lens

lens em̄ David cultum dei amplificare, cum homines p̄ sensum psalmorū ad cultum dei, quia bestiales erāt, non posset adducere, eos & per symphoniā instrumentorū, & per cantum hominū ad colendum deum studuit incitare. Cōstituit ergo cū archā de Sylo reduceret, tria milia viroꝝ omni musico instrumento cantantiū, & illis centū quinquaginta præfecit: quibus om̄ibus quatuor alios, Ethan, Eman, Asaph, & Idiū præfectos adhibuit: ipse quoq; cum psalterio modulans in tabernaculo, ad diuinū cultū cæteros inuitabat. Hoc aut̄ opus ab illo instrumēto hac significatione psalteriū vocatū est: quia sicut illud instrumentū decē chordas habens, & superius concavum vnde resonat: ita hæc propheta resonat, semp̄ loquendo de superioribus. Loquitur enim de spiritualibus, non causa humani favoris, sicut mūdani philosophi, sed appetitu vitæ æternę. Decē vero chordæ illius psalterij, decē legis præcepta significant. Quæ omnia præcepta bene implet, & ea quæ in psalterio leguntur exequitur. Sicut enim psalterium quia desup̄ sonat, viuificationem spiritus significat: ita cythara quia desubtus sonat, carnis mortificationem designat. Ideo autem psalteriū viuificationē spiritus significat, quia semp̄ nos monet ea facere, in quibus sp̄s viuificatur. Melodia vero, quæ ex illo musico instrumēto chordis manu tactis fiebat, psalmus proprie appellatur, à cuius similitudine istius prophetię partes distinctæ, psalmi vocantur: quia in ipsis ad quædam operationē manuum, siue affectionum, siue carnalium manuum inuitamur, vt in hoc primo psalmo ad conformitatē secūdi parentis inuitemur. Sicut aut̄ illa melodia, vbi solæ chordæ sine voce sonabāt, psalmus vocabatur: sic illa, vbi sola voce sine chordis cætabatur, canticū dicebatur. Vbi vero melodia præ-

a ij cedebat

cedebat in chordis, & viua vox sequebatur, canticum psalmi vocabatur: vbi aut viua vox precedebat, & melodia sequebatur, psalmus cāntici dicebatur: secundum quas diuersitates quidam psalmi intitulati inueniuntur. Sciendum est autem, quod non eo ordine Dauid Psalmos composuit, quo hic sunt ordinati. Cum em̄ in vxore Vriæ peccasset, Miserere mei deus, fecit: Post hæc vero pro persecutiōe Absolon, Domine quid multiplicati sunt, edidit. Item cum in regem à Samuele ungeretur, Dominus illuminatio mea: Mortuo quoque Saul, Diligā te, &c, Ezdras vero diuino admonit<sup>o</sup> instinctu, in hūc ordinē cōposuit. Ordinis vero rationem (quem tamen eum habuisse credimus) in pluribus ignoramus. Cōmunis materia totius huius operis, Cristus est tripliciter acceptus, scilicet, secundū deitatem, secundū humanitatem, secundū corpus. Quod vero de cōtrarijs, id est, dæmonibus impijs interferitur, non ideo fit, quod sit de principali materia: sed vt principali materiæ subseruiat, per quōsdam cōmoditates admiscetur: vt in primo psalmo de impijs adducit, vt per eorū pœnam homines ab eorū cōformitate deterrear, & ad Christi conformitatem reducat. De hac vero materia hoc modo tractat, ostēdit potentiā deitatis, perfectionē humanitatis Christi, vniuersitatem sanctitatis membrorū, conuersionē peccatorū. Item communis intentio est, vt nos Christo cōformes efficiat: vt sicut portauimus imaginē terreni, portemus imaginē cælestis. Ezdras autem cum cæteris plasmis titulum ascripisset, ideo huic psalmo non ascripsit, quia iste psalmus omnium aliorū titulus est: quia sicut titulus totam materiā sequentē prælibat: ita psalmus iste materiā sequentis operis tēgit, De humanitate em̄ Christi tangit, vbi eum immunē esse ab omni peccato ostendit



dit: de deitate, vbi cum secus decursus aquarū planta-  
 tū esse dicit: de corpore Christi, vbi ostendit quod no-  
 bis vtilis fuit, cum dicit: quod fructū suum dabit in tē-  
 pore suo. Vel ideo etiam huic psalmo titulū non ap-  
 posuit, quia in quodam loco legerat Christum ipsum  
 hunc psalmū appellansem caput libri, vbi dicitur: In  
 capite libri scriptū est de me, &c. Et ideo Ezdras non  
 fuit ausus apponere titulū, cum Christus per David  
 vocauerit hunc psalmū caput libri. Habet autē hic psal-  
 mus materiā Christum, sicut prædictū est. Hoc modo  
 agit de Christo, remouet omnia mala ab eo, ponit in  
 eo oēm perfectionem virtutū, ostendit eum vtilē esse  
 nobis. Sciendū vero q̄ illas perfectiones, quas hic de  
 Christo ponit cōmuniter, in psalmis sequentibus per  
 partes singulas exequitur. In alio eñ psalmo de humi-  
 litate Christi, in alio de patientia, in alio de resurrecti-  
 one Christi agit, & in cæteris similiter. Habet & psal-  
 mus iste cōmunē intentionē, scilicet, vt cōformemur  
 nouo homini. Et quia intendit nos cōformes reddere  
 Christo, ipsius dignitatē pponit, sic nos propheta in-  
 uirans: Vos qui lugetis, cōpressi miseria primi parētis,  
 deserentes illū veterē, ad istū accedite: quia iste est bea-  
 tus vir, primo contrarius. A similitudine exulantis lo-  
 quitur, qui à naturali loco abiit, & inuento loco sibi  
 cōplacito, cœpit immorari, & iam non tā cito pōt re-  
 uocari, sicut prius qm̄ abire incepit: Hic si deinde in ca-  
 thedra .i. in magisterio sublimet, tāto minus facile re-  
 trahitur: ita Adam in beatitudine positus, abiit nō lo-  
 caliter ab eo qui vbiq; p̄sens est: vt per Psalmistā dici-  
 tur: Si ascendero in cælū, tu illic es. si descendero ad in-  
 fernū ades: sed recessit à deo p̄ dissimilitudinē, ad quē  
 acceditur per similitudinē. Per dissimilitudinē abiit,  
 cū ratione postposita, in qua deo similis erat creatus,

Psalm. 39

Psalm. 8



Eux & consilio serpentis paruit. In via peccatorum stetit, quando actualiter pomū comedit. In cathedra pestilentie sedit, cum se occultando & excusando de peccato, posteros suos suo exemplo excusationē docuit: & sic factus est infirmus, cum à deo factus esset firmus. Possset em̄ immortalis & impassibilis permanere, si domini præceptis cōstanter vellet obedire: deus enim in paradiso amœnitatis locauerat eū, in quo erāt fructus, quorū alius famem, alius sitim exstingueret, alij alias passibilitates exstinguerent vel depellerent. Erat ibidē præterea lignū vitæ: cuius fructu si cōuenientibus temporibus vteretur, mortem vitaret & senium: Contra vero huius fragilitatem, Christus vir à viribus dicitur: qui cum esset natus in fragili carne, nec tentationibus cessit, nec aliqua tribulatione defecit: cōtra vero illius infelicitatē Chrs̄ beatus dicitur. [qui non abiit]. i. nō recessit à deo: volūrate scilicet vel cogitatione vel cōsensu: & vt maius meritū eius ostendat, notat eum habuisse persuasorem discessionis, cum subdit: In cōsilio impiorum: persuasit enim ei diabolus, vt adoraret eū, & daret ei regna mundi. Impios vocat, contra cultū dei scilicet infideles: peccatores autem sunt, qui in turpi vita sunt. Et ipse idem Christus nō stetit in via peccatorum, id est, in malis operibus. Per stare ideo actū accipimus, quia sicut ille qui iam stat in aliena terra, non potest ita retrahi, sicut ille qui abire cœpit: sic ille q̄ in actu peccati est, non tam leuiter retrahitur, sicut ille q̄ in sola volūrate est. Mala opa viā peccatorum dicit, per que peccatores ad æternam damnationem incedunt. [in cathedra pestilentie] id est, nec verbo nec opere studuit mala facere, nec docuit. In cathedra quidē sedit, q̄a doctor egregius fuit: cathedra enim sedes magistrī est, solium regū, tribunal iudicis. Ex ei⁹ vero doctrina  
 nulla

nulla pestis successit: ex ipso enim nulla in alios infirmitas transit. Pestilentia quidem infirmitas est, quæ ab uno animali ad plura, siue ad omnia transit. Per hoc quod dicit, non abiit, non stetit, non sedit, Christum ab omni peccato immunem ostendit. Omne enim peccatum est, vel voluntate, siue cogitatione, vel consensu: quæ voluntas per abire designatur: Vel in actu, qui per stare intelligitur: vel in doctrina, quæ per sedere in cathedra pestilentia intelligitur. Queritur quare remota voluntate peccandi à Christo per non abiit, actum & doctrinam remoueat: cum voluntate remota, hæc alia remoueantur? Quod ideo factum dicimus, ut ostenderet peccata eo ordine quo crescunt in alijs, eo ordine à Christo remouenda. Prius enim homo voluntate. i. consensu & cogitatione peccat, deinde actu, tandem doctrina, scilicet, exemplo & verbo: quæ eadem tres mortes animæ, per tres mortuos à domino resuscitados figurant. Per filiam archisynagogi quam in domo resuscitauit, peccandi voluntas. i. prima mors animæ designatur: qui enim tantum voluntate peccat, adhuc in domo est: nondum enim ad operationem processit. Per eum enim mortuum, quæ extra portam resuscitauit, alia mors animæ. i. actus peccati designatur: quia perficiendo peccata, extra portam sensum eximus, non remanentes in sola cogitatione. Per mortuum iam factentem & auras corruptentem, peccati doctrina signatur, cuius fetore & alij corrumpuntur. ¶ Sed in lege domini] Remotis à Christo omnibus peccatis atque malis, cum omni genere virtutum repletum ostendit. Continuatio: Christus quidem non abiit, sed voluntas eius fuit in lege domini, id est voluntatem habuit implendi legem domini. Lex enim dei est, in deuitandis peccatis, bonisque perpetrandis sancta præceptio. In lege, & non sub lege, ideo bene dicit, quæ

subnotat coactionē. Christus voluntate spontanea le-  
 gem adimpleuit: & non solū adimplere voluit, sed etiā  
 per omnia adimpleuit: & hoc est, & in lege eius adim-  
 plenda meditabitur, id est, in eius impletione studio-  
 sus erit quomō melius impleatur. Non dicit meditati-  
 tur, qđ ipse meditareť: sed ideo, quia sicuti aliquis medi-  
 tans melius implet aliquid non meditante: ita Christ⁹  
 adimpleuit legem melius om̄ibus alijs. Cū futur⁹ po-  
 nit, id est meditabitur, secundū hominē loquit: est em̄  
 hominū, vt de futuris per futura loquantur. Qñ vero  
 ea q̄ futura sunt, vt iam pręterita narrat, non loquitur  
 secundū hoīem, sed quia spūs illius rapiebatur vsq; ad  
 cōsilia dei, in cuius prouidētia iam oīa pręterita sunt:  
 & sicut in libro illo legebat iam pręterita, sic referebat  
 hominibus iam illa pręsentia. [ die ac nocte ] .i. con-  
 tinue: vel, in prosperitate & aduersitate. Prosperitas di-  
 cit, quādo post miraculū de quinq; panibus factū, eū  
 Iudicē sibi regē cōstituere voluerūt: aduersitas, i. passio-  
 ne. ¶ Et erit ] Ostenso Christo imuni ab om̄i pctō, ple-  
 no omni bono, quia hęc possent esse & nihil prodes-  
 sent nobis, vtilitatē apponit, quā nobis cōtulit cum di-  
 cit: Et erit tanq̄ lignū ] Hic propheta p̄ simile de Chri-  
 sto loquit, quia sicut aliqua arbor in humido loco plā-  
 tata, in apto tēpore & florescit & fructificat, similiter  
 Christus. Ipse nanq; plantatus, id est in cōceptione si-  
 ne motu libidinis per spm̄ sanctum sanctificatus, stabi-  
 lis contra omnem impetū diabolicę tentationis per-  
 mansit. [ secus decursus aquarū ] id est, secus decurren-  
 tes aquas. Per aquas spm̄ sanctū intelligimus. Vnde  
 & alibi dicit: Flumina de ventre eius fluent aquę viuę:  
 hoc autē dixit de se, scilicet, quem accepturi essent cre-  
 dentes in eū. Ideo autē spiritus sanctus per aquā signi-  
 ficatur, quia sicut per aquā terra solidat & facit fructū,  
 sic per



sic per spm̄ sanctū dissoluti colli consolidantur vincu-  
 lo dilectionis & fidei, & faciunt fructū bonæ operati-  
 onis: & sicut aqua extinguit sitim, sic spūs sanct⁹ ardo-  
 rē peccati. Decurrentes dicit, quia nullū obstaculū spi-  
 ritui sancto resistere potest. Vnde dicitur: Nemo po-  
 terat resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Se-  
 cus dicit, quia natura humanitatis nō fuit versa in na-  
 turā diuinitatis, sed iuxta, id est, coniuncta fuit: vel per  
 decurrentes aquas, populos defluentes: vnde Iohan-  
 nis in Apocalypsi dicit: Aquę multę, sunt populi mul-  
 ti. Secus populos Christū fuisse dicit, quia non pecca-  
 tricem carnem, sed peccati similem habuit. [ Quod li-  
 gnū dabit fructum suum ] id est, fructificabit in tem-  
 pore suo: sic & Christus dedit fructū suum, scilicet, re-  
 parationem humani generis. [ in tempore suo ] id ē,  
 in conuenienti: quia in passione redimēdo animas de  
 potestate diaboli, in resurrectione spem dedit nobis  
 resurgendi, in ascensione cęlestes nobis aditus patefe-  
 cit: & ita Christus a nobis per sui corporis vsū, & imi-  
 tationē iustitię, mortem æternā & seniū, quod lignū  
 vitę faciebat, vt supra diximus. ¶ Et folium eius ] .i.  
 sermo ipsius, nullo casu a veritate defluet. .i. decider.  
 Sic etenim dominus ait: Cælum & terra transibunt,  
 verba autē mea non transient. Sermo significatur per  
 folium: quia sicut foliū protegit & decorat fructū, sic  
 verba Chrii dona decorant & protegunt. In nullo em̄  
 gratia data in baptismo seruari posset, nisi doctrina  
 euangelij postmodū cōseruaret. Hęc promissa nobis  
 erunt ad vtilitatem. [ Et oīa quęcūq; faciet ] ipse Chri-  
 stus, etiam ignominie quas sustinuit [ prosperabun-  
 tur ] id ē, nobis prospera inueniuntur, vt flagella quę  
 sunt nobis exemplum humilitatis & paciētię. ¶ Non

Actu. 6

Mar. 24.

sic impij, non sic] Postq̄ nos ad conformitatē Christi  
 per eius bonitatē inuitauit, ad eandem per eius aduer-  
 sariorū terrorem aduocat. Continuatio: Christus talis  
 fuit, impij autē non sic immunes à peccato, non sic ple-  
 ni iustitia, non sic vtilēs, & sic vsq; in infinitū, quod no-  
 bis p̄ geminatū aduerbiū significat. Non sic dico, sed  
 tāq; puluis ] .i. infructuosi, & nullo charitatis vinculo  
 colligati [ quem proicit ventus ], .i. diabolica rēratio,  
 [ à facie terræ ] à soliditate ecclesiæ. Ecclesia vocat ter-  
 ra propter soliditatē & fructificationē, quia facies ter-  
 ræ nō dicit vbi puluis, sed vbi terra solida est. ¶ Ideo ]  
 scilicet q̄a puluis sunt, remoti à facie terræ [ impij ideo  
 non resurgunt ]. .i. non habent resurgere: & quia oēs  
 non resurgunt tam boni q̄ mali, determinat [ in iudi-  
 cio ]. .i. non ira resurgent vt iudicentur, vel vt iudicēt.  
 Impij enim, id est infideles, vt Iudæi & gentiles, & etiā  
 illi qui ab hac vita diuelluntur, ab ecclesia expulsi, nō  
 in secunda resurrectione iudicabuntur, quia hic iam  
 iudicati sunt, vt Apostolus ait: Qui sine lege pecca-  
 uerunt, sine lege peribunt. Illi vero qui in ecclesia exi-  
 stentes à præsenti vita recedunt, de quorū operibus aut  
 bona aut mala sint, incertum est, iudicabuntur, quidā  
 ad vitam, quidam ad mortem. Illi vero de quorū san-  
 ctitate in ecclesia certum est, nō iudicabunt: quia iam  
 in hac vita ad vitam ab ecclesia ducti, iudicati sunt: se  
 iudicabunt, non tamen omnes, sed illi qui apostolorū  
 vicem obtinēt, vt episcopi & huiusmōi. Iudicabunt au-  
 tē, quia cōparatione sui ostendunt alios damnabiles  
 esse: quia cum eiusdē naturæ sint iusti & impij, non im-  
 pij vitā Christi sunt imitati, sicut iusti. Impij quidē nō  
 resurgent, neq; p̄ctōres. .i. Christiani occulte peccātes,  
 resurgent, ita quod sint in cōsilio iustorū. .i. in iudicio  
 cum iustis, à quibus quicquid fit, cum consilio & ratio-  
 ne fit

ne fit. Vel quia in Hebræo in cōgregatione habetur, in cōcilio à quibusdā legitur, scilicet non erunt peccatores in consortio iustorū. Vel potest idem versus legi de primā resurrectione animæ per pœnitentiã, vt dicamus: Impij non resurgent in iudicio .i. in discretiōe boni & mali, sic scilicet vt bono deuitato bonū faciãt: neq; peccatores, ita vt sint in numero iustorū, Hoc qdem dictum est de induratis. ¶ Quoniã nouit dominus ] Ideo impij & peccatores non resurgent, quoniã non nouit dominus iter eorū: & huius antecedētis cōsequens ponit: [ & iter impiorū peribit ] iter .i. mala opera eorū ducent eos in damnationē: & huius rei pmissa est probatio per contrariū, vbi dicit, quoniã nouit dominus .i. approbat iustos & viam iustorum.

## IN PSALMVM II.

Titulus . Psalmus Dauid: Etsi apud Hebræos

huic psalmo nullus præfigatur titulus .

**Q**uare fremuerunt gentes ] Psalmus Dauid .i. tractatus iste qui vocat psalmus: quia sicut ex operatione manuum motis chordis, in psalterio redditur dulcis melodia, quæ vocatur psalmus, ita iste tractatus mouet nos ad operatiōes, in quibus deo fit dulcis melodia. [ attribuitur Dauid ] id est, agit de Christo, qui Christus significatur per Dauid, quia Dauid interpretat visu desiderabilis, siue manufortis. Quis enim fortior est Christo, qui aërias potestates deuicit? Ipsum etiam videre omnes priores patres desiderauerunt, vt Symeon: dicebat enim in orationibus suis: Quando veniet? quando videbo? Cuius visum desiderant adhuc etiam omnes sancti. In hoc psalmo Christus rex, est materia, de quo tractat hoc modo: Ostendit omnes qui contra regnum ipsius aliquid machinati sunt nihil, p̄ficere, sed poti⁹ sibiipsis nocere.

Deinde



Deinde ostendit eum potentē regem Iudæorū & Gē-  
 tium, Intentio vero est, admonere, vt Ch̄ro regi cum  
 timore & tremore seruiamus. Quæ notat in fine psal-  
 mi, vbi dicit: Seruite domino in timore. ¶ Quare fre-  
 muerunt gentes ] Petrus loquens in Actib. apostolo-  
 rum, hunc psalmū dicit primū esse. Domine reges con-  
 gregati sunt cōtra filiū tuum, sicut David dicit in prio-  
 ri psalmo. De illis incipit qui contra Ch̄m machinati  
 sunt. Hic dominus interrogatione loquit̄, non prop̄  
 inquisitionē, sed propter redargutionem, dicēs: Qua-  
 re, id est, qua causa fremuerunt gentes? Per fremuerūt  
 notat eos bestiales esse, quia fremere bestiarū est. Fre-  
 mitus fuit, vbi dictū est: Tolle tolle, crucifige eum, Per  
 Gentes, milites Romanos intelligit, qui ideo Gentes  
 dicuntur, quia sicut sunt geniti, ita remanēt, scilicet, si-  
 ne lege, & sine omni constitutione iustitiæ [ & popu-  
 li ] scilicet Iudæi, qui ideo vocant̄ populi, quia sunt cō-  
 gregati ad iure viuendū per legem. [ meditati sunt ina-  
 nia ] scilicet, Christū non esse Messiam, vel se eum reti-  
 nere posse in sepulchro. ¶ Astiterunt reges ] non tm̄  
 meditati sunt populi contra dominū, sed & reges asti-  
 terunt, id ē, contra Christū steterunt, id est, perseuera-  
 uerunt male operando contra eum. Reges accipit, pri-  
 mū Herodem, qui pueros occidendo Christum perse-  
 quebatur: & secundū Herodem nepotem primi, cui  
 assēsū dñs occisus ē. [ Reges dico terre ], i. terreni [ Et  
 p̄ncipes ], i. Pilat⁹, Annas, & Caiphās, & alij p̄ncipes cō-  
 uenerūt in vnū: & si non oēs, tamē oēs volūtate [ ad-  
 uersus dominū ] patrem, quia aduersus Christū eius,  
 Quicumq; em̄ missum persequitur, & mittentē. Hic ve-  
 ro Christus de seipso quasi de tertia loquitur, ¶ Disrū-  
 pamus ] Conuenerunt dico, dicentes [ disrumpamus  
 vincula eorū ] id est, dei patris & Christi: vel Christi &  
 discipu

discipulorum. Vincula, prædicationē Christi nominat, & miracula & promissiones, quib⁹ ad fidem Christianā homines vincuntur, & sic speretis vinculis illis [proijciamus à nobis iugū ipsorum] id est, dominū ipsorum ¶ Qui habitat in cælis] Confremuerūt, astiterūt, sed ille qui habitat in cælis, scilicet, vel in cælis materialiter: vel in sanctis, in quib⁹ ideo deus habitare dicitur, quia nullam in eis habet offensionem [irridebit eos] id est, irrisione dignos reddet eos, quia apparebūt contra regnū dei nihil potentes facere. [ & dominus subsannabit eos] id est, ignominiosos reddet: unde etiā in vniuerso orbe hodie obprobrio sunt. Sanna est irrisio facta per nasum. ¶ Tunc] Hæc irrisio & subsannatio fuit in hoc seculo: Sed tunc, id est, præterea, vel in alia vita [loquet] vel per vocem ministri, vel per propriam, non placabilis, sed [in ira] non quæ in deo ira vltimatio aliqua possit esse, sed à similitudine: alicui⁹ irati qui penā infert hoc dicit. Erit em̄ hæc vox in iudicio: Discedite à me maledicti in ignem æternū. Vel, si etiā nulla vox esset in iudicio, tamen ipsa rei euidētia quasi iratus dominus loqui videt. Per iram vindictā accipit: sed quæ per irā brevis vindicta intelligitur, subdit: [ & cōturbabit eos in furore suo ] .i. cōtinua vindicta. ¶ Hastenus ostendit eos inefficaces & ignominiosos, qui contra regnū Christi laborauerūt, mō vero ostendit eū potentem regem Iudæorum & Gentium, & loquitur in sua propria persona sic: Illi conturbant, ego autem constitutus sum rex] .i. ab eo deo firmiter stabilitus. Regem vocat eū, quia perfecte regit suos super Sion. Sion interpretatur speculation, per quam vniuersa ecclesia potest accipi, quæ semper est in speculatione vitæ æternæ, & prudentia, præcauendo ab hostibus. Sed tamē hic per Sion, ecclesiā tantū Iudæorum accipimus: quia

Mat. 25

quia Sion caput erat regni Iudæorū, quā ecclesiā prop̄ stabilitatē & virtutū eminentiā montē sanctū appellat. [ eius ] scilicet dei. [ prædicās ] in illa ecclesia [ præceptū ], i. legem eius ¶ Et non tm̄ constituit me regem super Iudæos, sed & super Gentes: quod habemus vbi dicit: Dabo tibi Gentes: & ad hoc cōfirmandū, præmittit autoritatē ipsius dñi promittentis, cum dicit: Dominus deus dixit ] Quod dicere apparet in ipsa rei expletione, [ ad me ] præmissa probatione regni, ex autoritate ipsius promittētis, ostendit causam, q̄re deus ei Gentes subijceret, scilicet, quia filius eius est. Et hoc dicit: Filius meus es tu, ego hodie. i. æternalit̄ genui te. Ideo per hodie æternitatē intelligi voluit, quia nullā vocem conuenientē habuit, per quam præsentia designaret, q̄ nunq̄ ab æternitate discedit. Melius genui dicit q̄ gigno, ne illa ineffabilis generatio nouiter incepta videretur. Ideo cōiungit præteritū, vt per hoc inuauat nobis illam generationē & esse, & fuisse. Vnde dicitur: Generationē eius quis enarrabit? ¶ Et quia filius meus est tu, ideo postula à me ] .i. assume humanitatem, in qua valeas postulare. Secundū diuinitatē nō poterat postulare, secundum quam æqualis patri erat. Postula dico, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam ] id est, quibus domineris, & quas excolas. Ille enim qui alicuius rei hæres est, ei magis q̄ alij dominat̄, & eam excolit. Et non quilibet Gentes dabo tibi, vt Græcos vel alios, sed etiā terminos terrę. i. Gētes q̄ in extremis mūdi partib⁹ habitāt, dabo tibi possessionē. i. ita vt in æternū possideas. ¶ Iuste debeo tibi gentes subijcere, quia tu reges eos in virga ferrea ] .i. inflexibili disciplina: & eos qui non recipient disciplinam, confringes. i. punies, quosdam ad correctionem, quosdam ad damnationem. [ tanquam vas figuli ] leuiter confringū

tur:



tur: per hoc simile notat eos esse luteos q̄s confringeret dominus. ¶ Verba patris adhuc. Etiam talem regem constitui. [Et nunc] id est, ostenso eo tali. [ & vos reges ] .i. terrenitatem vestram bene regentes [intelligite] quantus sit [ & vos qui iudicatis terram .i. prælatis ecclesiæ qui iudiciũ habetis super alios [erudimini] .i. extra rudes sitis, vt prudẽter sciatis iudicare de subditis. ¶ Et seruire domino in timore ] & ne videretur austerũ regnum ei⁹, de quo legitur: Iugum enim meum suauẽ est, & onus meum leue: ideo subdit: [ & exultate ei ] Et ne exultatio & suauitas eius regni negligentia generaret, addit [ cũ tremore ] subde corporis. Et in hoc versu in quo admonemur de seruitio dei, aperte notatur intẽtio psalmi. Et vt possitis seruire [ apprehẽdite ] .i. etiam si dominus non daret, appetite disciplinã. .i. quamcunq; domini correctionem, quia Apostolus dicit: Quod si extra disciplinã estis, ergo adulteri & non filij estis. Apprehendite dico [ nequando ] id est, in die iudicij, licet modo parcat [ irascatur dominus ] id est effectum irati ostendat in vobis, & sic [ pereatis ] remoti de via iusta, id est, de operibus iustorũ. ¶ Apprehendite dico, ne pereatis, & etiã vt beati sitis. Beati em̄ omnes erũt qui cõfidunt .i. qui spem habẽt ex pura conscientia in eo. Tunc quidem beati erunt, cum ira, id est, vindicta ei⁹ exarserit, scilicet, sicut ignis durante materia non deficit, ira vindicta Christi illis durãtibus non deficiet, quantum est in breui, tempus enim breue est, Vel [ in breui ] quoniam imminente re iudicio, subita pœna impijs infertur. Potest etiam in voce pphetiæ legi, & inducẽs Christum vbi dicit. Ego autem cõstitutus sum: sic iũge: Conuenerũt aduersus Christum eius, sic dicẽtem: Illi cõturbabuntur, ego autem constitutus sum, &c. Loquitur etiam propheta vbi

Matt. 11

Heb. 12

vbi dicit: Et nunc reges intelligite. Et sic iunge: Christ<sup>9</sup>  
 talis rex est, & nunc vos reges intelligite.

## IN PSALMVM III.

Tirulus. Psalmus Dauit cum fugeret a  
 facie Absolon filij sui.

**D**omine quid multiplicati sunt ] Tangit histo-  
 riam quam Dauid ab Absolon sustinuit. Du-  
 bitauit enim Absolon patre viuente, cui filiorum re-  
 gnū vellet dimittere, regnumq; sibi immoderate cu-  
 piens, multos de populo callida pollicitatione corrup-  
 pit, & tandem per occupationem in regem constitui  
 fecit. Dauid vero sciens illam occupationem non esse  
 factam per dei voluntatem, & sciens hoc flagellum a  
 deo sibi datū pro peccato adulterij & homicidij, pro  
 quo peccato diuinitus ei dictū erat: Non deficiet gla-  
 dius a domo Dauid: patienter filij persecutionem su-  
 stinens, nudisq; pedibus cum quibusdā suorū ciuitatē  
 deferens, filij præsentiam aufugit. Cumq; illi abeunti  
 quidā maledicerent, & iactu lapidū insultarent, illum  
 virum sanguinū appellantes, suos vicem reddere non  
 permisit, sed patienter persecutionē sustinuit, dicens:  
 Flagellis dei nō debere nec posse resisti. Ioab vero cō-  
 tra, patientiam Dauid non attendens, quū Absolon  
 cū exercitu persequeretur, eū ab arbore pendentē per  
 capillos, occidit. Fugiens em̄ Absolon super mulam  
 inuolutis capillis circa ramū (intonsus em̄ erat) suspē-  
 sus respondit. Per istā vero persecutionē Dauid istum  
 psalmū composuit, in quo spū sancto imbutus, per su-  
 am Christi patientiā: per filij vero Iudæ nequitia pre-  
 monstrauit. Per Dauid namq; Christus significatur, cū  
 in hoc psalmo patientia demonstratur: per Absolon  
 vero Iudas intelligitur, qui filius Christi, quia discipu-  
 lus eius, dicitur. Absolon quippe pax patris interpreta-  
 tur

2. Reg. 15

2. Reg. 12

Respon-  
 dit, Penā  
 luit.

tur: non quia cum patre pacem haberet, sed quia cum eo pacem habuit pater. Sic & Iudas pacem cum Christo non habuit, quamvis Christus & cum omnibus alijs & cum eo pacem teneret. Sicut autem Absalon per seipsum suspensus est, ita & Iudas. Titulus autem sic exponitur: Psalmus iste attribuitur David .i. Christo, agens de quadam negotio ipsius, habito cum fugeret a facie Absalon, id est, ab interiori facie Iudae, non localiter, sed cognitione. Ante quod enim Iudas voluntatem traditionis haberet, licet simulate, domino quandam obedientiam exhibebat, & etiam miracula faciebat: sed postquam in cor eius, ut dominum traderet, diabolus intrauit, dominus ab eius corde recessit, a corde Iudae dico prius filij sui. Materia vero in hoc psalmo est Christus, de quo agit hoc modo: Tangit de passione & glorificatione: & non exponit per partes passionem, sicut in quibusdam alijs psalmis facit. Intentio vero est, nos ad patientiam per ipsius Christi exemplum inuitare, ut non quascunque iniurias timeamus: unde & Apostolus: Si compatimur, & Rom. 8. conregnabimus. Haec intentio notatur in hoc psalmo, ubi dicit: Non timebo milia populi, vox Christi. Et incipit a passione, sic dicens patri sub quadam admiratione: ¶ Domine deus quid, id est, propter quid multiplicati sunt: ita etiam ut filius meus, scilicet Iudas, sit cum his qui tribulant me. Non ideo admirando loquitur, quod ipse admiretur, sed ut nobis admirandum esse ostendat, quod illi medicum salutis eorum innocentem in omnibus quasi nocentem persequabantur. [ Multi insurgunt aduersum me ] .i. potestatem sumunt contra me. Possent enim tribulare, nec tamen potestatem super eum curarent insumere. ¶ Multi insurgunt, & multi dicunt ] siue cogitatione, siue voce, siue opere [ anime meae ] .i. vitae meae [ non est salus ] .i. non est liberatio corpora-



Mat. 26

lis [ ipsi ] id est Cristo, qui se iactabat filiū dei [ in deo eius. ] non quod ipsi putarent eum habere deum, sed in eo quem sibi faciebant deum. Vnde dicebant ei insultantes: Si filius dei est, liberet eum uunc si vult. Vel, multi dicunt insultantes animæ meæ. ¶ Tu autē domine susceptor meus es ] id est, suscepisti meam humanitatem in patrocínio, te illi vniens cōceptione. Hic per hoc simile loquitur: q̄ sicut aliquis potens tutor & actor suscipit aliquem pupillum, vel quemcunq; debilem ad tutandū, sic deitas suscepit humanitatē, quam ab omni peccato custodiuit immunem [ tu dico gloria mea ] id est causa gloriosæ resurrectionis meę. [ & exaltans caput meum ], i. altitudinem meam, scilicet me altum, id est, immunem prius ab omni peccato super omnē creaturam. Iste versus agit de glorificatione. Ponit quoddā meritū ipsius, per quod eum tanta exaltatione dignū ostendit. Continuatio: Merito exaltasti me, quia clamaui ad dominū aliquando clamore exteriori. Vnde Apostolus offerens deo preces & supplicationes cum clamore valido & lachrymis, interiori clamore ad dominū semper clamaui. Clamor enim est in remissa deuotiōis intentione ad deū intendere. Clamaui propria voce mea ] qui multoties per, prophetarū voces clamauerā, Clamaui quidē de mōte sancto suo. i. de mea imminētia virtutum, sanctificata ab ipso: & q̄a in sanctitate clamaui, iuste exaudiuit. Exauditio est, petitionis impetratio. Vel pōt de monte sancto suo referri ad exauditorē, sic: Exaudiuit me de⁹ de mōte sctō suo. i. de eminēti potētia suæ diuinitatis, ita vt me participē ei⁹ potētiæ faceret: sicut aliq̄s diceret: Rex de thesauris suis exaudiuit me. i. participem fecit. ¶ Exaudiuit, & necesse fuit, quia [ ego dormiui ], i. oēs iniurias in tpe passōis meę q̄si dormiens sustinui. Sicut enim

em̄ dormiēs, licet habeat rationē, potētiā, fortitudinē,  
 &c. ea nō exercet, & a somno cito excitat, ita Ch̄s in  
 tempore passionis suæ, nullā potentiā ostendit, quam  
 tñ prius miracula faciendo monstauerat, vt in Laza-  
 ro, & cæteris, & cito excitatus est cū resurgeret. [ & so-  
 poratus sum ]. i. requieui iacens in sepulchro ab omni  
 tumultu. Inter dormitionem & soporē hoc interest,  
 qđ in sopore maxima dulcedo & trāquillitas est. Ostē-  
 sa necessitate exauditionis, ponit ipsam exauditionē.  
 Continuatio: Ego dormiui, & exurrexi. i. extra legem  
 omnium mortuorū surrexi, principes regū terræ. Ideo  
 exurrexi, quia dominus suscepit me ] id est, iunctus est  
 meæ humanitati. Nisi enim deitas humanitati coniū-  
 cta esset, humanitas more aliorū hominū mortua re-  
 maneret. ¶ Quia exurrexi, iam non timebo ] in meis: Rom. 13  
 quia licet sui timeant, tamen in hoc non sunt sui. Vn-  
 de dicitur: Caritas foras mittit timorem. [ milia po-  
 puli ] scilicet, quotcunq; etiam sint, qui tamen timendi  
 viderent, quia circundant me in meis, & hoc est circū-  
 dantis me. Christus em̄ impassibilis & immortalis fa-  
 ctus, iam in se timere non poterat: qui aut̄ persequunt̄  
 fideles, non ipsos, sed Christū in ipsis persequunt̄. Vbi  
 dicit, non timebo, notat intentionem, scilicet vt patien-  
 ter oīa sustineamus, & vt nō timeamus. ¶ Tu domine  
 exurge ]. i. confer gratiā auxiliatricem. Dominus em̄  
 tunc dicitur iacere, quando subtracta gratia, suos ali-  
 cui tentationi permittit cedere: tunc vero dicitur exur-  
 gere, qñ suos omnem tentationē facit exuperare, qđ  
 inde intelligitur, quod Christo in naui dormiente, sui  
 periclitabantur: eo surgente, cessauit quassatio. Exur-  
 ge dico, & saluum me fac ] & meos, deus meus. Et cō-  
 stat quod facies, & hoc ostendit in contrario dicens:  
 ¶ Quoniam tu percussisti omnes ] scilicet interiori &  
 b ij exteriori-

exteriori damnatiōe [ aduersantes mihi ] q̄a sine causa aduersabantur: & nō tm̄ aduersantes in factis, [ sed & dentes peccatorū ] .i. corrosiones & detractiones eorum [ contriuiisti ] .i. conteres ostendendo inutiles & damnabiles. Vnde alibi: Nos insensati, vitam illorū æstimabamus in saniã, & finem illorū sine honore. Ecce quomō inrer filios dei reputantur. Quod aut̄ per præteritum rem futuram annuntiat, non secundum se loquitur, sed vt raptus ad cōsiliū dei, in quo oīa futura sunt: ita certa, sicut nobis ea quæ sunt præterita. Insultat hic impijs, quia peccatores cōtriuiisti. Inde patiens est [ quia solius domini est salus ] .i. dare omnimodã salutē in hac vita, Et super populū tuū erit benedictio tua ] .i. beatitudo sempiterna. Super, ideo dicit, q̄a supra meritū exaltabuntur, iuxta Apostolū: Non sunt cōdignæ passionēs huius temporis ad futurã, gloriã quæ reuelabitur in nobis.

Sap. 5

Rom. 8

## IN PSALMVM IIII.

Titulus. In finē psalmus cantici Dauid.

**C**Vm inuocarem exaudiuit me ] Tractatus iste agit de bona operatione, vbi dicit: Sacrificate sacrificiū iustitię: iuxta quã partē vocatur psalmus. Agit etiã de cantico, .i. de exultatione, scilicet de æterna beatitudine, vbi dicit: Quis ostendet nobis bona? &c. Et hic determinatius q̄ in aliquo præcedentiū psalmorū: quia hic proposita quorundam dubitatione, ostendit nobis certitudinem vitæ æternæ, vbi dicit: Signatum est super nos: & in pace in ipsum. Et quia de illo bono nobis exulrandum est, vnde hic psalmus dignus agit, ideo canticum vocatur: & quia illa exultatio, scilicet æternæ vitæ, est nobis causã bonę operationis, ideo vocatur psalmus cãtici. Quod autem sic dicitur, psalmus cantici, tractū ē ex modulatiōe, vbi viua vox præce-



precedebat, & harmonia sequebat. Psalmus iste attri-  
 buit David, quia hic loquitur David, propheta, vel quaecumque  
 fidelis anima, quae significatur per David, id est ecclesia quae ec-  
 clesia ipsa manu fortis in devincendas diabolicas tenta-  
 tiones: & visu desiderabilis, propter pulchritudinem san-  
 ctitatis, ad cuius perfectionem multi de peccato compuncti per-  
 venire desiderant: iuxta quod dicit: Deprecabunt omnes divi-  
 tes plebis. Psalmus dico tendens in finem, id est in Christum,  
 scilicet proponens nobis exemplum. Cum vero finis duo-  
 bus dicatur modis, scilicet consumptio, sicut consumptio  
 ligni est per ignem: & consummatio, id est cuiuslibet rei com-  
 pletio: Christus nunquam dicitur consumptio, sed consum-  
 matio: in eo enim omnia quae deus per prophetas promi-  
 serat completa sunt. Vnde Apostolus: Christus finis est  
 legis ad iustitiam omni credenti. Vel per finem, tempus **Rom. 10**  
 gratiae potest accipi, quod ideo finis temporis dicitur,  
 quod in eo omnia promissa dei completa sunt, vnde  
 Apostolus: Nos sumus in quos fines saeculorum deven- **1. Cor. 10**  
 runt. Materia vero in hoc psalmo est iustitia, de hac au-  
 tem materia agit hoc modo, increpando idololatrias  
 & dilectores mundi, ubi dicit: Usquequo graui corde?  
 Admonendo etiam ad iustitiam, ubi dicit: Sacrificate sacri-  
 ficiū iustitiae &c. Faciēdo egregias promissiones, promit-  
 tens Christum vocando eum sanctum sanctorum, ubi dicit: san-  
 ctum suum, quo mediante exaudietur orationes san-  
 ctorum, ostendit etiam certitudinem aeterni boni, quae  
 est finis ceterarum promissionum. Intentio vero est nos  
 admonere, propter quam habendam fiunt & increpatio-  
 nes & promissiones. Haec intentio notatur ubi dicit:  
 Sacrificate sacrificium iustitiae. Increpationes & admo-  
 nitiones separatim ponit, promissiones vero commixtim.  
 Et a promissione sic incipit: Nolite idola colere, & mu-  
 dana diligere, sed adhærete iustitiae, & preces vestrae  
 b iij exaudi-

exaudiētur, quod deus vobis in exemplo mei promittit: quia [ cū inuocarē ] id est, cum deū vt in me inhabitaret inuocarem. [ exaudiuit me deus ] dator iustitiar: non qdem perfecte, sed [ mear ] id est, qualem potest habere mea fragilitas. Dicendo, cū inuocarem exaudiuit, notat simul esse vocationem & exauditionem: cū dicit, exaudiuit me deus iustitiar, ostendit à deo nullū exaudiri, nisi aliquam iustitiam habeat. Ponit in quo exaudierit, dicens: [ in tribulatione dilatasti mihi ] .i. multiplicasti. Cum em̄ tribulatio soleat asferre angustias, vt dolere de tribulatione, odio tribulantem habere, veritatem etiā tacere, &c. amplificasti cor meū, vt etiam inimicū diligerē, & de tribulatione gauderē, &c. Cum prius de tertia persona diceret, exaudiuit, ex nimia familiaritate conuertit se ad secundā, cum dicit, dilatasti mihi. ¶ Dilatasti, & adhuc miserre mei ] id est remoue à me miserris huius mundi, vt nullis subiaceā tentatiōibus [ & exaudi orationem meam ] id est pone in me augmentū virtutum, confirmationem eorū bonor: quæ in me sunt. Postq̄ dixit exaudiuit, superfluo viderur apponere, miserere & exaudi: sed conueniens fuit apponere, q̄a post exauditionem restant miserris, & ideo necessaria cōseruatio & bonor: augmentatio. ¶ Post exauditionem ponit increpationem. Cōtinuatio: Me, quia iustus eram, exaudiuit dominus: & ideo vos filij hominum vsq̄quo, id est quandiu eritis graui corde. i. quandiu grauabit vos voluntas idololatriæ vel appetitionis terrenor: ? Homo duob⁹ modis in diuina pagina accipitur, vel secundum carnalitatē, vel secundum terrenitatem, vtroq̄ modo sic legitur, filij hominum, id est, filij carnalium, quandiu similes illis eritis: vel filij hominū, id est rationabilium, quare non imitami rationem: Ostendit eos peccare voluntate



tate: ostendit etiã peccare delectatione, cum dicit: *Ut*  
*quid diligitis vanitatẽ?* Et etiam in actu, cum dicit: *Et*  
*queritis mendaciũ. i. idola: vana sunt, quia dñj nõ sunt:*  
*mendacia sunt, q̃a per ea homines expectant vitam,*  
*quam dare non possunt. Item mūdana vana sunt, q̃a*  
*cum bona ab appetitoribus putentur, bona nõ sunt.*  
*Item multũ laborant, vt obtineant ea q̃ diligunt, scili-*  
*cet mundana, quæ tamen mendacia sunt: q̃a sufficenti-*  
*am & beatitudinẽ promittũt, quã dare non possunt.*  
 ¶ *Scitote* ] quoniã hæc mēdacia sunt: & hæc scitote, qm̃  
 dominus mirificauit ] *id est mirabilẽ fecit* [ *sanctũ su-*  
*um* ] *id est Christũ, qui dicitur sanctus sanctorum, quo*  
*mediãre exaudiet me dominus cum clamauero ad eũ*  
*habendum.* ¶ *Et item in hoc versu ponit promissionẽ*  
*nobis: Nolite quærere mendaciũ, sed potius irascimi-*  
*ni peccatis vestris præteritis, & postmodũ nolite pec-*  
*care. Vel ita: Nolite mendacium q̃rere, sed irascimini.*  
*Quod q̃a naturale est, nõ possum prohibere vobis, pa-*  
*tior, & tñ nolite peccare. i. illã iram ad actũ perducere.*  
*Et de his q̃ dicitis ] .i. cogitatis, [ in cordibus vestris ]*  
*.i. in cogitationibus vestris [ cõpungimini ] & de his q̃*  
*dicitis in cubilibus vestris. i. in q̃bus alicui delectatiõĩ*  
*carnis consentitis. Cubile est lectus ferarũ, vbi feræ vo-*  
*lunt. Eodẽ mō corpus nostrũ dicitur cubile animæ,*  
*secundũ hoc quod stulta anima nostra delectationib⁹*  
*cõsentit: & i hoc versu notamus admonitionẽ: Nolite*  
*peccare.* ¶ *Et q̃a non sufficit abstinere à malo, nisi fiat*  
*quod bonũ est, addidit: [ sed pot⁹ sacrificate sacrificiũ*  
*iustitiæ ] id est iustitiã quæ dicitur sacrificium, id ẽ, pla-*  
*cens deo tanq̃ sacrificium. Hanc non facite ad fauorẽ*  
*hominũ sicut hypocritæ, sed sacrificate eam, scilicet vt*  
*placeat deo. [ & ita sperate in domino ] id est certi sitis*  
*de futuro bono, de quo multi dubitãtes, & adhuc car-*

naliter sapientes dicunt nobis: Vos prædicatis nobis illa bona, sed quis ostēdit nobis ea bona: scilicet, quis inde veniēs renūtiavit nobis, q̄ essent illa bona. ¶ Ipsi dubitant, sed nos certitudinē inde scimus, quia [signatū est super nos] .i. in superiore nostra parte .i. in ratione, scilicet in anima est impressum signum hoc, scilicet [lumen vultus tui] .i. crux, quæ ideo lux dicitur, quia est causa per quam irradiat vultus dei, id est volūtas dei in anima nostra. In ea anima est signū crucis, q̄ omni desiderio carnali mortua est. Vnde Paulus: Per

**Gal. 6** quem mihi mundus crucifixus, & ego mundo. Quanto magis autē homo se retrahit à desiderijs carnis, tanto proficit magis in cognitionē dei. Per hoc sumus certi q̄d signatū est, & etiā per hoc, q̄ tu domine [dedisti lætitiā] de illo futuro bono, per purā cōscientiā [in corde meo] .i. diuerso à cordibus impiorū, de quibus dicitur: Impijs nō est gaudere dicit dominus. Vel aliter: Lumen vultus tui, id est illuminosus vultus tuus, scilicet sapientia tua, q̄ est vna imago totius tuæ volūtatī: Illud lumen signatū est super nos, id est, in anima nostra, vt per sapientiā, id est, per filium tuum inhabitantem in nobis ratio nostra illuminata, certos nos faciat de æterno bono: quia illud lumen est super nos, ideo dedisti lætitiā in corde meo. ¶ In corde meo est lætitiā, at illi sunt multiplicati] .i. multipliciter diuisi, secūdū appetitū bonorū temporalium: & hoc est à fructu frumenti vini & olei sui. Sui, dicit ad differentiā nostris frumentū em̄ nostrū, est panis qui de cælo descendit: vinū nostrū, calix inebrians: oleū nostrū, gratia sancti spūs, de qua dicitur: Impinguasti in oleo caput meum.

**Psal. 22** Fructus hic improprie dicit, q̄ illū solū fructū dicim⁹, quo per se solo fruimur. ¶ Ipsi multiplicati sunt, sed ego dormiā in pace] in hac vita: tēdere [in idipsum] id est

est in identitatem: id est, ad veram pacem, de qua dicitur: Pacem meam do vobis: & tandem in illa vera pace requiescam. Dormiã dicit per simile: quia sicut dormiens nõ sentit aliqua exteriora, ita aliquis fidelis nõ excitatur à tranquillitate mentis per curas mundanas. ¶ Requiescam in pace, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. ] id est, in singulari spe, scilicet habita de te solo, quia nihil nisi te solum desidero. Vel singulariter, id est, diuerso modo. [ à multiplicatis ] id est amatoribus terrenorum.

## IN PSALMVM V.

Titulus. In finem pro ea quæ hæreditatẽ cõsequiẽ.

**V**erba mea. ] Iste psalmus agit pro ea, scilicet ad honorem illius ecclesiæ, quæ consequitur iam in præsentì, & amplius in futuro hæreditatem, id est, deum qui pascit & sustentat nos. Hic tangit historiam de libera & ancilla, scilicet de Sara, quæ hæreditatem obrinuit cum filio: & Agar quæ cum filio eiecta est. Libera namq; nouam legem significat: filius vero eius Isaac, populum Christianum designat. Ancilla veterem legem: filius eius Ismahel infidelium gregẽ. Psalmus dico tendens in finem, id est, dirigens vnumquẽq; fidelem in Christũ. Materia est ecclesiã, & hæc loquitur. De hac autem sic agit: Describit eam petentẽ hæreditatem, affirmat habituram: ostendit æmulam excludendam, petit & liberari ab æmula: ostendit etiam quod æmula, scilicet ancilla, persequitur liberam, modum quoq; beatitudinis ponit. Intentio est, dare nobis certitudinem æterni boni, & per hæc omnia ad Christum nos admonet, & à petitione hæreditatis sic incipit: Verba mea ] id est vocales oratiões [ percipe ] id est comple quod peto domine: quod dicit auribus, per simile loquitur: aures enim in deo nihil aliud est,

Gene. 16

b v quã



Gala. 4.

quã clementia & potentia. Per potentiam perficit, p  
 clementiam deus audit, [Clamorem meum] id est, af  
 fectum cordis intellige: qđ clamor in corde esse intelli  
 gitur, Apostolus testatur dicēs: Misit deus spiritum fi  
 lii sui in corda nostra clamãtia, abba pater. Et quia pe  
 ro, voce & affectu intende, id est, intententum te præ  
 be, scilicet magis solito intēde [voci oratiōis meæ] .i.  
 voci procedenti ex affectiōe cordis. Hęc trina petitio  
 ad idē tendit, scilicet vt deus illam orationem exaudi  
 at. Sicut trinam petitionã facit, ita ad exauditus rem tri  
 nitatem ponit, percipe, intellige, intēde. [Rex meus]  
 id est, Chře, qui ideo rex diceris, qđ tuos in iustitia re  
 gis [ & deus meus ] .i. creator, & hoc ad patrem referť.  
 Ideo autē Christus primus ponitur, quia eo mediante  
 ad patrē veniť [ & tu dñe ] scilicet spiritus sanctę pci  
 pe, &c. ¶ Quoniam orabo ad te dñe. ] Hęc est causa  
 quare debeat intendere, quia p̄seuerat in oratione, qđ  
 est orabo. Tribus personis positus, non dicit intendite,  
 sed intende, quia sancta ecclesia vnitatē intelligit in tri  
 nitate. Mane. ] Ego sic clamabo, & tu exaudies vocem  
 meam, & interiorē & exteriorē: mane, id est, in princi  
 pio meæ cōuersionis: dum em̄ homo in peccatis est, in  
 nocte est, cum vero à peccatis surgit, in mane est, id est  
 in principio lucis est. Mane à græco sumptū est, & ni  
 hil aliud sonat, nisi lux: vnde dicitur seprimana, id est, se  
 prem lucēs: & per hoc qđ dicit mane, id est, in principio  
 conuersiōis exaudiri, notat propitiationē exauditoris  
 Et ideo exaudies [ quia mane astabo tibi ] id est, talia  
 opera faciã, per quæ sim dignus stare in cōspectu tuo,  
 [ & videbo ] scilicet deum: ostēdit qđ talis videat deū:  
 ponendo oppositū, sic dicēs [ quia tu es deus, ] & ideo  
 non volens iniquitatē. Ita astabo & videbo, hoc scili  
 cet, quoniã tu es deus, &c. Et quia non vis iniquitatē,  
 ideo



[Ideo malignus] scilicet ille qui maleuolus est erga p-  
 ximum, non habitabit iuxta te: licet em̄ vbiq; sit deus,  
 non tamen malignus dicit̄ esse iuxta eum. Iuxta deum  
 em̄ esse, est bonis ipsius perfrui: lōge vero esse, nō frui.  
 [Neg; iniusti] .i. actualiter peccantes [permanebunt  
 ante oculos tuos] quia licet omnis caro videat deum  
 in iudicio, tamen nō omnes, sed soli iusti permanebūt,  
 in cōtemplatiōe dei. ¶ Quoniā orabo ad te solū habē-  
 dum. Non permanebunt, quia tu odisti omnes qui o-  
 perantur iniquitatē. Per hoc quod dicit̄, qui operant̄,  
 & non operati sunt, ostendit eos qui peccauerunt nō  
 esse damnandos, nisi eos qui in voluntate peccante p-  
 manebunt. [Perdes omnes qui loquunt̄ mendaciū,]  
 scilicet qui perseverant in mendacio, [Perdes omnes  
 qui loquuntur mendacium] quia hoc est veritati con-  
 trarium. Veritas est de eo qđ est: mendaciū non est sub-  
 stantia vel natura, sed de eo quod nō est: & merito per-  
 ditur, qui declinat ab eo quod est, ad id quod non est.  
 Mentiri, est contra hoc quod quis animo sentit loqui.  
 Augustinus: Sunt mēdacia quædā pro salute vel pro  
 commodo alicuius nō malitia, sed benignitate: vt ob-  
 stetricēs quæ dixerunt pro filijs Hebręorū falsum Pha-  
 rāoni. Hæc autē mendacia non re, sed in dolo laudant̄:  
 quia qui sic mentiunt̄, merebunt̄ aliqñ ab om̄i menda-  
 cio liberari. Est etiā mendaciū ioco, qđ non fallit: scit  
 em̄ cui dicit̄, causa ioci dici: & hæc duo genera nō sunt  
 sine culpa, sed, nō cū magna. Perfectis autē nō cōuenit  
 mētiri, nec p̄ tēporali vita, cuius morte sua vel alteri⁹  
 nō occidit̄ aīa: licet autē eis si nō falsum dicere, vēr̄ tace-  
 re: vt si q̄s hoīem nō vult ad mortē p̄dere, vēr̄ taceat,  
 sed nō falsum dicat, nec p̄corpe alteri⁹ aīam suā occi-  
 dat, nō ē culpa vēr̄ tacere, vt dñs: Multa habeo vobis  
 dicere, Illud at̄ vbi nō ē duplex cor, nō debet dici men-  
 dacium

Exo. 1.

Iohan. 16

cium, vt si quis commodet gladium, & promittat se  
 poscenti redditurum: si furens poscit, non debeo red-  
 dere, vt se vel alium occidat. Ideo hic non est duplex  
 cor: quia cum promisi reddere, non cognoui furentē  
 postea repetiturum. Vel accipiamus mendacium de  
 hæreſi, vt est negare Christum esse deum, negare par-  
 tum virginis: & pro huiusmodi mendacijs aggrauat  
 dicens, perdes. ¶ Quod dixit [odisti operantes iniqui-  
 tatem] ostendit per partes, dicens: Vere odisti operan-  
 tes iniquitatem, quia virum sanguinum [id est, homici-  
 dam] & dolosum [id est, qui dolo viuentem occidit  
 scilicet vel mala persuasione, vel suorum bonorū ab-  
 latioe, [abominabitur] id est, ab omni bono omine  
 remouet: vel [abominabitur] id est, à consortio ratio-  
 nalium remouebit dominus. ¶ Ex quo dixit, non de-  
 us volens iniquitatem tu es, notauit exclusionē æmu-  
 læ, dehinc notabit se habituram hæreditatem. Isti ex-  
 cludentur [ego autem] id est, ecclesia [introibo in do-  
 mum tuam] id est, in cœlestem Hierusalem. Per hoc  
 quod dicit domum, norat stabilem mansionem. [In-  
 troibo] & hoc non secundum merita mea, sed in mul-  
 titudine misericordiæ tuæ, id est, secundum multitudi-  
 nem misericordiæ tuæ [ & adorabo ad templum ] id  
 est ad Christum, per quem intratur in domū cœlestē:  
 qui ideo templum dicitur, quia in eo habitat omnis ple-  
 nitudo diuinitatis corporaliter, de quo ipse dicit: Sol-  
 uite templum hoc. [sanctum] id est, ex conceptione  
 sanctificatum, [tuum] id est, à te: adorabo dico [in ti-  
 more tuo] id est, in conuenienti tibi, scilicet non serui-  
 li, sed filiali. ¶ Et vt possim introire, tu domine deduc  
 me] id est, in præſenti sis mihi dux, dando vires [in iu-  
 stitia tua] id est, non peto ex sola misericordiâ, sed iu-  
 stitia tua hoc exigit, vt sicut damnas impios, ita remuneres

Iohan. 2.

nerēs iustos: deduc dico [ ppter inimicos meos ] qui me volunt impedire : & in futuro dirige , ostendendo quomodo caueam ab inimicis. [ viam meam ] id est, opera mea, ita vt sint opera illa in conspectu tuo, id ē, in beneplacito tuo, vt intelligam illam, Hic petit liberari ab æmula, norat etiam persecutionem, dicens: propter inimicos, ¶ Ideo dico dirige, deduc propter inimicos [ quoniam non est in ore eorum veritas. ] nec miror [ quia cor eorum vanum est ] Vnde dicitur: Ex abundantia cordis os loquitur. ¶ Guttur etiam eorum ] id est, os eorum, quia in gutture formantur voces [ est sepulchrum patens ] id est, simile patēti sepulchro: ga sicut patens sepulchrum foetorem emittit, & cadauer aliquod expectat, sic illi emittunt foetida verba, scilicet hæreses, & incorporant sibi alios, scilicet à corpore ecclesiæ separando, & sibi cōformes faciendo. Hic notat apertam hæresim prædicationem, & innuit latentē verborum seductionē. [ linguis suis dolose agebant ] id est, blanda adulatione in audientium corda mortifera suadebant venena. Ideo dixit agebant, vt malitiā non solum in linguis, sed etiam in actu eorum esse pbarer. Occultam seductionem dicit, vbi veritati falsitas admiscetur: apertam, vbi sola falsitas est. Et quia tales sunt [ tu deus iudica illos ] id est, ostende eos damnabiles. Non dicit hoc voto malevolentia, sed nō potest non consentire diuinæ sententiæ. ¶ Ostendit quomodo velit eos iudicari, dicens: [ Decidant à cogitationibus suis, ] id est, inanes inueniantur cogitationes eorum, quibus sperant se obtinere regnum quod non promerentur. Vel [ decidant ] id est, non valeant implere quæ cogitant. [ & expelle eos ] de regno tuo: puniendo eos [ secundum multitudinē impietatum eorum ] id est, vt secundum quantitatem delictorum sit

Matt. 12.

quan-



quantitas suppliciorum. Expelle dico [ quoniam irritauerunt te domine ] id est ad iram prouocauerunt. ¶ Et isti expellantur, sed [ omnes qui sperant in te lætentur ] in anima, [ & etiam exultabunt ] in corpore [ in æternum ] id est, in æterna exultatione, & hoc ideo [ quia tu habitabis in eis ] Hic ponit modum beatitudinis, cum dicit eam esse æternam, ex hoc etiam, qd ipse habitabit in eis. Etiam per hoc dabit certitudinẽ illius beatitudinis, scilicet quod dicit lætentur, exultabunt, quia habitabis in eis. ¶ Et etiam gloriabuntur, id est, gloriosos se esse gaudebunt pro corona meritorum. [ omnes in te ] habiti [ qui diligunt nomen tuũ ] id est, famam ipsius, gloriã. quia diuinae substantiæ cognitionem habere nõ possumus. Dicendo omnes, notat quod etiã illi qui minus habet de participatiõẽ illius beatitudinis, gloriosi sunt. [ gloriabunt, quoniã tu benedices ]. i. dabis incrementũ virturũ [ iusto ] scilicet in hac vita, pro quibus gloriabit in alia. Gloriabuntur & benedices, & hæc omnia proueniẽt ex tua bona uoluntate, qua coronasti eos, & hoc est qd dicit: Corona sti nos in tua bona uoluntate, quæ nõ tantũ nobis erit corona & remuneratio in alia uita. sed est etiã nobis in p̄senti uita ut scutũ, id ẽ, protectio. Et hoc ponit intransitiue cũ dicit: Scuto bonæ uoluntatis. i. bona uoluntate existente ut scuto; & hoc per simile dicit: sicut enim scutum rotundũ positũ ante pectus, est p̄tectio, corona superest: ita in hac uita bona uoluntas est p̄tectio quæ facit p̄mereri: & in alia uita remuneratio & corona ẽ.

## IN PSALMVM VI.

Titulus. In finem pro Octaua Psalmus Dauid.

**D**omine ne in furore ] Augustinus: Octauam quidam dicunt aduentum domini, quia uenturus est post septem milia annorum, ut aiunt. Sed



Sed nulli hoc tempus notum est, potius octauus dies, quia omnia tempora septē dieꝝ reuolutione voluuntur, ille nullam habeat varietatem. Vel duæ vitæ sunt vna pertinet ad corpus, qui est vetus homo, cui & vetus datum est testamentum, qua regnavit mors: Altera ad animam, qui est nouus homo, regeneratus per Christum. Ad corpus autem quaternarius, ad animã ternarius pertinet. Peracta igitur vtraq; quasi septenario numero, veniet octauus dies iudicij, vbi vnicuique pro meritis reddetur: vnde timens ecclesia sic orat. In finem pro octaua psalmus David, id est, psalmus iste attribuitur David pœnitenti, vel cuilibet pœnitenti: qui pœnitens figuratur per David, quia & manus fortis est cum peccata deuincit, & visu desiderabilis, quia & alij peccatores ad eius conformitatem venire desiderant. Psalmus dico habitus pro octaua die id est, pro die iudicij, id est, timore futuri, quæ veniet post septimanam huius seculi, quod voluitur per septem dies. Psalmus dico dirigens in finem, id est, in Christum. Materia est quilibet vere pœnitens, & hic etiã loquitur pœnitens. De hac vero materia hoc modo agit, facit deprecationem, satisfactionem ostendit, id est, emendationem, pro inimicis orationem. Intentio est nos ad pœnitentiam, & per hæc omnia nos ad Christum dirigere: & à deprecatione sic incipit: Conscius, ppheta peccatorũ, vel quilibet pœnitens, & territus timore pœnarum, quas peccatoribus in octaua die futuris intelligit, deprecationẽ sciens apud ipsum iudicẽ potius valere q̃ excusationẽ, deprecatur eũ per ipsius iudicis potentia, dicens: Domine in hac vita argue, id est, cõvince me peccasse, facies me tamen pœnitere [ne arguas me in furore tuo] id est, in tua grauiori vindieta, & futuro iudicio: & hic corripe me [ne corripas me]. i. nere-

ne retrahas me ibi à malo incepto in quo ieram [ in ira tua ] id est in leuiori pœna, id est, dādo mihi etiam leuiorem pœnam quam furor sit: vel [ in ira tua ] id ē, in aliqua pœna data post mortem ante iudicium, id ē, in purgatorio. Qui tam timendum ostendit deum, eius notat potentiam. ¶ Ne arguas, ne corripas, sed potius [ miserere mei domine ] & hoc necesse est [ quia ego sum infirmus ] mole peccatorum. Infirmus sum, ergo sana me domine ] id est, pias affectiões, quas habes de meis miseris, sanando ostende, id est, remouēdo peccata mea. [ quoniam ossa mea ] id est, superior vis animæ meæ, scilicet mens, est turbata multitudine peccatorum. Per ossa, quæ pars corporis est robustior pars animæ robustior merito designatur. Quod plura liter ossa dicit, ipsius mentis robora, id est, castitatem, temperantiam, & alia huiusmodi intelligit infirmari. ¶ Superior vis animæ cōturbata est [ & anima mea ] ipsa, scilicet, tota, non tantum secundum superiorem vim, sed etiam secundum inferiorem, scilicet, secundū omnes sensus, vt peccet in auditu & visu, & c. turbata est valde, id est, multis & grauibus peccatis. Cum dicit infirmum esse, & animam turbatam esse secundum superiorem & inferiorem vim, notat omne genus pœnitentiæ. Valde sum turbatus [ & tu domine vsq̄quo ] differs sanare? ¶ Noli differre, sed tu qui haftenus aduersus fuisti dum essem impœnitens, cōuertere ad me conuersum ad te qui dixisti: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Conuertere, & esto propitius, & eripe animam meam à vinculis peccatorum à quibus tenerur. Saluum me fac ] scilicet, dando virtutes. Vbi ponit suas infirmitates, deprecatus est eum per suas miseras: nunc autem dicendo, conuertere, per ipsius iudicis misericordiam deprecatur, vbi dicit, p̄pter miseri-

Zacha. i.

misericordiã tuã. ¶ Ideo precor vt sanes, eripias, saluũ  
 facias, cito [ quia non est in morte qui memor sit tui ]  
 .i. nullius positi in transitu vitæ erit mortui fructuosa  
 memoria, si tui tm̄ memor sit, & maxime in inferno.  
 Per infernũ accipe desperationẽ, [ quis cõfitebitur ti-  
 bi? ] Non negat quamcunq; cõfessionẽ: legit em̄ de di-  
 uire: Pater Abrahã miserere mei, &c. sed salubrem ne- **Luc. 16**  
 gat confessionẽ. De vtroq; Esaias sic ait: Non em̄ qui  
 in inferno sunt laudabunt te, neq; qui mortui sunt be- **Esaiã, 38**  
 nedicent te. In hoc versu deprecãt per confessionẽ iu-  
 dicit: dei em̄ ẽ cõsuetudo, in hac vita tm̄ cõfessionẽ re-  
 cipere. ¶ Confessio in morte inutilis est, & in inferno:  
 & ideo illa attendens [ laboraui ] vigilando, ieiunan-  
 do, & ceteros fructus pœnitentiæ reddendo. [ in ge-  
 mitu meo ] .i. in cõpunctiõne cordis, procedẽte à me-  
 moria peccatorũ, & timore suppliciorũ. Gemitus enim  
 q̄si geminus luctus dicit, eo q̄ geminatur de peccato, **Mat. 5**  
 & de pœna peccati, de quo dicitur: Beati qui lugent,  
 qm̄ ipsi cõsolabuntur. Laboraui & laborabo, scilicet  
 [ lauabo ] .i. mūdabo [ lectum meũ ] .i. carnem meã,  
 eundo [ per singulas noctes ] id est, per singula pecca-  
 ta, q̄ noctes dicuntur, quia excæcant mentem per igno-  
 rantia. Caro dicit lectus, quia anima quiescit in ea con-  
 sentiendo delectatiõibus eius. Non tm̄ lauabo, sed eti-  
 am [ rigabo ] id est, ad fructificandũ parabo [ lachry-  
 mis meis ] interioribus & exteriorib⁹. Interior lachry-  
 ma est cõpunctiõ [ stratiũ meum ] id est, carnem meã,  
 quæ stratum dicitur, secundũ quod nostrę dominatio-  
 ni substernit. Per rigationẽ em̄ lachrymarũ ipsum cor-  
 pus aptũ fit ad fructificationẽ, sicut terra per rigatio-  
 nẽ aquæ ad fructificandũ p̄parat. Et in hoc versu ostẽ-  
 dit satisfactiõẽ. ¶ Laboraui & lauabo, quia [ oculus  
 meus ] interior, id est, ratio [ turbatus est ] id est, pertet-  
 ritus



ritus est [ à furore ], .i. à causa furoris quē exercebit dñs  
 in die iudicij. Et merito turbatus est [ q̄a inueteraui ]  
 .i. cū deberem esse membrū noui hoīs, fui membrū ve  
 teris, ita q̄ sim dignus abiici, sicut vetus testamentū: ha  
 bitās [ in t̄ oēs inimicos meos ]. .i. operans cū oī genere  
 p̄ctī, sc̄y, adulterij, fornicatiōis, &c. ¶ Ego iueteraui in t̄  
 oēs inimicos meos: sed iam vos [ omnes q̄ operamini  
 iniquitatē ] quicūq̄ estis [ discedite à me ] sp̄ualiter, q̄a  
 deinceps nolo malū operari vobiscum [ qm̄ exaudiuit  
 dominus vocem fletus mei ]. .i. cōpunctionis meæ, q̄  
 niā exaudiuit cōdonando p̄ctā. ¶ Exaudiuit dominus  
 deprecationem meā ] scilicet, ne deinceps peccarē [ &  
 ipse dominus orationem meam suscepit ] dādo virtu  
 tes. Bis ponit dominus, & semel deus, & ita exprimit  
 trinitatem. Ex q̄ dixit, discedite à me, notauit emenda  
 tionem qd̄ vltorius nō peccaret. ¶ Hic orat pro inimi  
 cis. Iustū em̄ erat, vt sicut veniā cōsecutus fuerat, ita &  
 alijs cōdonaret. Cōtinuatio: Dominus exaudiuit me,  
 ideo [ inimici mei ] cōsiderātes me [ erubescāt ] de ma  
 lis operibus suis [ & conturbent̄ ] timore futuri iudicij  
 [ vehementer ]. .i. ita vt p̄niteāt, & cōuertant̄ ad bo  
 na opa, & post cōuersionem erubescāt de p̄teritis pec  
 catis. Illa erubescencia valet vt caueam⁹ à p̄ctis: & hoc  
 valde velociter, id est, vt non expectent mortem vel  
 infernum.

## IN PSALMVM VII.

Titulus. In finem psalmus David, quem cāta  
 uit domino p̄ verbis Chusi filij Gemini.

2. Re. 16 **D**omine deus me⁹ ] Legitur quod David Chus  
 filium Gemini, familiarem sibi, cum Absalone  
 misit, vt esset cum eo in persecutione, & sibi Absalo  
 nis secreta remandaret: quibus secretis auditis, David  
 sperans



Sperans liberari, Psalmum istum composuit, non historiam quidem, sed significatum historiae considerans. Sicut enim per occulta illa spem liberationis habuit, sic quilibet iustus per incarnationem Christi sperat a potestate diaboli liberari. Psalmus iste convenit David id est, ipso dominico homini, & omnibus iustis, quia hic quilibet iustus loquitur: quem psalmum cantavit domino, id est, cum exultatione, pro his quae in hoc psalmo sunt, laudavit dominum. Omnis enim iustus pro his quae in hoc psalmo continentur, cum exultatione laudat dominum. Pro verbis Chusi, id est, pro manifestatione silentij .i. incarnationis Christi, quae hic manifestatur. Iste psalmus agit de silentio .i. de incarnatione dei: quod silentium .i. occultum erat in tempore illo, Agit etiam de occulto silentio, scilicet iudicij, quod modo exercet, scilicet quod malos permittit praevalere bonis, & eos diverso genere poenarum affligit. Chusi namque silentium interpretatur, silentij dico filij Gemini .i. generati a propitiatione dei. Geminus vero dextera interpretatur: per dexteram vero propitiatio intelligitur. Psalmus dico, dirigens auditores in finem, id est, in Christum per spem. Materia est mysterium Christi .i. diuinitas iuncta humanitati: de qua sic agit: ostendit exaltationem diuinitatis, quam habuit in vindicando de inimicis, possidendo fines eorum: & ostendit quod faciat iudicium de omni iusto, tam de dominico homine, quam de alijs, & de omni impio. Iudicat enim deus semper in hac vita iustos esse puniendos ab impijs ad eorum perfectionem: quod iudicium dei ostendit eos patienter sustinere, & ideo orare. Deinde ponit admonitionem impiorum, & sic intendit nos in spe, constituere. Sicut diximus: Domine quod multiplicati sunt, tercio loco positum, quia agit de resurrectione, quae tertia

Supra  
Psalm, 9.

die facta est: ita & istum possumus dicere septimū, quā  
 agit de spe in qua quiescimus, sicut dominus die septi-  
 mo quieuit. Iustus vel Christus hic loquens, patiens p-  
 secutores cum patientia, pramittit orationē vt libere  
 tur ab inimicis, dicēs: [ Domine ] qui dominiū habes  
 [ deus ]. i. creator omniū, qui [ meus ] es per familiari-  
 tatē [ in te speraui ] Et hic notamus intentionem [ &  
 ideo saluū me fac ] ne cedam tentationibus inimicorū  
 [ me, dico, per hoc exemplū ] ex om̄ibus persequentib⁹  
 b⁹ me ] tam exteriorib⁹ q̄ interioribus [ & libera me ]  
 scilicet ne vltra insurgant aduersum me. ¶ Ideo dico  
 saluū me fac [ nequādo rapiat inimicus meus animam  
 meā ] agēs vt leo. De hoc inimico ait Aposto, Aduer-  
 sarius noster diabolus, tanq̄ leo rugiēs circumit, quæ-  
 rens quem deuoret [ dum non est ] id est, quia non est  
 alius [ qui redimat ] dando pretiū [ neq; qui saluū faci-  
 at ] eripiendo ne redempti cedant insidijs inimici, nisi  
 tu. ¶ Ideo debes saluū facere, quia non est alius qui fa-  
 ciat: ideo etiā, quia non cōmisi q̄re me persequant. Et  
 [ si ego domine deus feci istud ] scilicet, si hęc persecu-  
 tionē illorū merui, id est, hęc mala quæ ipsi mihi inge-  
 rūt, hęc mala q̄ iam dicā mihi cōtingant. Et quo dixit:  
 Si feci istud, determinat cū subdit: [ Si est iniquitas in  
 manibus meis ]. i. in operib⁹ meis. De Ch̄ro patet qd  
 nullā habuit iniquitatē: cæteri iusti & si peccatis vacui  
 non sint, tñ in persecutores nihil cōmittūt. In hoc nō  
 cōmerui q̄ eis prius malā intulissēm: nec in hoc q̄ eis  
 mala .p malis reddidissēm, & hoc est qd subdit: Si red-  
 didi mala retribuētibus mihi mala. Cū dicit retribuētibus,  
 notat se ab illis mala recipere, q̄bus pietatis officii  
 impēderat. Per hęc oīa, & hic maxime suā cōmen-  
 dat patiētiā. Si hęc feci, decidā merito ]. i. vicar [ ab ini-  
 micis meis inanis ], i. nullū recipiēs fructū meæ patiē-  
 tiæ,

tie, q̄ merito mihi eueniet, Vel inanis ab inimicis. i. fru-  
 stratus, nullū acgreus de inimicis. ¶ Præter hoc malū,  
 hoc etiā mihi aliud eueniat, scilicet [persequat] id est,  
 impugnet [inimicus animā meam] scilicet, diabolus  
 & membra eius [ & comprehendat ] id est, sibi succū-  
 bere faciat [ & vitam meam ] id est, animam per quā  
 viuere debeo [ & cōculcet ] id est, multis turpitudinib⁹  
 me cōtemptibilem reddat, intantū vt sit in terra pror-  
 fusus. i. dedita terrenis, per quod erit cib⁹ diaboli [ & glo-  
 riam meam ] id est, rationem meam: quæ ideo dicitur  
 mihi gloria, quia per eam sum similis deo [ deducat in  
 puluerē ]. i. similem faciat pulueri, scilicet, quod sicut  
 puluis non resistit vento, ita nec ratio mea resistat dia-  
 bolo. ¶ Si feci istud, hæc prædicta mala mihi eueniant:  
 sed quia non feci [ exurge domine in ira tua ] id est, in  
 vindicta tua, vt homines eripias à diabolo [ & exalta-  
 re in sinibus ] .i. in possessionibus [ inimicorū tuorū ]  
 id est, dæmonum, scilicet, possidendo eos, quos modo  
 possidet diabolus. Tunc exaltat dominus in p̄tōrib⁹,  
 quādo illi à cōuersis confessio laudis offertur. Ab hoc  
 versu incipit ostendere exaltationē diuinitatis, ¶ Ex-  
 urge dico, vt fines inimicorū possideas [ & exurge in p̄-  
 cepto quod mandasti ] id est, pone & imple leges tu-  
 as in omnibus possessis, & sic synagoga populorū cir-  
 cundabit te, impugnando & Christum & alios iustos.  
 ¶ Et propter hanc ] sic obstinatā contra te [ regredere  
 in altum ] id est, subtrahe te ab eorum cognitiōe, ita vt  
 sis in alto, scilicet, sicut te humiliasti vt te cognoscerēt  
 assumēdo carnem, sic te retrahe in altitudinem in qua  
 fuisti. Vel [ Exurge in præcepto quod mandasti ] id ē,  
 in lege præcepisti, vt in iniquos animaduertamus, pro-  
 pterea & tu iuxta eam legem contra eos insurge: & sic  
 [ synagoga ] quæ à te propter mortem & ignominia



tibi illata declinavit [circundabit te]. i. adhærendo tibi circūdabit te: & propter illam cōfirmandā regre-  
 re in altū. i. per ascensionē te potentem ostende: vt qui  
 tibi humiliato adhæserant, sic glorificatum remunera-  
 torem attendant. ¶ Ex quo dixit, exurge domine, ostē-  
 dit exaltationem diuinitatis, dehinc ostendit iudiciū,  
 & conuertit se ad nos: ac si diceret: Dominus sic exal-  
 tatus est, & ipse dominus iudicat populos: & tu [do-  
 mine iudica me secundū innocentiam meam] .i. secun-  
 dū bona opera mea [ & secundū innocentiam ] scilicet,  
 quod alijs nō nocui [super me] .i. à supernis mihi da-  
 ta. ¶ Iudica me dico & [consumetur] .i. perficietur in  
 me iusto, vt me secundum voluntatem nequitie suæ  
 crucient [nequitia peccatorum] & per hoc [diriges  
 iustum] ad te. In hoc versu notatur iudiciū iusti & im-  
 pij. Quod em̄ dicit, vt peccatores cōsumant nequitiam  
 suam, in eo iudicium peccatorū ostenditur: Iustū em̄  
 est, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Cum dicit  
 post nequitiam peccatorum consummatam in iustis,  
 ipsos iustos dirigi, ponit iudicium iustorū. Iudicat em̄  
 deus suos, probando persecutione. In Christo fuit cō-  
 summata nequitia Iudæorū, quādo crucifixus est: dire-  
 ctus est ipse iustus quādo à mortuis surrexit. Decij ne-  
 quitia cōsummata fuit in Laurentio, cum eū per ignē  
 occidit. Similiter de alijs iustis atq; impijs iudica secun-  
 dum iustitiam: tu dico [scrutans corda] .i. perfecte vi-  
 dens cogitationes [ & renes ] id est, carnales delectati-  
 ones: in renibus enim sedes est libidinis. Vel per renes  
 accipiamus firmiores cogitationes: solus enim de⁹ se-  
 creta cordis cognoscit. ¶ Dixi cōsumetur nequitia pec-  
 catorū, & contra illam nequitiam sit mihi [ adiutorium  
 à domino ] ne ipsa mihi pręualeat, quod iustū est secun-  
 dum patientiam & iustitiam meam [ q̄ saluos facit re-  
 ctos



Etos corde] q̄a superant omnem inimici tentationē.  
 ¶ Et q̄a dominus talis est, ideo v̄ os impij conuertimi  
 ni ad eū, q̄a [ nisi conuersi fueritis, gladium suū vibra-  
 bit] super vos, quoniam ipse deus est iudex. i. retribu-  
 et vn̄ cuique pro merito. Per hoc ostendit potestātē  
 habere puniendi: & ne excusent se per ipsius iudicis im-  
 potentiam, subdit [ fortis ] id ē, cuius voluntati nemo  
 possit resistere. Et ne illi dicerent: Si potens esset, iā pu-  
 nisset, subdit [ patiens ] .i. nōn statim puniens, sed ex-  
 pectans peccatorū poenitentiam: & hoc probat quod  
 patiens sit, q̄a non statim punit pct̄ā: & hoc est, nun-  
 quid irascetur, id est, punit per singulos dies? Non. Et  
 q̄a iudex est, & potens est, ideo nisi cōuersi fueritis ad  
 eum [ gladium suum vibrabit ] ideo mittendo ad iu-  
 diciū, iustis ostendet choruscum, impijs tenebrosum.  
 Gladius enim vibratus mō tenebras, mō splendorem  
 ostēdit. In iudicio, q̄d vibrabit gladiū: & iam [ arcū su-  
 um terendit ] .i. cum diuina scriptura nobis minas in-  
 cutit. Per lignum arcus, vetus testamentū accipitur: q̄a  
 sicut lignū, per se erat inutile & inflexibile: per chordā  
 nouum testamentum, quo verus intenditur, & ad vtī-  
 litatem it̄lectus reducitur [ & parauit illum ] .i. no-  
 bis per quosdam doctores it̄ligibilem reddidit. ¶ Et  
 in eo ] arcu, scilicet diuina scriptura [ parauit vasa mor-  
 tis ] .i. apostolos ceterosq; doctores, ex quibus mors  
 propinatur. Quibus non recipientibus doctrinā eorū  
 [ ardentibus vero ] .i. desiderantibus deum, [ sagittas  
 suas ] .i. prædicatores ipsos, vel diuinas sententias que  
 corda vulnerant [ effecit ] .i. habiles vt reciperentur  
 & intelligerētur parauit. Vnde Apostolus: Sumus o-  
 dor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. ¶ Li- 2. Cor. 2  
 cet deus sic vibret gladiū, sic paret arcum, tamē impij  
 non desistunt, sed ecce [ impius parturit ] id est, conat̄  
 c̄ iij      emitte-

emittere [iniustitiam] nō alio cogente eū ad hoc, sed quia ipse cōcepit cogitatiōe & volūrate [dolorem] .i. peccatū, pro q̄ei maxime est dolendū [ & peperit ] .i. opere cōpleuit [iniquitatē.] ¶ Hæc aut̄ faciendo [lacum sibi aperuit] .i. præcipitiū sibi peccati parauit [ & effodit illum ] id est, amplificauit periculum [ & incidit in foueam quā fecit ] .i. per quod alijs necem parauit, seipsum potius impediuit. Vnde Augustinus: Nemo non prius peccat in se, q̄ in alium: sicut alios volēs decipere, aperit terram prius, deinde effodit amplificādo foueam, tandem nisi sibi bene prouidens, incidit in eandem. Lacus dicitur cuius later fundus: peccatū vero dicitur lacus, secundū hoc q̄ finē imminētis ex peccato ruina ignoramus. ¶ In hac vita cadit peccator in foueā peccati, sed tandē in die iudicij [cōuertet̄ dolor eius] .i. peccatū cum iucūditate hic perpetratū, ibi dolorē incuriet [in caput eius] .i. in animā eius. Punietur em̄ ibi anima pro omnibus in quibus hic peccauit [ & in verticem eius ] id est, in superiorem partem, scilicet rationē [iniquitas ipsius descendet] id est, peccatis q̄bus hic consensit ratio, ibi absq; omni obsecratiōe destruetur. Ex quo dixit deus iudex iustus, posuit admonitiōnē impiorū. ¶ Et qm̄ ipse talis est, ideo [confitebor dño] id est laudabo dominū. Accipitur em̄ cōfessio vel de p̄ctis, vel in laude [secundū] id est, propter [iustitiā eius] & psallam] bene operando [nomini domini] id est, ad amplificandū honorem dñi [altissimi] cuius nomini est psallendum, qm̄ ipse altissimus est. Psallere vero est, dñi mandata, & operibus pagere, & hymnos & psalmos & cātica voce & corde cātare.

## IN PSALMVM VIII.

Titulus. In finem psalmus David pro  
torcularibus.

Domine

**D**omine dominus noster ] Psalmus iste conuenit Dauid prophetae, & omnibus de ecclesia, quae fuit ante aduentum Christi. Psalmus dico, pro torcularibus agens, id est, pro ecclesia, quae ideo torcular intelligitur, quia in ea sunt & reiiciendi & recipienti: sicut in torculari vinum exprimitur, quod retinetur & acinus remanet, qui eicitur: cuius vniuersa pressura fit Christi permissione. Psalmus nos in Christum dirigit: & hoc est quod dicit, in finem, id est, admonet nos infideles, vt voluntarie deo subijciamur. Materia est Christus. De eo sic agit: ostendit excellentem potentiam diuinitatis per magnifica sua opera: ostendit etiam humanitatem eius humilem, deinde exaltatam super omnem creaturam. Intentio vero est, admonere infideles, vt tali domino subijciantur. Loquitur hic propheta vel quilibet de ecclesia, quae fuit ante aduentum Christi, & a magnificatione diuinitatis incipit: & hic quandam exultationem attendens secundum Christi dignitatem, praemittit dicens: Domine ] qui cum omnibus dominaris [ dominus noster ] specialiter es, quia tuorum bonorum participes facti sumus [ quam ] id est, quantum [ nomen tuum ] honorificentia tua, fama, gloria [ est admirabile ] non tantum in Africa, sicut dicebant quidam haeretici, sed [ in vniuersa terra. ] ¶ Id eo dico mirabile [ quoniam magnificentia tua ] id est, magnificus filius tuus [ est eleuata super omnes celos ] id est, super omnem angelicam creaturam: vel super omnes caelos materialiter: quod fieri non posset, nisi ille, homo esset & deus. ¶ Propter hoc est admirabile nomen tuum, & etiam propter hoc quod tu [ perfecisti ] id est, perfectam fecisti, [ laudem ex ore infantium & lactentium ] infantium quantum ad aetatem, lactentium, id est, simplicium, qui indigebant pasci simplici



doctrina. Laudem puerorum perfectam dicit, quia nō fit ex humano ingenio, sed ex sola operatione diuinitatis. Perfecisti dico [ propter inimicos tuos ] scilicet pharisæos. Hæc prophetia in euangelio ore dñi docetur exposita, cum à Iudæis prohiberentur infantes, ne laudem dñi resonarent, respondit: Nonne legistis, quæ ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem. Propter inimicos dico [ vt destruas inimicum ] scilicet maleuolum [ & ultorē ] id est, defensorem suę legis, veritatem euangelij impugnantem. ¶ Ideo dicit destrues [ quoniam ego videbo ] in successoribus meis [ cælos tuos ] id est, sanctos apostolos, qui dicuntur cæli, quia continent secreta dei, cōpluunt etiā rorem cœlestis doctrinæ fidelibus. Inde per cælos euangelicos libros, qui secreta dei cōtinent, possumus accipere. Cælos dico [ opera digitorum tuorū ] .i. quos ipsa deitas operata est: per digitos pluraliter personarū pluralitatem in deitate significat: vnde alibi manifeste trinitatem nobis notat cum dicit: Quis appendit molem terræ tribus digitis? Videbo [ & lunam, & stellas ] per lunam inferiorē ecclesiam sub apostolis, vel generalē ecclesiam, quæ p defectu & incremento luna dicitur: per stellas intelligit eos, qui in ecclesia in seipsis lucent [ quas ] stellas, vel [ quæ ] scilicet cælū & lunā [ tu fundasti ] id est, firmiē statuisti, vt quibuslibet tentationibus nequeant dimoueri. ¶ Quandoquidē hæc omnia fecisti, ergo [ quid ē homo? ] id ē, magnū quid video hominē esse, per hoc quod tu es memor eius. Præparas em̄ per filij tui trāsmiſſionem, humani generis reparationē: [ aut quid est filius hominis? ] id est, humanitas Christi [ quoniam visitas eum ] vniendo tibi filium tuū. Quod dicit, filius hominis, notat eum verū hominē esse: quod dicit hominis & non hominū, cum non ex homine patre, sed  
ex sola



ex sola matre humanitatē traxisse innuit. ¶ **V**isitasti fili-  
 lium hoīs, & eum filium cum visitante deitate, id est,  
 Christum integrū [minuisti] secundum deitatē. Hu-  
 miliata em̄ fuit diuinitas, quando sibi passa est humani-  
 tatem vniri. Vnde Apl's: Ex inaniuit semetipsum for-  
 mam serui accipiens. Minuisti dico, ita, vt ipse Chrs̄ se-  
 cundum humanitatē minus haberet ab angelis: quia  
 passibilis & mortalis fuit [sed paulo] quia etiam ipsi  
 sic fragili, prout dño, angeli ministrabant: & eū prius  
 fit minntū [coronasti gloria] in resurrectione [ & ho-  
 nore ]: i. multitudine seruorū per exaltationē ad calū.  
 Cum dicit coronasti, notat de corona totius mūdi re-  
 surrectionis & ascensionis gloria aliquos cōfiteri: & sic  
 honoratū [constituisti super opera manuū tuarum] &  
 etiam super angelicam creaturā. ¶ **E**t quoniam potuis-  
 set eum constituisse digniorem om̄ibus creaturis, nec  
 tamen omnia subiecta essent ei ( vt aliquis episcopus  
 dignior est omnibus alijs, nec tamen oēs subiecti sunt  
 ei) subdit: [sub pedibus eius] id est, plenarie subiecisti  
 [omnia]. i. omnes creaturas. Sicut em̄ quod sub pedi-  
 bus alicuius est, plenū ei subiectū est, ita Christo om̄ia:  
 licet em̄ adhuc quidam recalcitent, nihil tamen faciūt  
 nisi eius permissione. Vel [sub pedibus eius]. i. sub hu-  
 manitate, quæ ideo pedes dicit, quia per eam diuinitas  
 ad nos descendit. Ostendit per partes quæ oīa subiece-  
 rit [oues]. i. simplices i ecclesia, de qbus ait dñs Petro  
 Pisce oues meas [ & boues ]. i. p̄dicatores sanctos, qui  
 triturant ecclesiā. Vnde Moyses: Nō alligabis os boui Iohan. 21  
 triturāti. [vniuersas] Prop̄ hoc ponit fœminiū, vt si- Deu. 25.  
 gnificet illos quosdā factus in ecclesia [insup & pecora  
 cāpi] p̄ pecora cāpi illos q sub nullius custodiati tenent  
 intelligit, qui late vagāt. Per hoc qd dicit, insup, notat  
 discretionem illorū à bonis. ¶ **E**t etiā volucres celi,  
 id est

id est, elatos in superbia [ & pisces maris ] id est, qui curiosè victum quærunt, sic mundana quærunt sollicitè: sicut enim pisces qui victum sollicitè inquirunt, sic qui dam vt possideant, vt mercatores: quidam naturas rerum inquirendo, vt philosophi, qui perambulant semitas maris. Per mare accipimus mundum, qui semper in moru est, sicut mare. Cum superius dixit, minui sti, humilitatem humanam ostendit: Post huc vsque de humanitatis exaltatione. ¶ Ostensa igitur tanta dignitate ipsius, quasi concludens in eadem admonitione, in qua inceperat, desinit. Domine dominus noster. Et notatur ibi mysterium, vt sicut à bono incipimus, sic finiamus.

## IN PSALMVM IX.

Titulus. In finem Psalmus Dauid pro occultis filij. **C**onfitebor] Iste psalmus conuenit Dauid, qui et hic loquitur, pro occultis filij, id est, Christi. In hoc enim psalmo agitur de occultis Christi, & iungit nos in finem, id est in Christum. Intendit enim in hoc psalmo, inuitare nos ad timorem Christi. Materia est gesta Christi in primo & secundo aduentu, de q̄ sic agit. Ostendit Christum in secundo aduentu damnaturum diabolum cum membris suis. In primo vero ostendit quid faciat suis, & quid persecutoribus ecclesie, siue capiti Antichristo, siue suis. Postea ponit imprecationem ecclesie persecutoribus. Deinde attendens mala quæ Antichristus faciet ecclesie, cū questione ipsa mala enumerat. Vltimo precatur finem mundi. ¶ Præuidens propheta destructionem inimicorū in secundo aduentu, in quandam exultationem prorumpit, dicens: [ Confitebor tibi domine ] confessiōe laudis [ in corde ] dicit, quia nulla confessio valet, quæ ex corde non procedit [ meo ] dicit, cui dominat [ ro-

to] dicit, quia nulla mala cogitatione impedit & alijs  
 [narrabo omnia mirabilia tua] non ideo dicit, quod  
 omnia eius mirabilia narret, sed quæcunq; dicit de eo  
 mirabilia sunt. ¶ Lætabor] etiam in animo [ & exulta  
 bo] in corpore, non in mundanis, sed [in te] [psallā]  
 etiā bene operando [nomini tuo] ampliando [o al  
 tissime] scilicet, quia altissimus es. ¶ Lætabor dico &  
 exultabo [In cōuertendo inimicum meū retrorsum]  
 id est, in consideratione cōuersionis inimici. Licet em̄  
 hic nobis quodammodo dominetur, tamen in die iu  
 dicij prorsus eius dominium destruetur. Conuersio ve  
 ro, id est, destructio illius dominij per mortem Chri  
 sti incepit, in die quidem iudicij plene consummabit.  
 Ille conuertetur, suiq; sequaces [infirmabuntur] id ē,  
 amittent potestatem nocendi: quæ iterum infirma  
 tio in hac vita incipit per mortē Christi: & [peribunt]  
 æterna damnatione, remoti [à facie] id est, à cognitio  
 ne tua, iuxta quod dicitur: Tollatur impius, ne videat  
 gloriam dei. ¶ Ideo peribūt & infirmabuntur [quoni  
 am tu fecisti meam causam] id ē, mihi vtilem. Ibi em̄  
 patientiæ & humilitatis nobis exemplum reliquit: &  
 [iudicium] id est sentētiam mortis, datam ab ipsis Iu  
 dæis [fecisti meum] id est mihi vtile. Per mortem em̄  
 tuam redempti sumus: & potes destruere aduersarios,  
 quia [tu sedes] id est, quiescis [super thronum] id est,  
 in regali sede [qui iudicas iustitiam] id est, iuste, & per  
 hoc notat quod deus eos velit destruere. ¶ Iudicas iu  
 stitiam hanc, scilicet [Increpasti Gentes] id est, gentili  
 ter viuentes damnabis, increpādo eos de malefactis  
 [ & impius] id est, diabolus [peribit] in æternum sci  
 licet, [nomen eorum] id est, omnem potestatem [e  
 orum] id est, gentiliter viuentium, delebis in æternū.  
 Et ne acciperemus in æternum vsq; ad finem mundi,  
 sicut

Esaię. 26



**Exod. 15** sicut Moyses ait: Regnabit dominus in æternum & vltima, subdit [ & in seculum ] subsequituum huius seculi. ¶ Peribit impius, quia [ frax ] .i. tentationes [ inimici ] id est, diaboli [ deficiet in finem ] id est, postquam deuenient in vltimum finem [ & destrues ciuitates eorum ] id est, collectiones subditorum, munitas sententiarum falsorum ad suos errores defendendos. Et tunc [ peribit memoria eorum ] illa scilicet affectio quam habent sancti pro eis in hac vita existētibz. Vnde in Evangelio: Inter nos & vos chaos magnum firmatum est [ cum sonitu ] id est, magno dolore pereuntium. Sicut enim aliqua ciuitate pereunte, magnus dolor & magnus sonitus est, ita erit in illis pereuntibus. ¶ Ipsi ita peribunt, dominus autem permanet in æternum ] vere permanet in æternum, quia [ parauit thronum suum in iudicio ] id est, dum iudicaretur: vel in iudicio, vt iudicet. [ & ipse iudicabit orbem terræ ] id est, omnes bonos viuentes in circuitu terræ [ in æquitate ] scilicet, pro meritis [ iudicabit etiam populos ] scilicet peccatores [ in iustitia ] id est, pro meritis singulorum. ¶ Hactenus egit de secundo aduentu, nunc de primo ingreditur: & primo ostendit, quid Christus faciat suis: in secundo aduentu iudicabit, & ipse idem dñs in hac vita factus est refugium pauperū. [ Factus est ] bene dicit: quia cum deus nihil deberet homini (homo enim per suam culpam ab eo recefferat) fecit tamen mediatorē, per quē redimeret [ refugium ] dicit per simile: sicut enim pugnantes cum stare nequeunt, ad aliquam munitiōē fugiunt: sic fideles cum per vires proprias stare nequeant, ad Christum refugiunt, qui vel ministrat tolerantiam, vel mitigat passiones. Pauperem vocat, qui licet habeat, tamen terrena cupiditate vacuatus, cœlesti desiderat largitatē ditescere: ipse est etiam adiutor ad co-

operam



operandum, vt si aliquis incipiat ieiunare, deus ei ma-  
 num apponat: adiutor dico in tribulatione. Illud em̄  
 dulcissimū est adiutoriū, quod in necessitate p̄statur,  
 sicut in alio psalmo dicit: Inuoca me in die tribulatiōis, **Psal. 49.**  
 & eruam te & honorificabis me: & non quocunque  
 mō adiutor in tribulatione, sed in oportunitatibus. i.  
 secundū q̄ opportunū ē. Si em̄ tribulatus roget remo-  
 ueri tribulationes, nō est dignus exaudiri: si vero tole-  
 rantiam deprecatur, dignus est exaudiri. ¶ Adiuuasī tri-  
 bulatione, & etiā nō delinques. i. nō pateris eos deuin-  
 ci. Licet relinquant. i. ad horā patiaris tribulari, vel etiā  
 aliquando cadere: sunt enim aliqui casus vtilis, vt im-  
 petus: [quærentes te dñe] id est, illos qui omnibus mo-  
 dis voluntari tuæ obtemperare nituntur. ¶ Et quoniā  
 non dereliquisti, ideo [sperant in te omnes qui noue-  
 runt nomen tuū] Noscere accipit, non ex interiori co-  
 gnitione, sed in sola fide & bona operatione. Vnde Io-  
 hannes: Qui dicit se nosse deū, & mandata eius nō cu-  
 stodit, mendax est. ¶ Non derelinquit suos, sed requi-  
 ret sanguinē eorū: & ideo psallite illi dño: & determinat  
 cui dño, scilicet qui corporaliter habitat in Sion. i. in Iu-  
 dæa. Sion nanc̄ Iudææ caput est, in qua Christus præ-  
 sentia corporis habitauit: Vnde & ipse ait: Non sum mis-  
 sus præsentia corporis, nisi ad oues quæ perierunt do-  
 mus Israël. Vel per Sion ecclesiā, quæ speculatio est,  
 possumus accipere: [annuntiate inter gentes] id est,  
 gentiliter viuentes [studia eius] hoc scilicet [quoniā  
 ipse est requirens sanguinem eorū] id est, quærentiū  
 dñm [recordatus est] scilicet tribulatorū & tribulan-  
 tium. Deus suorum videt oblitus, cum eos tribulari p̄-  
 mittit: recordari, quando eis subuenit. Studia dicit, quā  
 deus non tantum iudicat sed studiose vindicat. Re-  
 cordatus est tribulorum, & non est oblitus clamo-  
 rem

1. Iohā. 2.

Matt. 15.

rem pauperum] id est, supplicium, qui nō possunt tribulationes sustinere, miseretur statim deus, & liberat à tribulatione. ¶ Clamorem pauperū] dicentium [ miserere mei domine ] scilicet hoc modo [ vide humilitatem meam, id est, afflictionem meam : vide dico [ de inimicis meis ] id est, de superbia inimicorum . Si em̄ consideras modum superbe inferentium, poteris cognoscere quanta sit afflictio patientiū. Quod dicit domino [ vide humilitatem meam ] per simile loquitur. Sicut enim aliquis, si eum dominus suus videat, melius pugnat, ita fideles Christi, si deus eos videat, melius tolerant. Videre enim domini, iuuare est: ¶ Vide humilitatem meam ] Et sic [ exultabo in salutari tuo ] id est, in saluatione tua. ¶ Et ideo debeo exultare, quia tu es ille [ qui exaltas me ] id est, remouēdo [ de portis mortis ] id est, de malis operibus, per quæ intratur in infernum, ita, vt ego sic exaltatus positus [ in portis filiae Sion ] id est, in virtutibus quæ sunt introitus ad ecclesiā quæ dicitur filia Sion, quia generata fuit in Sion, id est in Iudæa, in passione Christi. Vel etiam dicitur filia Sion, id est, filia speculationis, quia non esset ecclesia, nisi deum specularetur, [ annunciem ] omnibus alijs [ laudationes tuas omnes ] non quod omnia quæ possunt de eo cum laude dici dicat, sed quicquid dicit, laus eius erit. ¶ Et quia sic exaltas [ exultabo in salutari tuo ] Hic incipit dicere quid faciat persecutoribus ecclesiæ in primo aduentu. Continuatio: Suis ita subuenit deus, sed [ Gentes ] id est, gentiliter viuentes [ infixæ sunt in interitum quem fecerunt ] Cum enim alios corporaliter interimunt, se ipsos spiritualiter interficiunt. [ Infixæ ] per simile dicitur. Sicut em̄ clauus infixus vel in luto, per se nō potest resurgere, ita ipsi homicidæ à nequitia sua per se non possunt resurgere. Et etiam [ pes  
corum

eorū]. i. affectio eorū est comprehensus [ in laqueo ]  
 .i. in dolositate [ isto quē absconderunt ] .i. alijs occul  
 te tetenderunt. ¶ Ipsi ignorāt hoc iudiciū dñi esse datū  
 super eos in hac vita, sed [ dominus cognosceit faciens  
 iudicia ] ideo q̄a [ peccator est cōprehensus ] in hac vi  
 ta [ in operibus manuū suarū ] .i. in delectatiōibus sua  
 rum operationū. ¶ Quia peccatores sic persequitur ec  
 clesiā dei, ideo [ conuertant ] à proposito persequēdi,  
 & præcipitentur [ in infernū ] materialem: peccatores  
 dico, scilicet [ omnes Gentes qui obliuiscunt deū ] .i.  
 qui vel fidem non habent: vel si habent, opera dei non  
 faciunt. ¶ Vere conuertentur, q̄a pauperes remunera  
 bunt, & hoc est [ qm̄ obliuio pauperis nō erit in finē ]  
 .i. inaternū: quia licet deus in hac vita videatur paupe  
 rum obliuisci, tamen veniendo in fine seculi, non obli  
 uiscetur dominus eorū: & si pauper simpliciter recor  
 datur dominus, tunc multo potius patientiē pauperū  
 recordabit: & hoc est [ paciētia pauperū ] .i. merces pa  
 tientiaē pauperū [ non peribit ] Hic imprecatur cōtra  
 persecutores. ¶ Et vt patientia ipsorū non pereat [ tu  
 domine exurge, non confortetur ] .i. non prosperetur  
 diu in persecutione sanctorū [ homo ] .i. Antichristus,  
 qui cū dicat se esse deū, tamē simpliciter homo est. Ipse  
 non cōfortet, & etiā [ Gentes ] scilicet, sequaces & com  
 plices eius [ iudicent in cōspectu tuo ] .i. licet alij nesci  
 ant eos iudicatos, tamen apud te sunt iudicati. ¶ Hoc  
 mō iudicent. [ Cōstitue sup eos legislatorem ] .i. Anti  
 christū, q̄ constituat super eos legē cōtrariā legi Chrī,  
 & etiā hoc modo iudicentur, vt [ ipsæ Gentes sciant ]  
 aliquando [ quoniam ipsi sunt homines ] id est, carna  
 les. Propheta prospiciens tantam pefecutionem futu  
 ram ab ipso Antichristo, conqueritur quasi deus recess  
 sisset à suis, ipsius malefacta enumerando. Continua  
 d tio



tio: Ideo ꝑcor vt non confortetur hō ille, q̄a video t̄ā  
 tam tribulationē inferri tuis ab illo, quod videris recessisse à tuis. ¶ Et ideo [ vt quid domine recessisti longe ] id est, permittis tuos tantum tribulari, & [ despicias ] etiam, id est, sicut videris recessisse, ita etiam videris despiciere [ in oportunitatibus in tribulatione ] id est, cum in tantis tribulationibus opportunum videretur, vt deus confortaret suos per miracula, videbitur suos despiciere, cū nec miracula, nec aliquam talem ministraret confortationē. Hic vult enumerare mala, q̄ Antichristus inferet fidelibus, & enumerādo ostendit ipsa mala nocere inferētibus, prodesse patiētibus. Cōtinuatio: ¶ Recessisse videris, quia [ superbit impi⁹ ] & ex superbia sanctos affligit singularis ille .i. Antichristus: & dum sic superbit [ incendit paup ] Per incendit notat, & quod tribuletur, & q̄d purgei [ superbit impius ] & castigant ipse & sui mala cōsilia aduersus sanctos, in q̄bus [ cōprehendunt ] Per cōprehendūtur notat eos nocētes suis ipsis laq̄is impediri. ¶ Superbit impius, paup incēditur, laudatur etiā peccator ] secundū acta, laudatur dico [ in desiderijs anime suæ ] q̄a succedūt ei oīa q̄ desiderat, & sic laudātes dicūt: Non posset hæc facere nisi de⁹ eēt cū eo [ & ipse iniquus ] q̄a voluntate habet nequitia [ benedicitur ] .i. exaltatur, quia etiam in malis opibus bene agere dicitur. ¶ Et qm̄ sic laudatur & bñdicitur, ideo [ exacerbauit dñm peccator ] ille singularis, .i. ad irā prouocauit, & ideo etiā q̄a ipse [ non quæret ] sibi deum adiutorem: agens [ secundū multitudinem iræ suæ ] .i. in multo furore. ¶ Non est etiam deus in cōspectu eius ] id est, non attēdit deum aliquid posse: & præter hæc omnia [ viæ ] id est, opera ipsius [ sunt inquinatæ in omni tempore ] id est, nunquam fecit aliquod bonum. ¶ Et ideo exacerbauit, q̄a  
 [ aufe-



[ auferentur iudicia tua à facie eius ] id est, à considera-  
 tione eius, quia nec te attendit rectorem rerum, nec su-  
 turum iudicem, & hoc ideo, quia [ dominabitur oim  
 inimicorum suorum ] quia realiter subijciet omnes re-  
 ges terræ. ¶ Vere dominabitur, quia [ ipse dixit in cor-  
 de suo ] id est, sibi competenti ] mouebor à generatio-  
 ne ] vna mihi subdita [ in aliam generationem ] mihi  
 subijciendam, sed [ non sine malo ] id est, quin eis ma-  
 la inferam. Hic notat nimiam malitiam nequitia illi-  
 us. ¶ Ipse etiam talis est [ cui<sup>o</sup> os est plenum malitia ]  
 id est, blasphemia i deum [ & amaritudine ] quia ama-  
 ra verba & turpia dicit hominibus [ & dolo ] quia se-  
 ducit homines per latentes seductiones, i. per promif-  
 siones, &c. [ sub lingua eius labor & dolor ] .i. in cor-  
 de eius, quia nihil aliud cogitat, nisi vt fidelibus labo-  
 rem & dolorem inferat. Vel [ sub lingua eius ] quia  
 audientes plus timent linguam eius, q̄ laborem & do-  
 lorem. ¶ Sedet ] .i. immoratur [ in insidijs cum diuiti-  
 bus ] .i. potentibus, per quorū auxilium homines deci-  
 puit [ in insidijs ] dico, positis [ in occultis ] locis. Occul-  
 te enim fallit homines, ad se prophetarum scripturas  
 conuertens, sic dicens: Ego sum promissus Messias.  
 In me etiam completur prophetia quæ dicit: Adora-  
 bunt eum omnes reges, omnes Gentes seruient ei. Ad Psal. 71  
 hoc sedet [ vt interficiat innocentem ] spiritualiter.  
 ¶ Oculi etiam eius in pauperem respiciūt ] per affectū  
 misericordie. Dicit enim, mouebor erga te, quia ita tri-  
 bularis, desine stultitiam illam, & conuerte ad me: ex-  
 terius ostendit se habere affectum erga illos, sed inte-  
 rius [ insidiatur ] hoc est quod dicit [ in abscondito,  
 quasi leo in spelunca sua ] scilicet, cum comparat eum  
 leoni, homines eum per violentiam sibi adherere co-  
 acturū ostendit. Cum vero dicit, in spelūca, dolose eū  
 d ij agere

agere insinuat. ¶ Et ad hoc scilicet [ insidiatur, vt rapiat pauperē ] & ne rapinā semp violentā intelligam⁹, subdit [ rapere pauperē ] dico, etiā [ cū attrahit eum ] .i. dum aliquibus blāditijs seducit eū. Per hoc quod repetit, insidiatur, ostendit eū valde studiosum ad insidias. ¶ Insidiatur pauperi vt rapiat, & rapiet, quia [ humiliabit eū ] .i. inclinabit eū sub suis legibus. [ In laqueo suo ] .i. ipsius Antichristi, quandiu alijs parat laqueū ipse in eo illaqueatur [ inclinabit se ] id est, paulatim descendet ad ruinā: quāto enim magis alios tribulat, tanto propior ipse est ruinæ [ & cadet ] qa dominus interficiet eū spiritu oris sui, sed tum tādē cadet [ quū dominat⁹ fuerit pauperū ] quos sibi subiiciet. ¶ Et merito cadet. Dixit em̄ in corde suo ] .i. tractauit i corde: quia sicut dixit, verū esse putauit [ oblit⁹ est deus ] suorum, & [ auertit faciem suā ] .i. præsentiā suā [ ne videat ] opera quæ ego facio puniendo eos, nec etiā [ in finem ] .i. nec in hac vita nec in futura, Videns propheta homines futuros in tempore Antichristi, præ nimia tribulatione mortem expetere, inducens personā eorū precatur finem, & secundum aduentum Christi, sicut etiam superius in persona eorum conquestionē facit. Continuatio: ¶ Ipse dicit quod deus oblitus est, sed tu [ domine deus exurge, & exalterur manus tua ] id est, vindicta tua [ ne obliuiscaris pauperum ] sicut ille est imar, ¶ Et bene debes te vindicare de eo, quia [ ipse impius irritauit deum ] & propter quid irritauit⁹ .i. quæ fuit principalis causa illius irritationis: hæc scilicet [ dixit enim in corde suo ] sic habens: dominus [ non requeret ] id est, vindictam non accipiet: & ideo hæc irritatio maxima fuit, quia contra ipsum deum sermo dirigitur, & hoc est ponere os in cælum. Interrogando loquens, ad inquisitionē nos admonet: cum respondet inquit,

inquirentibus satisfacit. ¶ Ipse dicit [nō requiret] sed tu domine vides, vt, qualiter [tradas in manus tuas] .i. vindictas tuas. Vere vides istud, quia nec profunditas cogitationū latet visum tuū: & hoc est quod dicit [qm̄ tu consideras laborem & dolorē] .i. cogitationem de dolore & labore inferendo alijs. Vnde superius dictū est: Sub lingua eius labor & dolor. ¶ Bene debes eos tradere in manus tuas, quia [tibi] id est, tuæ custodiæ [pauper derelictus est] .i. in nullo alio confidit, nisi in te solo, & pauper derelictus tibi non frustrabitur, quia [tu eris adiutor] .i. cui mortuus est diabolus, id est pater & mater, scilicet voluptas carnis. Diabolus ideo dicitur pater, quia omnes homines animales in peccatō, & generant & nascūtur. Voluptas ideo mater: quia sicut mater gignit puerū, ita carnis voluptas nutrit stultū. ¶ Quia tibi est pauper derelictus, ideo [cōterere] .i. annihila [brachium] id est, fortitudinē & potentiam [peccatoris] in actu [ & maligni] in voluntate, & iam tempus est, vt destruat eus potētia: quia & illius nequitia est cōsummata, & ecclesia illius persecutione purgata, & hoc est quod subdit: [quæret peccatū] ponamus vt quærat quē locū habeat in ecclesia peccatū illius [ & non inueniet] locus ipsius peccati. Vbi em̄ nihil restat purgandū, ibi impius non habet locū. ¶ Brachiū illius conteret [ Dominus aut̄ regnabit in æternū] & sic dico in æternū vt intelligatur [in seculū seculi] & ne Gentes dicerent, & nos cū eo, subdit [vos Gentes peribitis de terra illius] remoti scilicet, de terra viuentiū. ¶ Vere Gētes peribitis, quia dominus exaudiuit desideriū pauperū: quia etiā [præparationē cordis eorū] id est, ex quo habent voluntatē paratam siue à deo, siue à seipsis [audit auris tua.] Alia translatio habet cōcupiscentiam, vbi nos habemus p-

Diabolus  
pater.  
Voluptas  
mater. .i. a



præparationē, & ideo sic legamus, vt idem valeat cū concupiscentia: sic [ desiderium exaudiuit & præparationē ] .i. id ad quod ipsi omni conatu virium nitebantur orando assequi. ¶ Desiderium exaudiuit, hoc scilicet, [ iudicare pupillo & humili ] .i. ad honorem pupilli & humili, ita iudicare [ vt homo non apponat ] .i. non præsumat [ magnificare vltra se super terram ] scilicet, viuentium, quæ terra dicitur propter soliditatem.

## IN PSALMVM. X.

Titulus In finem psalmus Dauid.

**I**N domino ] Iste scilicet psalmus conuenit Dauid prophetae, qui & hic loquitur, dirigens auditores in finem. i. in Christum, Intēdit em̄ in hoc psalmo nos admonere, vt resistamus hæreticis. Materia est Christus, de qua sic agit: Ostendit eum in isto iudicio suo quosdam excæcare, vt sunt hæretici, Ostendit etiã qđ adiuuet suos & protegat, ne succumbant illorū hæresibus. Ostēdit etiã quod puniat illos impios, & sic incipit cōtra hæreticos, ac si diceret: Resistite hæreticis exemplo mei, qui [ cōfido in dño ] & ideo [ quomodo ] .i. qua audacia [ dicitis ] .i. audetis dicere: ad detrimentū animæ meæ [ transmigra ] .i. transi de vilitate intelligentiæ scripturarum in qua es, ad altitudinem intellectus nostri: & hoc est qđ dicit [ in montem ] & tunc eris sicut passer. Quoddam genus est passerum, qui relictis locis humilibus, nidificant in montibus, vt sibi caueāt à laqueis. Istis passeribus putant heretici illos esse similes, quos sibi adiungunt. Alia autem translatio habet, sicut auis, & secundum hoc dicit propheta: Si ego transmigrarem ad vos, essem sicut auis. i. instabilis. ¶ Dixi confido in domino ] & hoc necesse est [ quoniam ecce ] scilicet in manifesto est [ peccatores intenderūt ] id est, sui parti applicuerunt [ arcum ] .i. diuinam scripturam



pturam. Dicendo peccatores, ostendit qđ propter peccata sua excusati sunt. [ sagittas ] .i. sentētiās suas [ parauerūt ] id est, rationes & autoritates ad eas verisimiles ostēdendas inquiserūt [ in pharetra ] .i. in venenato corde suo: ad hoc scilicet, [ vt sagittent ] id est, occidant ipsi [ rectos corde ] existētes [ in obscuro ] sagittent in obscuritate. i. in simplicitate: ipsi hæretici sagittēt, scilicet nō illuminatos & sapientes viros, sed idiotas & eos qui scripturas ignorant, aggrediūtur sagittare. Vel existentes [ in obscuro ] id est, in ambiguitate, scilicet qđ admixtione veritatis, suam falsitatem conātur tegere. Sagittent (dico) rectos corde in obscuro ] .i. in simplicitate, qđ per scripturas nesciunt se defendere. ¶ Intenderūt (dico) arcum [ qm̄ destruxerūt ] malis interpretationibus ea [ quæ tu p̄fecisti ] id est, perfectā fecisti, diuinam scilicet scripturam: licet em̄ prophetae & alij dicantur scripsisse, tamen ipsi nihil, sed deus per eos scripsit. Vel [ quem p̄fecisti ] id est, Ch̄m quem dīcuntur destruere, aliquid de ipsius veritate negando, vt si omnibus alijs cōcessis, negarent virginem peperisse. Ipsi destruxerūt [ iustus autem quid fecit? ] .i. deus: p̄ hoc quod dicit eum iustum, innuit quod suos debet adiuuare, & aduersarios reprobare. ¶ Quid fecit: ecce, quid fecit [ dominus ] omnium: est [ in templo sancto suo ] [ dominus ] .i. qui dominatur om̄ibus suis quādā familiari dominatione [ in cælo ] id est, in suis secretarijs: est ibi [ sedes ei⁹ ] quia ibi sine offensa requiescit & iudicat. ¶ Habitat in templo, sedet in cælo, nec etiā minores derelinquit: & hoc quod dicit [ oculi eius ] id est, affectus misericordiæ [ respiciant in pauperem ] adiuuando, sustinendo: & [ palpebræ eius ] id est, diuinæ scripturæ [ interrogāt ] id est, comprobant: [ filios hominū ] id est, probāt bonos & malos. Palpebræ ideo

dicuntur scripturæ, quia palpebræ clauduntur & aperiuntur, ita & diuinæ scripturæ. Diuina scriptura clausa bono, comprobatur eum: quia licet bonus ignoret eam, non negligit, nec eam corrupendo suum sensum apponit. Aperta comprobatur malum: quia non gratiæ dei, sed suo ingenio reputat & superbit. ¶ Interrogant filios hominum] quia ipse [ dominus interrogat iustum & impium ] & bonus conuenienter respondet, sed [ qui diligit iniquitatem ], i. malus: ita respondet, ut in ipsa responsione appareat quod [ odit animam suam. ] Ex quo dixit, dominus in templo sancto suo, ostendit quod dominus suos protegat, nunc vero ostendit quomodo aduersarios puniet. Continuatio: ¶ Iniquus odit animam suam, & dominus [ pluit laqueos ] id est, errores, quibus illaqueantur [ super peccatores ], i. ad detrimentum peccatorum. Pluit dicit, quia sancta scriptura, que alijs pluuia fructificans, ipsis uertit in laqueos & errores: [ ignis ] id est, ardor concupiscentiæ [ & sulphur ] id est, foetida opera [ & spiritus procellarum ] id est, tempestuosi actus: est [ pars eorum ] pars dico [ calicis ] id est, iudicij dei. In hac uita iudicium dei uocat calicem: quia quibusdam vitam, quibusdam mortem propinat. uel calicem, i. æterni iudicij est pars [ ignis ] infernalis [ & sulphur ], i. foetor inferni [ & spiritus procellarum ], i. imperus æternæ damnationis. ¶ Ideo dominus adiuuat suos [ quoniam iustus dominus dilexit iustitiam ] & hæc est iustitia, ut suos adiuuet. Pluit laqueos & cætera mala, quia [ uultus eius ], i. ira eius quæ per uultum intelligitur [ uidet æquitatem ], i. malis remunerat quod iustum est. Vnde dicit: Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

## IN PSALMVM XI.

Titulus. In finem psalmus Dauid,  
pro Octaua.

Saluum

**S** Aluum me fac ] Qui enim & ipse hic loquitur p  
 octaua, non pro timore solius iudicij, sicut supe-  
 rius in, Domine ne in furore, sed pro habenda o-  
 ctava, id est, æterna gloria, quæ dabitur in die illa, ad  
 quam per istum saluatorem quem inducit, feliciter pu-  
 rat peruenire: & dirigit nos in finem. Hortatur enim nos  
 & suos contemporaneos & omnes alios, vt Christum  
 finem suæ expectationis ponant. Materia est Christus,  
 de qua sic agit: ostendit saluationem humani generis  
 per Christum esse promissam, & eum idoneum qui fa-  
 cere possit, per hoc quod ostendit eum esse contrariū  
 vanitati, per quam vanitatem saluatio illa amittitur.  
 A qua vanitate petens liberari, sic incipit: ¶ Saluū me  
 fac dñe ] ne istius seculi vanitas mihi praualeat, & o-  
 pus est [ quoniam defecit sanctus ] id est, sanctitas ab-  
 breuiata est. Dicens defecit, notat hominem in sancti-  
 tate fuisse creatum, & inter priores patres plures fuis-  
 se sanctos. Vere defecit, [ quoniam diminutæ sunt ve-  
 ritates ] id est, abbreviatæ sunt [ à filijs hominum ] id est  
 rationalium, quorū rationem debuerant imitari. Per  
 hoc quod dicit veritates pluraliter, notat in multis ho-  
 minibus veritatem quancunq; fuisse diminutā. Cum  
 dicit diminutæ, notat deprauata dei munera culpis ho-  
 minum euidenter. ¶ Veritas est diminuta, & subin-  
 travit vanitas: & hoc est [ vana ] id est, ad veram salu-  
 tem non pertinentia [ sunt loquuti ] & non pauci, sed  
 [ vnusquisq; ad proximum ] id est, ad proximum deci-  
 piendum: ipsi dico, existentes [ labia ] id est, garruli, lo-  
 quaces [ dolosa ] id est, occultè decipientes: & hi tales  
 sunt locuti in corde [ in corde ] id est, in multiplicitate,  
 quia ad singulos decipiendos, diuersa ingenia secundū  
 modum personæ agunt. Hic imprecatur. ¶ Ipsi loquū-  
 tur vana, sed [ dominus disperdat labia dolosa ] & inf  
 d v labia



labia dolosa ei maxime imprecatur, quod maxime noticiuum erat cum dicit [linguam magniloquam] scilicet, mundanorum philosophorum. Disperdat dicit, ut passim pereant, qui se in vna prauitate collegerant. ¶ Qui [scilicet philosophi] dixerunt: Magnificabimus labia nostra [id est, magna dicemus de nobis: & hoc possumus, quia [labia nostra] id est, loquela nostra [sunt a nobis] id est, ex nostro ingenio, de quibus Ap[osto]l[us]: Euanuerunt in cogitationibus suis [labia nostra sunt a nobis] quia [quis est noster dominus:] id est, quis nobis dominatur: scilicet, in scientia. ¶ Ipsi dicunt hoc, sed dominus hoc dicit: Nunc quasi vsq[ue] modo dormiui, sed nunc in tempore gratiæ [surgam] scilicet, propter remouendam [miseriam inopum] id est, gentilium, & ideo inopes dicuntur, quia neque per leges, neq[ue] per prophetas diuitias cognitionis habebant. [ & propter gemitum pauperum ] .i. Iudæorum: qui ideo pauperes dicuntur, quia licet legem & prophetas habebant, non tamen ad saluationem sufficiunt, Per gemitum notat aliquos de aduentu Christi maximam affectionem habere. Et hic incipit ostendere promissionem saluationis. ¶ Ego exurgam [ & hoc quod facturus sum [ponam in salutari] id est, in Iesu, quia per eum saluabo humanum genus: & [in eo agam fiducialiter] non timide, sicut per seruos, sed potestatiue: sicut completum est, q[ui] ipse cecit hoies de templo. ¶ Fiducialit[er] agam in eo [et bene hoc potero facere, quia [eloquia illius dñi] sunt [eloquia] .i. magni ponderis, sicut dicit: Hic vir est. i. maximus: & sunt [casta] .i. sine aliquo admixtione falsitatis: et sunt [argentum] .i. similia argento. Sicut enim argentum elegantius & clarius cæteris metallis tinnit, sic eloquia dñi dulcius omnibus alijs in auribus fidelium resonant argentum dico [igne examinatum] Sicut enim argentum comprobatur

Roma, 1.

Gentiles  
inopes.  
Iudæi pauperes.

Matt. 21.



probatur per ignem, sic Christus comprobauit sua elo-  
quia esse vera per suam passionem: [ probatū terrę ] .i.  
purgatum à terra: sicut eloquia Christi sine omni ter-  
renitate sunt, quia in nullo loco mouent hominem ad  
appetitum terrenorum [ purgatum septuplū ] Nam si  
cut argentum quod septies est purgatum purissimum  
est, sic eloquia Christi sunt sine omni labe, per septifor-  
mem spiritum, qui spiritus septiformis dicitur propter **Esaiæ. 11.**  
septem dona. Dicitur enim spiritus sapientiæ & intel-  
lectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & ti-  
moris domini: & quod præcedit vltimum ponit. Per  
septem, vniuersa dona sancti spiritus accipi possunt.  
¶ Tu domine [ qui talis es [ seruabis nos ] in æterna be-  
atitudine, quam per octauam intelligit [ & custodies ]  
in hac vita [ ab hac ] pessima [ generatione ] quæ loq-  
rur vana, ne eorum impugnationes me à tua veritate  
dimoueant, & sic ducendo me [ in æternum. ] ¶ Nos  
seruabis, custodies [ impij autem ambulant ] id est, la-  
borant [ in circuitu ] id est, in appetitu terrenorum,  
in quibus nunquam ad verum finem peruenient:  
sicut ille qui vadit in circuitu, nunquam metam in-  
uenit [ filios autem hominum ] id est, rationalium, qui  
patrum ratione vtuntur [ multiplicasti ] hic virtutib<sup>9</sup>  
tandem æterna retributione, non secundum eorū me-  
rita, sed [ secundum altitudinem tuam ] .i. misericordi-  
am. Cum dicit multiplicasti, respicit ad promissionem  
factam Abrahæ. Et in hoc vltimo versu breuem cōclu- **Gene. 16**  
sionem vtriusq; partis ponit, bonorū scilicet & malorū. **& 17.**

## IN PSALMVM XII.

Titulus. In finem psalmus David.

**V**squequo domine ] Psalmus iste conuenit Da-  
uid propheta qui hic loquitur: Psalmus dico,  
ducens in finē, .i. in Christum, Intēdit em̄ in hoc  
psalmo nos

nos ad Christi charitatem inuitare suo exemplo. Materia est ipse Dauid, & alij sibi similes, de qua hoc modo agit: ponit se conquerentem de dilatione aduentus Christi: ponit etiam petitionem vt cito veniat. In vltimo ponit se patienter ferre, si in tempore suo non veniat: & a questione sic incipit: ¶ Domine tu obliuisceris me ] Oblitus deus hominum ante aduentum Christi fuisse dicitur, quia ante eum nullus in paradysum deducebatur, sed etiam iusti, quamuis sine peccata, in inferno tenebantur: [ & vsq; quo domine ] erit hæc obliuio: erit vsq; in finem temporum, id est, ad tempus gratiæ. Bene sentio quia vsq; tunc erit, & [ vsquequo domine auertis faciem tuam ] id est, filium tuum: qui dicitur facies & imago patris: id est, quare tardas mittere quem missurus es? ¶ Quamdiu ponam ego & consilia ] de aduentu eius [ in anima mea: & ponam ego [ dolorē ] de dilatioe sui aduentus [ in corde meo per diem ] id est de die in diem. Per hoc quod dicit se dolere de aduentu Christi, notat se terga Christum magnam charitatē habere, per quod nos quoq; ad eandem charitatem inuitat. ¶ Et vsq; quo exaltabitur ] id est, dominabitur. Ante aduentum enim Christi exaltatus de humana captiuitate gaudebat: quia etiam iustos in retinebat [ inimicus meus: ] id est, diabolus, exaltabitur dico [ super me ] & alios bonos. Hic ponit petitionem, vt mittat quem missurus est. Continuatio: Inimicus exaltatus est sed tu domine [ respice ] nobis mittendo filium tuum: respice dicit contra hoc quod superius dixerat, auertis faciem, [ exaudi me domine deus meus ] liberando a diabolo, & in paradysum reducendo. ¶ Respice mittendo filium: & si non vis tam cito mittere, saltem [ illumina oculos meos ] scilicet interiores, vt habeam de eo verum intellectum [ ne vnquam obdormiam in motem per

rem] per negligentiam humanæ infirmitatis, & sic eundo in mortem animæ. Et etiam illumina, ne instinctu diaboli seduci possim: & hoc est quod dicit [ne quæ dicat inimicus meus] id est, diabolus [prævalui aduersus eum.] ¶ Ne dicat [prævalui] quia [si motus fuero] scilicet à proposito boni operis [exultabunt qui tribulant me] quorum exultationem nunquam debes pati, quia ipsi sunt inimici tui, & exultabunt si motus fuero, sed ego non mouebor, quia [speraui in misericordia tua] & in hoc de præcedenti incipit de patientia. ¶ Et spe. au. in misericordia tua] & ideo etiam si oculis non videam ipsum Christum, tamē [cor meum exultabit in salutarum tuo] id est, in Iesu tuo: & illi tali [domino cantabo] mente [ & psallam] bona operatione [nomini domini] id est, ad amplificandū nomen illius domini [ altissimi] & merito, quia ipse est [qui bona tribuit mihi] Per cantabo theoricam, id est, cōtemplatiuam vitam, notat: per psallam practicam, id est, actiuam.

## IN PSALMVM IX.

Titulus. In finem psalmus Dauid.

**D**ixit insipiens] Psalmus iste conuenit Dauid prophætæ, vel cuius iusto. Apponunt quidam ipsi Dauid, & tunc conuenit soli Christo: dirigens nos in finem, id est, in Christum. Materia est Christus uisitor in hoc psalmo, non receptus à Iudæis, de qua sic agit: Increpat Iudæos quæ eum non receperunt, describit Iudæorum malitiam, comminatur eis in fine. Intentio est nos hortari ad fidem. Per hoc quod increpat eos de incredulitate & comminatur eis, monet ut non simus increduli sed fideles. Vox Dauid prophætæ: & incipit ab increpatione sic dicens: ¶ [Insipiens] id est populus ille Iudaicus, non attendens legem & prophetas,



pheras, in quibus Christus eis promissus fuerat, nec at-  
 tendēs vitam eius immunē à peccato, nec miracula quæ  
 Christus faciebat [dixit] ore, & ut magis nequitiam  
 eorum aggrauer, & hoc habebat [in corde suo] scilicet,  
 quod fecerat, non habens hoc à lege & prophetis:  
 & hoc scilicet, iste homo qui est passibilis & mortalis,  
 famelicus &c. [non est deus] nec filius dei: vnde dice-  
 bant illudentes ei: Si filius dei est, descendat de cruce et  
 credimus ei. Et ponit causam quare hoc dicerent, quia  
 excæcati erant propter peccata. Continuatio: ¶ Hoc di-  
 xit insipiens] & hoc ideo quia [corrupti sunt, id est, à  
 ratione veritatis decedentes] & abominabiles] id est  
 detestabiles per malos actus [facti sunt in studijs suis]  
 id est, omni studio se in actus turpissimos demerserunt,  
 intantum, quod iam [non est] aliquis inter eos [qui  
 faciat bonum] & quia quædam faciebant quæ bona  
 videbantur, ostendit ea non esse bona, quia [non est]  
 aliquis [qui faciat bonum] donec veniat [vsq; ad vnum]  
 id est, vsq; ad Christum. Solus enim Christus est sine quo  
 aliquod bonum humana fragilitas facere non potest  
 ad quem postquam per fidem peruenimus, bonum face-  
 re possumus. Vnde Apłs: Omne quod non est ex fide,  
 peccatum est. ¶ Ipsi dicunt quod homo ille non est de-  
 us, sed male dicunt, quia deus est: & hoc est [dñs deus  
 prospexit] id est, misertus est [de cælo]. i. de humanita-  
 te: quæ ideo cælum dicitur, quia secreta diuina ei com-  
 missa sunt. Vel quia sicut cæli à terra exaltati sunt, sic il-  
 la humanitas supra omnem creaturam exaltata est. Re-  
 spexit dico [super filios hominum] & ad hoc scilicet  
 [ut videat] non quod aliquid eum lateat, sed ut alios fa-  
 ciat patenter videre: hoc scilicet [si est] aliquis [intelli-  
 gēs] cum esse deum: aut postquam intellexerit, sit [re-  
 quirens] bona operatione, ¶ Ipse prospexit, sed [oēs  
 declina

Matt. 27

Rom. 14



declinauerunt ] id est, non curauerunt: & [ simul ] id est,  
 ex quo declinare ceperunt [ facti sunt inutiles ] id est,  
 intantum, quod [ nullus est ] eorum [ qui facit bonū  
 vsq; ad vnum ] vt su pra. Quod dicit [ omnes declina-  
 uerunt ] non de omnibus dicit sed de illis qui dixerūt  
 [ non est deus ] Haectenus eos increpauit, quod visita-  
 torem suum non receperunt: nunc autem eorū descri-  
 bit nequitiam. Sciendum autem q̄ propheta istos tres  
 sequentes versus in hoc psalmo nō posuit, sed q̄a Apl's  
 Iudæorum fidē increpans in epistola ad Romanos ita  
 contexit, ecclesia aut̄ eius tanq̄ & David autoritatē Roma. 5  
 attendens, eius contextiōnē non permutauit. ¶ Non  
 est qui faciat bonū, sed potius [ guttur est sepulchrum  
 patens, linguis suis dolose agebant ] sicut supra exposi-  
 tum est: & [ sub labijs eorū. i. in corde ipsorū est [ vene-  
 num ], i. odiū veneno cōparabile: quia sicut venenum  
 serpit per oēs venas, vnde & venenū dicit, ita illud odi-  
 um totū hominem occupat, vt oēs hoīs virtutes ob-  
 struat. Cū dicit [ aspidū ] notat q̄ illud odiū fix incurabi-  
 le, & q̄ ipsi Iudæi naturā aspidis habeāt. Aspidis enim  
 natura est, vt dum incantāt, affigat vnam aurē terræ,  
 & alterā caudā obstruat, ne incantatiōes audiat: Sic &  
 Iudæi appetitu terrenorū & cōsuetudine antiq̄ obstru-  
 unt aurē, ne audiant p̄dicationē Ch̄i. Vel aliū [ uene-  
 num aspidū est sub labijs eorū ], i. inferius q̄ verba eorū  
 quia magis sunt nociua verba eorū, q̄ venenū aspidū.  
 ¶ Quorū os plēnū est maledictiōe ], i. blasphemia in de-  
 um [ & amaritudine ] q̄a amara verba dicebāt ei: vt cū Luc. 23.  
 dicerent: Crucifige eū, & ē. [ pedes ], i. affectiones eorū.  
 Affectus ideo pedes dicunt, quia sicut corpus p̄ pedes  
 portat, ita mens p̄ affectus in diuersa rapit. [ sunt ve-  
 loces ad effundēdum sanguinē ] saluatoris. ¶ Hęc oīa  
 sunt via eorū, & in illis [ vñs eorū. i. opib' eorū, ē cōtritiō  
 id est

id est, opera eorum merentur eis contritionem, id est  
 æternam damnationem. Vel contritio, sicut fuit eis à  
 Tito & Vespasiano in destructione Hierusalem [ & in  
 felicitas in vijs ] quando per totum mundum captiui  
 ducti sunt. In vijs eorum dicitur contritio esse, sicut di-  
 citur latroni: In via tua crux est: & etiam sic afflicti [ nō  
 cognouerunt viam pacis ] id est, Christum, qui vere  
 via pacis est. Vnde & ipse ait: Ego sum via, & veritas,  
 & vita. [ non cognouerunt ] Vnde Apostolus: Ipse est  
 pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Cætera etiam mala  
 fecerunt, quæ prædicta in eis fuerūt, ideo quia [ timor  
 dei non est ante oculos eorum ] scilicet, cordis, quia eū  
 non attendunt. Quod Christum non cognouissent,  
 testatur authoritas, dicens: Si cognouissent, nunquam  
 dominum gloriæ crucifixissent. De hinc ponit commi-  
 nationem. Ipsi non cognouerunt, sed certè cognoscēt:  
 & hoc est. Nonne cognoscēt ] tandem dominum  
 [ omnes qui operantur ] illam egregiam [ iniquita-  
 tem ] scilicet mortem domini [ qui etiam deuorāt ple-  
 bem meam ] id ē, apostolos vel alios iustos Si loqua-  
 tur Christus, bene dicit plebem meam, sibi subditam  
 Si loquatur propheta vel alius iustus, bene dicit plebē  
 suam, de qua vnus est: ipsi deuorant dico [ sicut escam  
 panis ] quia sicut famelicus aliquis pane reficitur, sic il-  
 li tribulatione iustorum reficiuntur. ¶ Qui etiam ] de-  
 um non inuocauerunt ] quia nisi per Christum oratio-  
 nes exaudiri non possunt [ illic trepidauerunt timore,  
 vbi non erat timor ] id est, illum timorem quem inter-  
 rius habuerunt, quia tamen non esset habendus, exte-  
 rius in corpore ostenderunt: dicebant enim: Si credi-  
 mus in eum, venient Romani & tollant nostrum lo-  
 cum & gentem. Vbi timendum esset, non timuerunt,  
 cum iustum non attendentes occiderunt. Sicut oportuno

Iohā. 14.  
 Ephe. 2.

1, Cor. 2.

rano tempore timere prudentia est, sic timere quādo  
 timendū non esset stultitia est. ¶ Nonne cognoscent ]  
 scilicet, hoc [ quoniam ] id est, q̄ [ dominus est in gene  
 ratione iusta ] & quoniam ipse in iustis habitat, ideo  
 timendū est illis, qui eos persecūtur [ deum nō inuo  
 castis ] sed potius confudistis, id est, confusibilem ostē  
 distis quantum ad vos [ consiliū eius ] scilicet, consiliū  
 reparandi humanū genus: ideo scilicet, quia illud con  
 siliū erat [ inopis, & quoniam deus est spes eius ] quia  
 non cōfidebar, nisi in domino, propter q̄d consiliū  
 eius potius esset recipiendum q̄ reiiciendū. Christum  
 testatur Apostolus fuisse inopem, dicens: Cum diues 2. Cor. 2  
 esset, pro nobis pauper factus est. ¶ Vos [ consiliū ei  
 confudistis ] sed hoc stultum fuit, quia [ quis veniet ex  
 Sion ] id est, Iudæa, [ dabit salutare ] id est, salutationē  
 [ Israël ] id est, Israëlítico populo: nisi iste? nullus vri  
 que, & non tātum dabit salutare, sed [ cum auerterit ]  
 in futuro [ captiuitatem ] id est, passibilitatem & mor  
 talitatem: & cuius? [ plebis suæ ] & cum auerterit [ ex  
 ulrabit Iacob ] id est, luctator contra peccata, scilicet,  
 actiue viuentes [ & lærabitur Israël. i. vir vidēs deum,  
 per quod contemplatiuos intelligimus.

## IN PSALMVM XIII.

Titulus. Psalmus Dauid. Vox Da  
 uid propheta.

**D**omine quis habitabit ] In hoc psalmo mate  
 ria est iustus & spiritualiter Christus, de qua sic  
 agit: Facit interrogationem & responsionem: in qua  
 responsione describit iustum, attribuens ei decem vir  
 tutes, quæ spiritualiter conueniunt Christo soli: alijs  
 aut iustis quoquomodo possunt adaptari. Intentio  
 est nos admonere, ne præsumamus de regno dei, sicut  
 pleriq̄ cū iniusti sint, tamē filios dei se esse præsumūt.



Et sicut aliquis sacerdos quærit respõsa à deo, & audi-  
 ta, p̄fert populo, ita propheta quærit à deo, qui sint ha-  
 bitantes in suo tabernaculo, cū dicit: ¶ Dñe, multos vi-  
 deo, q̄ se dicunt esse in tuo tabernaculo, sed [ dñe quis  
 habitabit ī tabernaculo tuo? ] .i. in p̄senti ecclesia tua,  
 vbi est locus militiæ. Tabernacula em̄ sunt domus ex-  
 peditionales. Cum dicit [ habitabit ] intelligit nō so-  
 lum intrantes, sed etiã perseuerantes [ aut q̄s tandem  
 requiescet in monte ] .i. in securitate æterni regni, vbi  
 nulla pugna, sed quies summa. Sicut enim q̄ in monte  
 sunt, securi sunt ab hostibus, ita q̄ ibi erunt: mōte dico  
 [ sancto tuo ] quē tu sanctificasti. Postq̄ posuit īterro-  
 gationē, ponit & respõsionē, q̄ si ipse dñs responderet.  
 ¶ Quæsiui q̄s habitaret, ecce quis, ille scilicet [ q̄ ingre-  
 ditur ] in ecclesiã dei [ sine macula ] Christus quidē si-  
 ne omni macula, cæteri vero iusti sine criminali p̄ctõ:  
 & in hoc notatur vna de decē virtutibus [ & q̄ opatur  
 iustitiã ] aliquã. Si em̄ sine macula ingreditur, & non  
 facit iustitiã, non est iustus. ¶ Ille etiã ingreditur [ q̄ lo-  
 quitur veritatē in corde suo ] .i. q̄ semper veritatē reti-  
 nens, tacet cã auditorib⁹ illis, qui verbū dei vellent cõ-  
 culcare. Bonū est aliquãdo verbū dei reticere: vnde in  
 Euāgelio præcipitur: Nolite sanctū dare canibus, &  
 margaritas spargere ante porcos. Operari iustitiã, se-  
 cunda virtus, hæc aut̄ tertia. Et ille ingreditur qui [ nō  
 egit dolum in lingua sua ] .i. q̄ veritatē p̄dicando nul-  
 lū decepit, quia neq; p̄pter pecuniã, neq; simili modo:  
 & hæc est quarta virtus. ¶ Et ille intrabit, qui [ nō fe-  
 cit, pximo suo malū ] verberãdo eū, sua auferendo: &  
 hæc est quinta virtus. [ & obprobriū non accepit ad-  
 uersus proximos suos ] .i. nō fuit acceptabile sibi, dice-  
 re proximis aliquid causa obprobrii, & si aliqua turpia  
 dixit, causa correctiõis: nec si alius dixit sibi gratū fuit:  
 hæc

Mat. 7

hæc est sexta virtus. ¶ Et ille intrabit qui talis est, quia  
 [in cōspectu eius malignus] .i. diabolus [ad nihilum  
 deductus est] .i. nullius precij habitus est: sicut Chri-  
 stus cū à diabolo tentaretur, dixit ei: Vade retro sata-  
 nas. Malignū nullius pretij facit, sed [timentes domi-  
 nū glorificat] .i. iustos honorat: & hoc versu notatur  
 septima virtus, ¶ Et ille [qui iurat proximo suo, & nō  
 decipit] .i. firmiter dicit & nō fallit: sicut Chrs quicqd a-  
 postolis dixit, cōpletū est: & hæc est virtus octava. Et il-  
 le [q pecuniā suā] scz, terrenā [nō dedit ad vsurā] sed  
 pecuniā suā Iudæ tradidit paupibus erogandā. Spūali-  
 ter aut pecunia bene ad vsurā præcipit cōmodāda: &  
 hæc virtus nona est. Et ille qui [munera sup innocētes  
 nō accepit.] Munera qdem accepit Chrs, sed non vt  
 innocētes opprimeret. hæc virtus, decima inuenit. Hęc  
 aut oīa spiritualiter in Christo inueniūtur. ¶ Qui] ve-  
 ro alius secundū qd humana fragilitas non tm loquit,  
 sed [facit hæc, non mouebit] .i. non separabitur à deo  
 [in æternum] sed ingredietur in tabernaculū dei, &  
 requiescet in monte sancto dei.

Mat. 4

## IN PSALMVM XV.

Titulus. Inscriptio tituli ipsi David.

**C**onserua] Propheta Ezdras itelligēs David scri-  
 psisse hūc psalmum de restoratione regni Chri-  
 sti: & providens etiā q in passione ipsius Christi iste ti-  
 tulus scriberet, Iesus Nazarenus rex Iudæorū: & q etiā  
 illi titulo contradicerent, dicentes Pilato: Noli scribe-  
 re rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorū,  
 ad cōfirmationē istius tituli, sic intitulauit psalmum  
 istū. Vbi em dicit psalmū esse inscriptū ostendit etiā ti-  
 tulum esse inscriptum, quia de eodem agit, & titulus  
 & psalmus, scilicet de regno Chri. Titulus aut sic ex-  
 ponitur: Ista inscriptio tituli id est, iste psalmus qui & ti-  
 tulus

Ioan. 19

tulus, quia de obtentu ipsius regni, sicut titulus in passione. Inscriptus est .i. immutabiliter scriptus: quia quicumque contradicant, ipse semper est rex Iudæorum .i. vere deum confitentium: & hæc inscriptio tituli conuenit ipsi Dauid .i. Christo, quia nusquam legitur Dauid de se aliquem titulum scripsisse, neque etiam de eo alius scripsit titulum. Vel sic exponitur titulus: Tituli inscriptio ipsi Dauid .i. operatio unde loquitur psalmus, est attribuenda Dauid .i. Christo, agente hoc pro sua victoria, Titulus enim apud veteres ad designationem victoriae in triumphali arcu ascribebatur. Materia est regnum restitutum .i. fideles, de qua sic agit: Ponit infirmitatem humanitatis, & gloriam hereditatis .i. suorum. Postea sub gratiarum actione agit de passione, resurrectione, ascensione, per quæ omnia facta est restitutio regni. Intentio vero est nos admonere, ut non contradicamus titulo, sed confiteamur Christum esse regem Iudæorum. Vox Christi secundum humanitatem, & incipit ab infirmitate humanitatis, quasi positus inter pericula sic diceret: ¶ Dñe deus cõserua me ] ne mihi istę tribulationes p̄ualeant. Hic innuit ex se nihil habere, sed ex deo [ cõserua me ] & debes facere [ quoniam speraui in te ] spem meam posui te, & propter hoc etiam quod dixi tibi [ dñe deus meus es tu ] .i. multum mihi familiaris: ideo dico deus, [ quoniam tu bonorum meorum non eges ] .i. nihil boni ex me habeo, sed potius ex te: quia si aliquid ex me haberem, illo tu egeres, & non esses sufficiens. Cum Christus dicat ex se nihil boni habere, manifestat illos valde presumere, qui ex se aliquid boni existimant habere. Hic incipit ostendere gloriam hereditatis. Continuatio, ¶ Dixi domino deus meus es ] hic autem dominus [ mirificauit ] .i. mirabiles ostendit [ omnes voluntates meas. ] Voluntas Christi est, ut omnes impleant mandata eius. Hanc voluntatem mirabilem ostendit deus [ sanctis ] quando cognoscere facit, quod si hæc voluntatem



luntatē impleāt, impassibiles & immortales fiāt. Sanctis dico [ q sunt in terra ] qui ideo dicunt sancti, quia sunt in terra. i. in stabilitate, nō in fluctib<sup>o</sup> huius mūdi, terra dico [ eius ] scz, benedictiōis, nō maledictiōis, vt terra Adæ. Et quia aliqui possent cognoscere voluntatē, & tñ non posita esset in eis, addit [ in eis ] ira scilicet, **Gene. 3** [ mirificauit ] vt essent posita in eis. [ mirificauit ] prius erāt infirmi, & cū eēt infirmi, sub naturali lege [ infirmitates eorū ]. i. pētā [ multiplicata ] p legē scriptā. Vnde Apost. Lex subintravit vt abundaret delictum, **Rom. 5** [ postea ]. i. post q se cognouerūt nō posse saluari per legē, sed potius multiplicari pētā: per eam [ accelerauerūt ] scz, ad Chr̄m. ¶ Accelerauerūt ] & ideo iam [ nō cōgregabo cōuenticula eorū ]. i. cōuent<sup>o</sup>, instituta [ de sanguinibus ] effundēdis, sicut in alia lege. Sed iā non recipiā sanguinē. i. sacrificiū de effusione sanguinis, vel agni vel hirci. Hic pmittebat aperre liberationē ab onere legis dñs: [ nec memor ero nominū eorū ], i. infamiae eorū. Prius nominabant fures aliq, aliq idololatrg, & ceteri similibus nominibus. Hic notat remissio peccatorū, nō ero memor, & hoc dico [ p labia mea ] id ē, per vetus & nouū testamētū, q testamēta ideo dicūt labia, qā sicut labia cōueniūt ad aliqd verbum formandū, ita duo testamēta in pmissione remissōis peccatorū conueniūt. In testamēto veteri, vt in Ezechiele: **Ezec. 18** Filius nō portabit iniquitatē patris. In nouo vbi Christus dixit apostolis: **Ioan. 10.** Quorū remiseritis pētā. Vel per labia accipiamus apostolos, quia per eos loquit deus. ¶ Nō ero memor nominū eorū ] sed [ dñs ] erit [ pars hæreditatis meæ ] quia cū aliq sibi eligant vestes, aurū, &c. mea hæreditas solū dñm facit suā partē [ & dñs ē pars calicis mei ] Per hæreditatē fideliū, dei possessio: p calicē vero, ipsorū meritorū distributio intelligit: per

calicem idem significamus q̄d per hereditatē, sed secū-  
 dū hoc q̄ deus eis diuersa dona distribuit: vel per cali-  
 cem intelligimus spiritualiter imitatores passiōis Chri-  
 sti. [ dñs est pars, & tu dñe restitues hereditatē meam  
 mihi ] quā ego primi parentis p̄uaricatione amiserā.  
 ¶ Et illa hereditas est de p̄claris, & hoc est [ funes ]  
 .i. diuitiæ vel electiones, vel diuisiones [ ceciderūt ] .i.  
 cōtigerūt. Inuenit cadere alibi in bono, vbi dicit: Sors  
 cecidit super Mathiā: ceciderūt dico [ in p̄claris. ]  
 Ideo per funes intelligimus electiones: q̄a sicut per fu-  
 nes hereditas diuiditur, sic iusti à reprobis electione. i.  
 diuina inspiratione seiungunt. Hæ aut̄ electiones ideo  
 cadere. i. casu euenire dicunt, quia quare deus hos eli-  
 gat, illosq̄ reprobet ignoramus: dico [ in p̄claris mi-  
 hi ] est em̄ p̄clara illa hereditas mea, licet alij contem-  
 nant, quia pannosos & afflictos aspiciant. Hic inci-  
 pit de gratiæ actione. Cōtinuatio: ¶ Dñs restituet mi-  
 hi p̄claram hereditatē, & ideo [ benedicā dominū ]  
 .i. laudabo. Benedicere dominū, est eū annūciare & co-  
 gnoscere de ipso, q̄ de ipso sunt naturalit̄: quē benedi-  
 cere deo, q̄a ipse est [ q̄ tribuit mihi intellectū ] .i. ve-  
 rā intelligentiā de omnibus rebus, & [ in super ] benedi-  
 cā de passiōe: & hoc est [ renes mei ] .i. carnales cogna-  
 ti. Per renes accipiunt illi qui sunt de vna generatione,  
 quia in renib⁹ est seminariū generatiōis [ increpauerūt  
 me ] verbis & verberibus, etiā [ vsq̄ ad noctē ] .i. ad  
 mortē. ¶ Ipsi increpauerūt me, sed ego [ semp̄ provide-  
 bam ] scilicet, me resurrecturum [ dominum in cōspe-  
 ctu ] scilicet, interiori [ meo ] .i. ita certus etiā de resur-  
 rectione mea, ac si iam viderem: ideo providebā [ q̄ni-  
 am ] in ipsa passiōe [ est ] ipse [ mihi à dextris ] id est,  
 in adiutorio [ ne commouear ] in aliqua tribulatio-  
 ne. ¶ Quia ipse mihi est à dextris [ propter hoc lætatiū

est cor meum ] de spe resurrectionis [ & exultavit lingua ] ipsa enim perfecta est latitia, q̄ & hilari corde cōcipi, & alacri sermōe profert. Vnde ipse dominus dixit: Soluite templū, & in triduo illud reedificabo. [ insuper ], .i. prop̄ hoc [ caro mea ] etiā, .i. corp' i sepulchro [ requiescet in spe ] quā ipse Christus habuit de futura resurrectione: vnde propheta dicit: Dormiā & requiescā. ¶ Hac spe sc̄z [ qm̄ non derelinquā animā meam in inferno ] sicut antea animæ sctōr' retētā fuerant in inferno. Anima aut' Ch̄i in inferno non remansit, sed alias secū abduxit [ nec dabis ] me [ sanctū tuum ] id ē, corpus meū sanctificatū [ videre ], .i. habere [ corruptionē ], .i. putredinē. Quod aut' alibi dicit eū fuisse corruptibilem, non est contrariū huic sententiæ, quia prop̄ hoc tm̄ dicitur corruptibilis, q̄ ipse potuit vulnerari. Istud quod hic dicitur: nec dabis sanctū tuū videre corruptionē, non posset David prophetæ couenire, de cuius corruptione certum est, restante Petro in Actibus apostolorū. Per hoc em̄ ipse idē ostendit prophetā annunciasse de resurrectione Christi. ¶ Non dabis videre corruptionē, sed potius [ noras facies mihi vias vitæ ] scilicet, facultates introēundi ad vitam verā, quas ante Ch̄m nemo habuerat [ adimplebis me latitia ] in assumptione: me dico positū [ cum vultu tuo ] id ē, in præsentia tua: & ibi mihi posito [ in dextera tua ], .i. in potioribus bonis tuis [ delectationes ] id est, ineffabiles beatitudines [ vsq; in finem ] id est, Christum.

IN PSALMVM XVI.

Titulus. Oratio David.

**E**Xaudi domine ] Cum in cæteris psalmis orationes contineant, iste & quidam sequentiū oratio appellant, q̄a per totam suam contextionē continent orationes, & nos ad orandū informāt. Oratio, id est, e iij psalmus



**Oratio.**

psalmus qui vocatur oratio: attribuitur Dauid .i. ipsi  
 Chro. Oratio vero duobus nominibus accipit, vel p  
 supplicatione, vel pro quacūq; sermocinatione: hic au  
 tem accipitur pro supplicatione. Materia est Christus  
 orans, de qua sic agit: Orat restitui sibi secundū iustitiā  
 ante tempus passionis, scilicet, vt deus dirigat gressus  
 suos in semitis suis, Perit etiā liberari à Iudæis in immi  
 nētia passiōis: postulat etiā retribui sibi secundū sua  
 merita, scilicet gloriā resurrectiōis, & illis pēnā secun  
 dū merita sua mala. Intentio sua est, nos ad orandū in  
 struere: in hoc primo versu & secundo, continent illæ  
 tres orationes quas diximus, quas postea singulariter  
 exequit. Vox Christi ita dicētis secundum humanita  
 tē: ¶ Domine deus exaudi iustitiā meā ] .i. adimple il  
 lud quod iustitia mea petit, Expressius dicit iustitiam  
 meā q̄ verba, q̄ ipsa iustitia clamat, scilicet, vt ante pas  
 sionē dirigātur gressus sui: [ intēde deprecatiōi meæ ]  
 de remotiōe miseriæ, vt nullatenus moueat, propter  
 insidias Iudgorū. ¶ Auribus percipe obsecrationē me  
 am ] de obtinendis bonis, scilicet, de resurrectiōe. Ora

**Oratio.  
Deprecatio**

tio em proprie dicitur de obtinēdis bonis: Deprecatio  
 autē de remotione malorū pprie habetur. Quamuis  
 exauditio, deprecatio, oratio, in deo idem sint, tamen  
 diuersa ponit secundū similitudinem hominū. [ perci  
 pe orationē ] quod debes facere, quia [ non ] est facta  
 [ in labijs dolosis ] q̄a neq; fuit malū in ore neq; in cor  
 de. ¶ Priorē partē orationis exequit: hanc scilicet, exau  
 di dñe iustitiā meam, hoc modo scilicet [ iudicium me  
 um prodeat ] id est, iudica me [ de vultu tuo ] id est,  
 de affectu tuo, secundum illa scilicet, quæ in me aspicias  
 atque cognoscis, & qua fiducia peto in me iudicari  
 secundū cognitiōē, quia scio in me esse æquitates, &  
 [ has æquates videāt in me oculi tui ] .i. cognitio tua.

¶ Exeq

¶ Exequitur illas æquitates, dicens: [ probasti ] id est, probatum ostendisti [ cor meum ] id est, voluntatem meam, quia nihil volui nisi æquitatem: & probando [ visitasti, id est, adiunxisti, quia sine tuo auxilio nõ posset subsistere ] [ nocte ] id est, tempore aduersitatis [ probasti cor meum ] sic scilicet, quia [ examinasti ] id est, examinatum ostendisti me [ igne ] id est, in feruenti tribulatione, vt scilicet cum eiecerunt eum extra ciuitatẽ vt lapidarent: & in tanta examinatione [ non est inuenta in me iniquitas ] ¶ Hoc intantum verum est, q̄ non est inuenta in me iniquitas [ vt non loquatur os meum ] scilicet quod non oportet os meum inde loqui, quia satis patet. Et quasi aliquis diceret: Quandoquidem in te non est inuenta iniquitas, quare tu tribularis: Respondit [ propter verba ] scilicet implenda [ labiorum ] id est, prophetarum [ tuorum custodiũ ego ] perseueranter sustinui [ vias duras ] id est, tribulationes. Alia translatio habet, vias latronis, & idem ẽ. Vias dico [ opera hominum ] quas promerentur opera hominum, id est, carnalium. Vel aliter: Intantum non est inuenta in me iniquitas, vt os meum non loquatur [ opera hominum ] id est, mendacium: & hic ostendit maximam eius perfectionem. Perfectissimus enim est, qui nec lingua peccat. Mendacia vocat hominum, quia homines à seipsis, nõ à deo habent mentiri. Vel sic dico, quod in me non est inuenta iniquitas intantum, vt non loquatur os meum opera hominũ, id est vt ego loquar inde iactantiam, sicut mos est hominum. ¶ Et quia tam perfectus sum [ perfice ] id est, vsq̄ ad finem conserua, vbi est meritum perfectiora [ gressus meos ] id est, opera mea, per quæ gradior [ in semitis tuis ] id est, in arctioribus præceptis tuis vt in nullo deuiem à præcepto tuo. Sic dirige gressus

meos, vt etiam [vestigia mea] id est, apostoli & alij se-  
 quaces mei [non moueantur] à semitis tuis. Vestigia  
 sunt signa pedum, & propter hoc dicunt apostoli ve-  
 stigia, quia in ipsis apparent signa iustitiæ Christi. Et  
 quia sunt vestigia, nõ possunt esse perfecti, nisi ille quẽ  
 imitarentur esset perfectissimus. Hinc incipit exequi  
 secundam orationem, scilicet, vt intendat deprecati-  
 onem eius. Continuatio: ¶ Perfice gressus] & etiam [in-  
 clina aurem tuam mihi] id est, condescende mihi. No-  
 scens enim suam infirmitatem non posset tantam di-  
 gnitatem promereri, rogat ipsam deitatem vt se hu-  
 miliet ad subueniendum ei, quasi infirmus aliquis qui  
 non posset se erigere, & rogare medicum, vt se humi-  
 liet ad subueniendum ei [exaudi verba mea] Dico in-  
 clina & exaudi verba, & securus sum, quia ego clama-  
 ui quoniam exaudisti me. Hoc aut, scilicet clamare, qu-  
 niam exaudiuntur, tantummodo sanctorum est, qui  
 ex puritate suæ conscientiæ secure clamant, & exaudi-  
 ri non metuunt: alij vero exaudiuntur quia clamant,  
 quos sua conscientia in aliquibus accusat. ¶ Exaudi  
 verba mea] & mihi abundantius facias quàm alijs: & hoc  
 est [mirifica misericordias tuas] id est, mirabiles fac. In  
 hoc enim misericordiæ dei in Christo sunt mirificatæ,  
 quia & immunis à peccato fuit, & omnes persecutio-  
 nes patientius omnibus alijs tulit. Et bene debes miri-  
 ficare [qui saluos facis sperantes in te] ne cedant tri-  
 bulatiõibus. ¶ Dico mirifica, ita scilicet [custodi me]  
 scilicet non me rapiant ad peccatũ [à resistentibus], i.  
 à Iudæis contradicentibus [dexteræ tuæ], i. mihi filio  
 suo. Ideo filius dei dextera dicit, quia per ipsum ope-  
 ratur deus omnia: custodi dico [vt pupillã oculi] sicut  
 oportet custodire pupillam. Bene se Chrs pupillæ ocu-  
 li comparat. Sicut enim pupilla est dignior pars oculi &  
 totum



totū corpus illuminat, sic & Christus est dignior pars  
 ecclesie, & totā ecclesiā illuminat. ¶ Custodi me & p-  
 tege ] vt nō sentiā æstum, scilicet, vt nō inuitus patiar  
 [ à facie ] .i. à præsentia [ impiorū. ] Per faciē notat præ-  
 sentē impugnationē: q̄re necesse erat vt protegeret [ q̄  
 me affixerunt ] protege dico [ sub vmbra alarū tuarū ]  
 .i. sub refrigerio misericordiæ & charitatis. Hic per simi-  
 le loquit̄. Sicut em̄ auis protegit pullos suos, ne æstum  
 sentiant: sic deus Christū misericordiæ & charitatis re-  
 frigerio protexit. ¶ Et necesse erat vt tu ptegeres, quia  
 [ inimici ] .i. Iudæi [ circumdederunt animā meā ] scili-  
 cet, volentes tollere animā meā. i. vitā meā. Hoc mō  
 quando cū gladijs & fustibus eū circumdederunt: con-  
 cluserūt etiā [ ad ip̄e suū ] Sicut, em̄ aliqui pingues con-  
 cludūt suā pinguedinē cū alia pinguedine, ita vt iam  
 nihil possit in eos intrare: sic Iudæi pingues ī multis ma-  
 litijs suas malitias concluserūt, ita q̄d iā nihil veritatis  
 in eos intrare posset, ppter peccatū dñicæ passionis: et  
 ideo [ os eorū loquūtū est superbiā ] dicentiū: Nolum⁹  
 hunc regnare super nos: nō habemus regē, nisi Cæsarē  
 ¶ Circumdederunt eū gladijs & fustibus: & etiā circun-  
 dederunt me in cruce, q̄si ad spectaculum crucifixiōis  
 [ proiicientes ] extra ciuitatē [ me nunc ] .i. cum prius  
 seruos, nunc etiā me ipsum hæredē missum ad vineam  
 [ oculos ] id est, intentiones suas [ statuerunt declina-  
 re in terram ] id est, solā terrenitatem considerauerūt,  
 scilicet timuerunt perdere legem & gentem. Vel decli-  
 nauerunt oculos in terram, quia eum non deum esse,  
 sed purum hominem putauerunt. Circumdederūt me  
 fustibus & gladijs, circumdederunt ad spectaculū cruci-  
 fixationis: & hoc ideo, quia [ susceperunt ] .i. cū gaudio q̄  
 si mun⁹ maximū receperūt à Pilato, vel à Iuda tradēte  
 v[ ] à deo pmittere [ me ] ita parati ad mortē meā [ sicus  
 leo

Luc. 19.  
Iohan. 19

Matt. 21

leo & catulus leonis paratus ad prædam ] Per leones illos maiores persecutores domini debemus acciperes per catulos inferiores, plebem scilicet. Quod dicit [ habitans in abditis ] occultum iudicium Iudæorum notat, occulte mortem domini machinantium. Hic incipit de remuneratione & sua .n. bono, & persecutorum in malo orare. Continuatio: ¶ Ipsi hæc mala mihi machinantur, sed tu qui hucusq; videris dormisse [ exurge præueni eum ] id est, Iudaicum populum. [ Præueni ] per simile loquitur: sicut enim cum duo currunt, ille q. præuenit aufert præmium, & efficit voluntatem suam ita deus & Iudæi, cum ad mortem Christi currebant, præuenit illos deus, illum resuscitans, quem illi in morte tenere volebant [ & supplantata eum ] id est, subuertere, a similitudine luctatorum. Hoc dicit [ præueni ] ira scilicet [ eripe animam meam ab impio ] id est, diabolo, faciendo me resurgere: & bene debes facere, quia ipsa est, [ framea ] id est, gladius, per quem debes inimicos deuincere: eripe dico hanc [ frameam ab inimicis ] id est, à Iudæis, qui sunt inimici [ manus tuæ ] id est, operationis tuæ. Operatio dei erat humanum genus redimere. ¶ Supplantata hōc modo [ diuide eos domine de terra sua in vita sua ] id est, in vita eorum, Hæc diuisio facta est in destructione Hierusalem per Titum & Vespasianum, quæ viuentibus Iudæis euenit, [ Diuide illos ] dico, remotos [ à paucis ] id est, apostolis. Vel paucos intelligamus eos qui angeli admonitione annunciantis destructionem Hierusalem, in regnum Agrippæ secesserunt. Et merito diuides, quia [ venter eorum ] id est, carnalitas eorum [ est adimpletus de absconditis tuis ] id est, de peccatis, quæ tibi abscondita sunt, non in cognitione, sed in perpetracione. ¶ Et propter hoc etiam debes eos diuidere, quia sunt saturati ] id est,

id est, nequitia repleti in more domini: saturati dico [ filijs ] id est, ad incommodum filiorum. & hoc modo [ diuiserunt reliquias paruulis ] id est, superabundantiam maledictionis suae [ paruulis suis ] id est, filijs suis. Cū enim diceret: Sanguis eius super nos, & super filios nostros: non tantum sibi, sed etiam filijs suis maxime nocuerunt: quia vsq; in hodiernum diem excæcati sunt. Vel [ saturati sunt filijs, ] id est, ad incommodum filiorum, quia [ reliquias suas ] id est, quas debuissent facere suas, de quibus propheta dixerat: Reliquiæ salutis filiorum: non fecerunt se illas reliquias, scilicet, humiles & subditos. sed [ diuiserunt paruulis suis ] qui per humilitatem & abiectiōem sunt facti illarū reliquiæ. Alia trāslatio habet porcina, id est, immunditia. Quia Christus per totum psalmum suam infirmitatem ostenderit. Cōne ideo purus homo videret, altitudinem ostendit. Continuatio: ¶ Tu diuides eos [ ego autem apparebo ] conspectui [ id est, præsentiæ tuæ: & hoc completum fuit in assumptione. [ Apparebo (dico) in iustitia ] id est, secundum hoc quod iustitia mea exigit [ & gloria tua tandem apparebit ] scilicet, quod filius est in patre, & pater in filio: & hæc apparitio erit in iudicio, & [ cū apparuerit gloria, tunc ego satiabor ] completo corpore meo. Tunc enim corpus Christi completum erit, cū deo & patri regnum tradiderit.

Matt. 27

Esaię. 10.

Roma. 9.

## IN PSALMVM XVII.

Titulus. In finem puero domini Dauid verba cantici huius, quæ locutus est dño, in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixit:



2. Reg. 2.

**D**iligam te ] Hunc psalmū fecit Dauid post mortem Saul, exultans q̄ ab inimicis liberatus eēt: non tamen q̄ de exultatione sua scriberet, sed quia videbat Christum esse liberandū ab inimicis: unde maxime exultandū putabat: non solum em̄ personam Christi, sed Christū cū toto corpore, & ante ipsū aduentū, & post. Verba cantici huius id est, verba huius psalmi quæ agunt de spiritualibus, de quibus exultandum est. Attribuit Dauid, i. Christo puero, i. seruo dñi, quem bene per puerum significat, quia in puritate & simplicitate seruiuit dño. Sunt enim quidam serui qui non dicunt̄ pueri, illi scilicet, qui pro timore pœnæ, v̄ spe temporalis mercedis dñis seruiunt. Si dixisset simpliciter puero Dauid, posset intelligi de historiali Dauid, sed Ezdras per spiritū sanctum intelligens hoc eēt dictū de spirituali Dauid, apponendo cantici, remouet historiā. Tantus enim ille propheta de temporalibus esse exultandū nō diceret: quæ verba locutus est complendo dño, i. ad honorem dñi [ in die ] . i. in tempore gratiæ [ qua eruit eum, i. Christum totū [ dñs deus de manu ] . i. de potestate [ omniū inimicorū suorū ] tam visibilibus q̄ inuisibiliū, [ & de manu Saul ], i. de manu mortis. Per Saul ideo mortē accipimus, quia Saul petiō interpretat̄. Petiit enim eū Israëliticus populus sibi in regē, contra dñi voluntatē. Similit̄ homo quem deus fecerat immortalē sub cōditione obedientiæ, mortē quē deus non fecerat, ipse sibi manibus ac pedib⁹ appetiuit. Dico hæc verba attribuunt̄ Ch̄o cum oībus membris: verba dico, dirigentia nos in finem, i. in Christum: intendit em̄ nos inuitare ad dilectiōem dei per exemplum sui. Materia sunt munera vel misericordie dei, saluatio, populorū subiectiō, vindicatio de inimicis. De hac aut̄ materia sic agit: Præmittit exultationē  
de datore

Saul.

1. Reg. 8.

de datore, ostendit calamitatem humani generis ante  
 aduentū Christi, & contra: remedia per aduentū Chri  
 tertiam partē de potestate ipsius Christi, quartā partē  
 de cōmendatione ipsorū munerū. Vox Christi, & secū  
 dum suā personā & secundū membra. Continuatio:  
 ¶ Christus est loquutus verba cantici huius, & dixit: O  
 dñe dilexi, & diligo, & [ diligā te ] Diligā dicendo, no  
 rat perseverantiā ipsius dilectiōis: quia tu es [ fortitu  
 do mea ] quia in me sum imbecillis, in te fortis ad pu  
 gnādum cōtra malignos: quasi diceret: Vultis cogno  
 scere illū ad quē loquor, ipse est, [ firmamentū meū ], i  
 faciēs me firmū ne deficiā [ & refugiū meū ] scilicet ad  
 quē ego refugiā q̄si ad turrim. Si em̄ ignorant fideles  
 quid agendū sit, cōsilio diuino instruunt quid sit agen  
 dum: & quia posset esse fortis, firmus, & sciens etiā qd  
 agendū esset. & posset deficere: quē admodū quidā hæ  
 retici, qui putabāt postq̄ essent instructi à deo, p̄ suas  
 vires sufficere: subdit [ & liberator meus ], i. qui me li  
 berat ab inimicis: q̄a si deus manū subtraheret, statim  
 deficeret. ¶ Deus ], i. creator meus, [ adiutor me⁹ ] ad  
 cooperandū, q̄a sine eo nihil boni possum facere, & id  
 eo [ sperabo in eū. i. sp̄e meā totā ponā in eū. Ipse etiā ē  
 p̄tector meus ] Sicut em̄ aliq̄s protegit aliquē in bello  
 ne vulneret aliqua sagitta, sic deus Christū protegit, ne  
 eum etiā parua tēratio tangeret: & hic Chri m̄ cū oibus  
 membris accipimus. Quando em̄ vulnerant, sicut Da  
 uid in adulterio, tunc membra Chri nō sunt. [ & cornu 2. Reg. 11  
 salutis meæ ] Prop̄ hoc dicit cornu, quia sicut anima  
 lia per cornu fugant inimicos, ita deus inimicos Chri  
 sti dissipat, & ipsum saluū faciat. Hoc enim qd ē cornu  
 est causa salutis meæ. Hæc aut̄ p̄dicta nō fecit mihi ex  
 mea dignitate, sed me quasi pupillū suscepit, & hoc est  
 [ & susceptor meus ] ¶ Et q̄a hæc oia fecit mihi bona,  
 ideo

ideo [laudans inuocabo dominum] id est, de habitis beneficijs laudans, inuocabo de habendis, & per ipsum inuocatum [ero saluus ab inimicis meis.] Totus Christus hucusque loquutus est, de exultatione datoris, nunc in persona antiquorum patrum loquitur, de calamitate in qua erant ante aduentum Christi. Continuatio: ¶ Et necesse erat ut saluaretur ab inimicis quia [dolores mortis] .i. dolores de potestate diaboli [circumdede- runt me] & torrentes iniquitatis] .i. iniquitates hominum quæ sunt sicuti torrens: quæ sicuti torrens per pluuiam crescit & impetuosa fit, sic iniquitates hominum tumultu crescunt, & in sanctos impetuose fiunt. [turbauerunt me] id est, anxium fecerunt me. ¶ Præterea etiam [dolores inferni circunderunt me] id est, pagani, qui pro merito malæ vitæ in inferno torquendi sunt. Vel ¶ [dolores inferni] id est, pœnæ infernales [circumdede- runt me] id est, ita certus sum quasi iam circumdedissent me, nisi aduentus Christi redimat me. Item ponit alteram partem suæ calamitatis, cum dicit [laquei mortis] id est, originale peccatum [preoccupauerunt me] etiam nescientem, quia ab ipsa etiam conceptione est homo illo peccato illaqueatus. ¶ Et [in tanta tribulatione mea inuocaui dominum] & ab ipsa inuocatione prorupi in clamorem, & hoc est [ & ad deum meum clamaui] id est, omni conatu virium peti. ¶ Contra hoc quod dixerat inuocaui, ponit [ & exaudiuit vocem meam de templo sancto suo] hoc siue de caelo, siue de corpore domini, quod est templum sanctum eius, quia secreta dei continet, competentem accipimus: contra hoc quod dixit clamaui [ & clamor meus in conspectu eius] id est, in beneplacito eius existens [introiuit in aures eius] id est, exauditus fuit. Ostensis calamitatibus humani generis ante aduentum Christi: ostendit remedia



remedia p̄ ei⁹ aduentū humano generi à deo facta, & ipsum aduentū indicat nobis per quēdā mysteria. Cōtinuatio. ¶ Exaudinī clamorē meū, q̄a misit filiū suū, in cuius aduētū [terra] .i. terreni [cōmota est] à securitate in q̄ erat, audita noua p̄dicatiōe, incerti qd tenerent [ & cōtremuit ] quia timuit eū futurū iudicē, & sugnequitia punitorē [ & fundamenta montiū ] .i. mōtes fundati [ cōturbati sunt. ] Per montes diuites vel claros huius seculi intelligamus, quorū fundamentū sunt diuitia & honores, in quibus sperāt: quæ fundamenta cōturbata sunt, cum Christo veniente, cognouerūt in terrenis diuitijs sperandū non esse. [ & cōmota est ] .i. cōmoti sunt ipsi diuites ad p̄nitentiā: ideo terra cōmota & cōturbata est [ quoniam dominus iratus est eis ] id est, quoniā dominum sibi iratum propter peccata cognouerunt. Iratus est eis [ & in ira eius ] id est, in consideratione iræ illius [ ascēdit fumus ] id est, p̄nitentia. Ideo per fumum p̄nitentiā intelligimus quia sicuti fumus est primum iudiciū ignis, & mouet lachrymas, ita p̄nitentia est primū iudiciū charitatis, & lachrymas fructuosissimas exerit. Dicendo [ ascendit ] notat q̄ p̄nitentia illa ad deū ipsum erigat, [ & ignis ] id est, charitas illa quæ p̄nitentiā mouebat [ exarsit à facie eius ] id est, ab illuminatione eius feruentior est facta. Per arsit apparitionē notat charitatis: [ carbones ] etiā succensi sunt. .i. homines, in quibus ardor charitatis extinctus est per culpā primi parentis [ succensi sunt ab eo ] .i. deo dante ignem charitatis. Sicut em̄ proprie vocantur carbones in quibus carbones ignis extinctus est: ita homines proprie vocantur carbones, in quibus est extincta charitas. Cum ostendisset remedia quæ fecit deus humano generi, nondum ostēdit per quē fecisset, sed mō ostendit per quē om̄ia

f illa

illa facta sunt. Continuatio: ¶ Terra commota est ] & cetera facta sunt, quia deus [ inclinauit cælos ], .i. humiliauit cælos, id est cælestia, scilicet ipsam deitatem, & ipsos angelos inclinauit, per frequentē uisitationē hominū. Vel ipsos angelos inclinauit, per cōmiserationem quam habuit per reparationē humani generis: et ipse deus [ descendit ] ueniendo humanā naturam. Inclinati sunt etiam angeli, cū accedentes ad dñm ministrauerunt ei. [ Inclinauit descendit ] & licet ita sit humiliatus, tamen nō perdidit potestatem, sed [ caligo. i. diabolus, est, [ sub pedibus eius ] .i. plenarie subditus ē ei, sicut res, quæ sub pedibus est. Per caliginē ideo diabolus accipimus, quia sicut caligo obtenebrat oculos, sic diabolus peccatores obæcat, & caliginosos reddit ne ualeant lumen ueritatis agnoscere. Descendit dico, & ascendit ipse idem super omnem angelicā creaturā in ascensione exaltatus est. Per illum ordinem omnes alios accipimus [ & uolauit super pēnas uentorum ] id est, ocyōr fuit sua fama quæ uenti: quia cum natus fuit agnitus fuit in Chaldea per stellas: dum crucifigeretur cognitus fuit Athenis, per obscurationem solis. Ventos describit pennatos propter agilitatē: cum bis dicit uolauit, maximam eius celeritatē notat. ¶ Vel ita: ¶ Ascendit super Cherubim ] .i. super omnem plenitudinem scientiæ: quia nullus tam plenæ scientiæ est, quæ possit cognoscere illud secretum, quod penetravit in ascensione [ & uolauit super pennas ] .i. superauit agilitatē intellectus sanctorum. Per uentos sanctos accipimus, propter agilitatem: per pennas, uelocem eorum intellectum: & si ipsi aliquid cognouerunt in eo: uolauit, quia quiddam aliud erat quod cognoscere nō poterunt, & si illud aliq̄ labore cognouerunt, iterum uolauit & iterum uolauit. Per hæc p̄dicta nondū dixerat eū assumpsisse humanitatē

Mat. 4

Mat. 2.

manitatem, quod modo in sequenti manifeste ostendit. Continuatio : Illū qui ascendit & descendit nō tm̄ credatis esse deū, sed etiam hominē : & hoc est [ & posuit tenebras ] .i. carnem humanam [ latibulū suum, ] scilicet, in qua carne diuinitas latuit. Hic tenebræ accipiuntur in bono. Sicuti tenebrosū sermonē vocam⁹ ubi magna pfunditas est, [ & in circuitu eius tabernaculum eius ] id est, militantes ei sunt in circuitu. i. proximi eius, id est, aliq̄ habent cognitionem & familiaritatem de eo: ex q̄bus: scilicet ex illis qui sunt in tabernaculo, quidā sunt tenebrofi, quidam p̄fulgidi [ tenebrofa vero aqua ] id est, obscura doctrina est [ in nubibus aëris ] .i. in superioribus nubib⁹, scilicet in p̄phetis. Hi enim prophetae per mundū nō sunt missi, propter obscuritatem prædicationis. ¶ Præ fulgore vero nubes ] id est, sancti ap̄li: qui ideo nubes dicunt, quia complunt terā dei, & fructificare eam faciunt spirituali doctrina, quæ nubes præ fulgore, quia manifeste p̄dicant & omnibus intelligibiles sunt [ in cōspectu eius ] quæ ideo præ fulgore dicunt, quia p̄sentem illuminationē recipiunt à cognitione ipsius, & huiusmodi [ nubes transferunt ] in diuersas partes mundi, annunciare verbum dei. Et ecce ex illis nubibus exiit [ grando ] .i. obfurgatio de peccatis [ & carbones ignis ] .i. quidā qui mortui erant, feruore charitatis fiunt igniti. ¶ Nubes ] .i. apostoli transferunt, & [ dñs intonuit de cælo ] id est de illis nubibus qui dicunt cælum, quia secreta cœlestia continent [ dñs intonuit ] id est, per minas iudicij intrepuit, & ipse [ altissimus dedit vocem suam ] id est, euangelicā doctrinā: & ecce [ grando & carbones ignis ] ¶ Et ipse dominus [ misit sagittas suas ] id est, discipulos discipulorum, qui dicuntur sagittæ, quia vulnerāt corda hominū verbo dei: & eos ad q̄s sunt missi dissi-



pant, quia alios assumpsit, alios reiecit: misit sagittas  
 & per eas sagittas [ multiplicauit fulgura ] id est, multi-  
 plicia fecit miracula. Per fulgura miracula accipimus  
 quia sicut per fulgura hoies terrentur, sic per miracula  
 & per illa miracula [ conurbauit eos ] de peccatis ad  
 conuersionem. ¶ Et per illas sagittas habuit mundus  
 cognitionem veritatis, & hoc est [ & apparuerunt ] .i.  
 omnibus cogniti sunt [ fontes ] .i. sapientes: fontes dico  
 [ aquarum ] .i. ex quibus fluunt mularum aquarum, .i. mularum  
 doctrinarum, quarum sapientia cum prius lateret, in eis modo  
 cognita fuit: & per eosdem [ fundamenta ] .i. prophetarum  
 per quos fundata est ecclesia: fundamenta dico [ orbis  
 terrarum ] id est, ecclesiarum, quarum ex orbe terrarum .i. ex  
 omni parte terrarum collecta est [ sunt reuelata ] id est, ma-  
 nifestata: quia sancti apostoli & alij predicatorum etiam  
 prophetarum scripturam intelligibilem reddiderunt. ¶ Fon-  
 tes apparuerunt ] & hoc fuit [ ab increpatione ] præ-  
 dicantium: qui cum alios increparent, per ipsam incre-  
 pationem ab alijs esse sapientes cogniti sunt [ & ab in-  
 spiratione spiritus irarum tuarum ] .i. per spiritum spirantem eis  
 iram tuam. Ostensis sacramentis aduentus, vult ostende-  
 re quid illa sacramenta faciant, scilicet, ecclesiam. Con-  
 tinuatio: ¶ Misit sagittas, misit etiam spiritum sanctum,  
 [ de summo ] id est, de patre. Dicendo misit, notat do-  
 num: dicendo de summo, æqualitatem. Cum dicit misit,  
 non dicit eo quod minorem mittente missum intelligat,  
 sed tota trinitas mittit spiritum sanctum [ & accepit me. ]  
 Hoc loquitur Christus in persona totius corporis [ ac-  
 cepit ] id est, quasi fugitium collegit, & hæc acceptio  
 est per inspirationem [ & assumpsit me ] in dignitatem  
 per fidem, per baptismum per ceteras, virtutes [ de aquis  
 multis ] id est, de populis multis. Vnde Iohannes: Aque  
 multarum sunt populi multi. Vel de aquis, id est, de multis  
 baptismis

baptisimatibus: quia licet baptismus sit vnus, tamen in  
 multis populis fit. ¶ Et me sic assumptum [ eripuit de  
 inimicis meis fortissimis ] .i. dæmonibus [ & ab his q  
 oderunt me ] .i. malis hominibus, & necesse erat vt eri  
 peret [ quia cōfortati sunt super me ] Quanto enim fi  
 deles magis tribulantur, tanto magis in fide accendun  
 tur, & firmiores sunt, & alios ad fidem cōuertunt. ¶ Et  
 præuenerunt me ] .i. præualuerunt secundū existima  
 tionem suā [ in die afflictionis meæ ] id est, in vita ista  
 in qua sancti affligunt. In alia em̄ vita non affligunt,  
 sed coronabuntur: & quod ipsi putauerunt me præue  
 nire contra hoc [ dñs est factus protector meus ] id ē,  
 clypeus, ne vlla persecutione vulnerer. ¶ Prorexit me  
 ecclesia, & per tantas tribulationes quæ aliquando in  
 infirmioribus generare solent angustiam [ eduxit me  
 in latitudine ] charitatis & in numero membrorū. Et  
 quid bona eius enumerem? [ saluum me fecit ] per hæc  
 omnia, & hoc non meis meritis, sed sua magna gratias  
 & hoc est [ qm̄ voluit me ] habere. Hæc omnia fecit p  
 per suam gratiā, secundum primordia saluationis, re  
 tributionem autē fecit secundum merita sua. Retribu  
 tiones autem duæ sunt, & iustis, & impijs: vna in hac vi  
 ta, vna in alia vita. Iustus in hac vita pro sua iustitia ac  
 cipit retributionē, q̄a iustitię accipit incrementū, in futu  
 ro vero coronā. Impius in hac vita vt magis sordescat,  
 æternū vero incendiū in futura. Cōtinuatio: Saluū me  
 fecit pro sua voluntate [ & retribuet mihi dñs secundū  
 iustitiā meā ] .i. secundum bona opera mea [ & secun  
 dum puritatem manū mearum ] id est, secundum in  
 nocentiam mearum operationū, quod à malo absti  
 nui, nulli nocui ] retribuet mihi ] ¶ Secundum iustitiā  
 meam dico [ quia custodiuī ] .i. impleui [ vias dñi, id ē,  
 præcepta domini, per quæ ad deum gradimur p bona  
 f ij opera

Ephē.2.

opera [secundū puritatem manū] quia nō [gessi impie] id est, non gessi illud vnde vocarer impius, id est, non feci malū recedendo [à deo meo:] ¶ Custodui vias, nec impie gessi [quia omnia iudicia eius] sunt in consideratione mea: & hoc est [in conspectu meo] omnia tam bonorū q̄ malorum, tam in hac vita, quā in alia: & ideo nec fessus hūana fragilitate [repu- litias eius à me] sed perseverantē sustinui. ¶ Nō repuli, & ita [ero immaculatus cū eo] scilicet deo. Oportet em̄ vt qui immaculato dño vult adherere, immaculatus sit ideo immaculatus, quia [obseruabo me ab iniquitate mea] quasi mihi naturali. Vnde Ap̄s: Nati sumus filij ræ. Dicendo [obseruabo] notat cautelā esse adhibendam ad custodiā virtutum. Nunc agit de retributione iustorum in futura vita. Continuatio: ¶ In hac vita ero immaculatus, & in futura [retribuet mihi dñs secundum iustitiam meā, & secundum puritatem manuum mearū] habitam [in conspectu oculorū ei⁹] id est, in beneplacito misericordiæ eius. Sicut em̄ aliquis potens rem quam diligit in cōspectu habet, quam nō diligit non vult in conspectu habere: sic deus quod sibi placet dicitur aspicere, quod non placet negligere. Quia superius dixerat, iustitiam meam, ne videat iustitia esse ab homine, ostendit q̄ sine deo nulla iustitia eē potest. Continuatio: ¶ Dixi iustitiam meā, & tamē cū sancto] id est, ad hoc vt homo sanctus sit [eris] tu deus, qui tu es [sanctus] id est, sanctificans [ & cum viro innocente] .i. ad hoc vt sit innocens [eris] tu [innocens]. .i. faciens innocentē. ¶ Et cum electo] .i. ad hoc vt aliquis sit electus, id est, separatus à pditis [elect⁹.] Non dicit ideo electus, q̄ deus esset in societate cū malis, sed [electus] id est, remotus æternalit̄ à malis: [ & cum peruerso] id est, cum illo qui se peruertit à te [per-  
nerteris



uerteris ] subtrahendo gratiã, peruersum ad maiorem  
 adiuuabis: & hanc sententiã testatur alia translatio, q̄  
 habet, peruersum peruerteres, & hæc est retributio quã  
 deus dat malis in hac vita. ¶ Ideo dico quod in hac vi-  
 ta ita facies & bonis & malis [ quoniam ] in alia vita,  
 saluum facies populũ humilem ] id est, bonos [ & oculos  
 superborũ humiliabis ] id est, affliges. Per oculos id-  
 eo superbiam accipimus, quia in oculis notatur super-  
 bia. Vel hoc modo literam legamus. Continuatio ea-  
 dem. Dixi [ iustitiã meã ] sed tu homo non eris per te  
 sanctus, sed sanctus eris cum sancto ] .i. cū Christo suo  
 adiutore faciens opera eius, & [ cum eo innocente ] .i.  
 per eum innocentẽ [ innocens eris ] & cū eo Christo  
 [ electo electus eris ] & cū peruerso ] .i. diabolo [ per-  
 uerteris ] Continuatio. ¶ Ideo dico quod in hac vita  
 iustus & impius accipiunt retributionem pro meritis  
 [ quia tu ] deus in alia vita [ saluũ facies populum hu-  
 milem, & oculos superborum humiliabis ] Per hæc oĩa  
 supradicta intelligimus, qđ deus illuminat ecclesiam.  
 Quæ ecclesia se videns esse illuminatam, orat deũ, vt p̄  
 ipsam illuminet ceteros cõuertendo, & hoc est. ¶ Quo-  
 niam tu illuminas lucernam meam ] id est, quosdam  
 de ecclesia ad hoc vt illuminent alios: qui dicuntur lu-  
 cerna, quia in eis lumen sancti spiritus resplendet. Me-  
 am dicit, quia de sua societate sunt: & [ tu domine de-  
 meus illumina tenebras meas ] id est, infideles & idio-  
 ras, qui sunt in tenebris, quia de deo cognitionẽ non  
 habent [ meas ] id est, p̄destinati vt sint mei. ¶ Rogo vt  
 illumines tenebras, & hoc secure [ quoniam eripiar ]  
 id est, eripient illi mei qui adhuc sunt tenebræ a tenta-  
 tione ] diaboli [ in te ] id est, per te [ & in deo meo ] .i.  
 in auxilio dei, in eo [ transgrediar murum ] id est, obsta-  
 culum peccatorum. Murus autẽ ille non est, p̄sus de-

structus, sed iusti dei auxilio illum transcendunt. ¶ Bene dico, in deo meo, quia ipse est [ deus meus ] & [ vis eius ] .i. præcepta [ est impolluta ] quia nihil immundum præcipit facere: [ & eloquia dñi ] .i. ipsa doctrina Evangelica, est, [ examinata igni ] .i. cum diligenti examinatione sunt ædita, id est, spiritu sancto. Qui spūs sanctus ideo ignis dicitur, quia ardorē charitatis ponit in quibus est. & Quis ita sit altus, tamen non deserit suos, sed [ prorektor est omniū sperantium in se. ¶ Nullus est alius deus: nisi iste tantus dñs [ quoniam quis ē deus præter dñm ] id est, præter eum qui ita dominatur: aut o vos gentiles [ quis est deus præter deum nostrum? ] Quasi si vos dominum nostrum non habetis, nullum dñm habetis. Hic incipit de potentia Christi. ¶ Nullus est deus præter deum nostrum, & iste [ deus est, qui præcinxit me ] id est, præparauit me dominicū hominem diuina [ virtute ] ad pugnandum contra diabolum: & istud præcingere fuit ab ipsa conceptione. Præcinxit dicit, contra hoc quod superius dixerat: Præoccupauerunt me laquei mortis. Sicut enim originale peccatum præoccupauerat humanum genus in conceptione, ita spiritus sanctus significabat Christum ab ipsa conceptione, & per hoc [ posuit viam meam immaculatā ] id est, omnia opera totius vitæ meæ. ¶ Qui etiam deus [ perfecit ] id est, perfectos fecit [ pedes meos ] id est, affectus meos [ tanquam ceruorum ] id est, similes ceruis. Sicut enim ceruus vitat spinas, & transilit fossas, & lutosa loca, & ascendit in montem, ita Christus spinosa & periculosa delicta seculi, & peccatorum foueas sancto voluntatis affectu transilit, & ad celsa cælorum peruenit, & hoc est, ipse deus [ statuens me super excelsa. ¶ Hic etiam deus ] docet meas manus ] id est, operationes meas [ ad prælium [ contra dia-

tra diabolum: & tu domine [posuisti] tu dico qui ta-  
 lem fecisti personam meam propriam [brachia mea]   
 id est illos per quos operor ego vt arcum æreum. ] Si-  
 cut si arcus æreus esset. qui mitteret sagittas, quia æreus,  
 infatigabilis esset: sic brachia Christi & sagittas mittunt  
 quibus vulnerant corda hominum, & infatigabilia sunt  
 ¶ Posuisti & [dedisti mihi protectionem] id est, defen-  
 sionem, quæ est causa [salutis tuæ] id est, a te data: [et  
 dextera tua] id est, filius tuus [suscepit me] dominicum  
 hominem. Quia dicturus erat quod Christus per suos  
 vinceret alios, præmittit quandam aptitudinem, per  
 quam ostendit illos esse aptos ad hoc faciendum. Con-  
 tinuatio. ¶ Dextera tua suscepit me ] & disciplina tua ]  
 id est, iustitia qua tuos examinas [correxit me] id est,  
 meos de præteritis, vsq; [in finem] id est, vsq; ad con-  
 summationem: quia incorrectum remansit [ & ipsa tua  
 disciplina docebit me ] id est, meos, ne ulterius peccent.  
 ¶ Et per illos [dilatasti gressus meos] id est, operatio-  
 nes meas per totum mundum notificasti [ & vestigia  
 mea ] id est, illi in quibus signa iustitiæ meæ apparent,  
 [non sunt infirmata] id est, non sunt superati ab ho-  
 stibus. Neesse enim erat, vt illi qui erant missi, vt alios  
 docerent, irreprehensibiles essent in omnibus. ¶ Vel  
 ita [disciplina tua correxit meos & docuit, & sic dila-  
 tasti in virtutibus gressus meos] id est, discipulos meos  
 qui dicuntur gressus. Vel de Christo dicitur secundum  
 Apostolum dicentem: Ex his quæ passus est, didicit o-  
 bedientiam. Discipuli dicuntur gressus, quia per eos de-  
 us mundum ingreditur, & licet ita dilatati essent, non  
 tamen superbierunt, sed sunt [subtus me] id est, mihi  
 plenarie subditi. & ipsi idem qui præter aliud sunt [ve-  
 stigia mea non sunt infirmati. ] ¶ Et per istos tales [p-  
 sequar] ego ratiocinando [inimicos meos] id est, qui  
 f y mihi

Hebre. 5



mihi contradicunt [ & comprehendam illos [ in ratio  
 ne, quia non habebunt intus quomodo possint resiste  
 re [ & non conuertar ] ab increpatione eorum [ donec  
 deficient ] à secula sua, id est, conuertantur. ¶ Quosdam  
 persequar ratione sicut dictum est, alios [ confringā ]  
 in tribulatione [ nec poterunt stare ] cōtra me, sed po  
 tius [ subtus pedes meos cadent ] id est, plenarie subijci  
 entur mihi. Ostendit qđ Christus quosdam sibi resistē  
 tes, suo dominio subijciet, nunc de inimicis, id est, dæ  
 monibus, & specialiter de Iudæis ingreditur. Continu  
 atio. ¶ persequar inimicos, & tu dñe [ insurgentes in  
 me ] id est, diabolos qui volebant me opprimere, &  
 regnum obtinere [ supplantasti ] .i. inscientes deiecisti  
 [ subtus me ] id est, sub potestate mea, quia nihil faci  
 unt nisi permissione Christi : & præmittit causam per  
 quam ostendit Christum esse dignū, cui subijcerentur  
 illi dæmones, cum dicit : ¶ Præcinxisti me virtute ] dei  
 tatis [ ad bellandum ] contra dæmones & [ inimicos  
 meos ] Iudæos scilicet, qui dicuntur spiritales inimici  
 Christi, partim [ dedisti mihi dorsum ] id est, sequaces  
 meos fecisti. Sicut enim famuli dicunt dorsum dñi, qđ  
 sequuntur eum à dorso, sic sequaces Christi dicuntur  
 dorsum : & partim disperdidisti ] sed [ odientes me ] .i.  
 illos qui indurati sunt in odio mei. ¶ Disperdidisti, &  
 in illa dispersione [ clamauerunt ] vt liberarentur [ nec  
 erat ] inter eos ] qui saluos faceret ] quia dux eorum  
 erat diabolus, qui eos liberare nō poterat. [ clamaue  
 runt etiam ad dñm, nec exaudiuit ] quia nō querebāt  
 exaudiri per filium. ¶ Tu dispersisti, & ego [ cōminuam  
 eos ] .i. cōteram eorū vires ne possunt colligi in robur  
 [ vt puluerem ] scilicet per subtractionem gratiæ faciā  
 eos & dissolutos & instabiles, nec illos ita redactos in  
 puluerem dimittam in quiete, sed illos ponam [ ante  
 faciem

faciem venti]. i. tales faciam qui deficient, non expectantes faciem venti, i. soliditatem tentationis, in prima tentatione deficient [ & eos delebo ]. i. destruam [ vt lutum platearum. ] Vt lutum platearum & in seipso inquinatum est, & alios coinquinat transeuntes per plateam, sic Iudæi & in se inquinati sunt, & alios per plateas ambulantes, i. per terrena desideria, coinquinant exemplo vitæ suæ malæ. Desideria carnalia plateam appellat, quia per ea sine omni refrenatione ad diabolum transitur. Et ne aliquis putaret istis Iudæis delectis Christum regnū suū amittere, ostendit se ab illis subtractum etiā obtinere regnū. Continuatio. ¶ Illi debent [ me autē ] o' deus [ eripies ]. i. subtrahes [ de cōtradictionibus populi ]. i. de contradicente populo Iudaico, qui semp mihi contradicit, & ereptum me ab illis [ constitues me in caput Gentium ]. i. vt sim rex Gentium. ¶ Ideo facies me regem Gentium, quoniā [ populus ] Gentium scilicet [ quem nō cognoui ] corpora li habitatione, nec prophetas nisi, nec legem dedi [ seruiuit mihi ]. i. credidit mihi: quia quicumq; credit, seruit. & ira quod [ in auditu auris ]. i. ex quo audiuit [ obediuit mihi ] Laus ista Gentium, est vituperatio Iudæorum. ¶ Ideo eripies, quia illi qui debuerāt esse [ filij ] mei, facti [ alieni ] mentiti sunt mihi [ mendacia dixerūt ] de me, negantes me esse filium dei, & multa alia, & ipsi idem [ filij ] facti [ alieni ] cum deberent innouari nouo homine veniente [ inueterati sunt ]. id est, cum ante essent veteres, id est, peccatores, magis peccatores facti sunt, & ipsi tales [ claudicauerunt ] id est, errauerunt [ à semitis suis ] id est, pro semitis suis à se inuentis. Ipsi autem inuenerunt quasdam traditiones, scilicet, vt lauarent manus antequam comederent, & ne immundum tangerent. Vnde & dominus in Eu-  
 ·angelio

**Matt. 15.** Euangelio: Quare & vos transgredimini mandata patrum propter traditiones vestras? Vel ita: [Claudica-  
uerunt] id est, errauerunt [à semitis suis] id est, quas  
debuerunt facere suas, quia in scripturis literalem tan-  
tum intelligentiam & non spiritualem habent. Quæ  
scripturæ ideo dicuntur semitæ, quia bene intellectæ  
ducunt ad vitam. Claudicauerunt dicit per simile: sicut  
enim claudus vno pede firmus est, alioq; infirmus, sic  
Iudæi in literali sensu sunt firmi, & spiritali infirmi: quæ  
male & raro allegoria vtiuntur. Quorum claudicare  
claudus Iacob figurauit. ¶ Ipsi claudicauerunt, menti  
ri sunt, sed, [dominus viuit] id est, viget in suis & re-  
gnat: & ipse [deus meus sit benedictus] id est, laudat:  
& ipse deus [exaltetur] in multitudine credentium,  
dator [salutis meæ] ¶ Bene dico, sit benedictus, quia  
tu [das vindictas mihi] id est, vindicas de inimicis. Et  
incipit hic commendatio munerum [ & subdis popu-  
los] ita quod [sub me] id est, quod mihi obedientes fi-  
unt: tu dico liberator meus de inimicis meis] etiã [ira-  
cundis] id est, feruentissimis. ¶ Et etiam] exaltabis me  
ab insurgentibus in me] quia quanto magis insurre-  
xerunt, tanto magis Christus exaltatus est: & etiã sur-  
gentes diabolo sunt pressi: [ & eripies me à viro iniq;]  
id est, populo Iudaico, vel à quocunq; impio. ¶ Propte-  
rea] omnia [confitebor tibi] id est, laudabo te domi-  
ne [in nationibus] id est, in diuersis Gentibus: [ & psal-  
mum dicam] id est, bonam operationem faciam [no-  
mini tuo] id est, ad honorem tuum. Dum dicit, psalmum  
dicam, dat intelligere, quod non tantum bene operabi-  
tur, sed etiam alijs exemplum bonæ operationis erit.  
¶ Confitebor hoc dicens, dominus iste est [ magnifi-  
cans] id est, magnificos faciens [salutes regis eius] .i.  
saluos à rege suo, scilicet Christo: & hoc etiam dico,  
quod

Scriptu-  
ræ dicunt  
semitæ.

Gene. 12,



TERIVM COMMENT.



quod ipse facit omnia ex misericordia, & hoc est, & [ ipse  
est faciens misericordiam David [ scilicet significans  
[ Christo suo ] id est, regi suo [ & semini ] id est, sequa-  
cibus suis: & hoc non ad horam, sed [ vsq; in seculum ]  
id est, quandiu seculum erit. Vel [ David Christo suo ]  
id est, vncto suo, & [ semini eius ] id est, Christo & se-  
quacibus eius.

IN PSALMVM XVIII.

Titulus. In finem, aliàs victori, psalmus David.

**C**Aeli enarrant ] Psalmus iste conuenit David, p-  
phetæ qui hic loquitur: dirigens auditores in fi-  
nem, id est, in Christum. Intēdit enim auditores  
& maxime Iudæos monere, vt relicta sua verustate ad  
Christi transeāt nouitatē. Materia est incarnatio Chri-  
sti qua sic agit: commendat eam per commendatā præ-  
dicationem, propriam commendationem, per bonā  
etiam legem, per bonam institutionem, quam mūdo  
attulit. Commendat eam etiam orando se mundari a  
peccatis, vt digne possit laudare eam, & sic a prædica-  
tione incipit: Vos dimittite a verustate mentem, & au-  
dite nouam prædicationem, quæ maxime etiam ex di-  
gnitate ipsorum prædicatorum ostenditur audienda,  
quia [ celi ] id est, apostoli [ enarrant ] vt rem non ficti-  
tiam, sed veram [ gloriam ] id est, deitatem [ dei ] id est,  
Christi [ & firmamentum ] id est, apostoli firmi q; sunt  
in hac prædicatione Christi [ annuntiant ] tanquam re-  
gestam [ opera ] id est, miracula [ manuum ] id est, o-  
perum eius, id est, operatricis deitatis. Bene apostolos  
firmamentum vocat in prædicatione Christi miracu-  
lorum, quia multi contradicebant, & multi eū passum  
vel mortuum prædicare erubescabant. Vel ita, vt ope-  
ra sit nominatiuus singularis [ opera manuum eius ]  
id est, homo annuntiat firmamentum ] id est, ecclesiā

esse firmatam, quæ ecclesia firmata est .i. stabilis facta  
est ab ipso Christo in inquietis fluctibus huius mundi.

**Matth. 2.** Quod significatum fuit per firmamentū quod fuit fa-  
ctum inter aquas. Vel potest dici cælos materialitè enar-  
rare gloriam dei, per stellam quæ mundo deū factum  
hominem nuntiavit. Hic commendat ipsam incarna-  
tionem, per discretionem ipsius prædicationis. Conti-  
nuatio. ¶ Cæli prædicabunt, & ita [ dies .i. sapiens [ eru-  
ctat verbum ]. .i. filium dei [ diei ]. .i. sapiēti. Eructat di-  
cir ad similitudinem saturi: sicut enim aliquis satur ex  
interiori plenitudine eructat aliquid, sic sapiens ex ab-  
undantia loquit [ & nox ]. .i. humilis [ indicat nocti ]  
hoc est alij humili, [ scientiam ]. .i. temporalia de Chri-  
sto, scilicet passionem, natiuitatem, & c. Idem secun-  
dum hoc quod humilibus humilia, sapientibus alta præ-  
dicat, dies & nox appellari potest. Vnde Apostolus Co-  
**1. Cor. 1.** rinthijs: Inter perfectos loquimur sapientiam, vobis  
autem lac potum dedi non escam. Postquam osten-  
dit discretionem prædicationis, ostendit magnificentiam  
eius prædicationis. Continuatio: ¶ Cæli enarrant  
gloriam, & omnibus linguis enarrant, & hoc est [ non  
sunt loquele ], .i. linguæ [ neq; sermones ] modi locuti-  
onum: Alio enim modo in eadem lingua loquimur  
sapientibus, alio modo mediocribus, alio modo infe-  
rioribus [ quorum ] sermonum [ non audiantur vo-  
ces eorum ] Rursus commendat eandem prædicatio-  
nem per latitudinem scilicet, quia per omnes terras di-  
uulgata. Continuatio. ¶ Omnibus linguis sunt locuti,  
& non in vna terra tantum [ sed sonus eorum ] id est,  
fama eorum [ exiuit in omnem terram ] & non tantū  
modo sonus, sed etiam [ verba ] ipsa [ eorum ] scilicet,  
quod dicebant Christum incarnatum, natum, & care-  
ra. Exierunt [ in fines terræ ] id est, in vltimas partes  
terra,

terræ, & non in vna parte terræ tantum, sed in omnes:  
 & hoc est quod dicit: [orbis terræ] scilicet in circuitu.  
 Hic cōmendat ipsam incarnationē per seipsam, osten-  
 dendo dignitatem ipsius. Continuatio: Cæli enarrant,  
 & hæc omnia fiunt. Et quare hoc: quia filius dei venit  
 in mundum, & hoc est, ¶ Posuit tabernaculum ] .i. car-  
 nem suam in qua militauit deo [in sole] .i. in manife-  
 sto, vel in æstu tribulationis, vel in virgine, in qua hu-  
 manitati coniunctus est [ & ipse tanquam sponsus .i.  
 similis sponso, scz, bene ornatus virtutibus, ita vt ami-  
 ca sua, .i. ecclesia, libenter eum reciperet, sicut aliq̄ spon-  
 sa sponsum [ procedens de thalamo ] .i. de vtero virgi-  
 nis, vbi fuit facta sponsio, quia quando deitas vniuit se  
 humanitati, cæteræ humanæ naturæ se liberatorem, p-  
 misit: [ thalamo dico suo ] .i. sibi conuenienti: q̄ nul-  
 lus à deo potens rex tam bonum thalamum habuit,  
 ¶ Et ipse ita procedens [ exultauit ad currē dam uia ]  
 scilicet, exultanter cucurrit viam, scilicet, omnia opera  
 quæ fecit [ vt gigas ] .i. comparabilis giganti. Sicut em̄  
 gigas non timet minas, non curat mollitiem, infatiga-  
 bilis est sic & Christus. Quia dixerat posuit, & exulta-  
 uit, & non dererminauit quis ille esset, quasi aliquis q̄-  
 reret, quis est ille: per quædam indicia ostendit esse fili-  
 um dei, dicēs: [ Egressus illius ] qui hoc fecit, est [ à sum-  
 mo cælo ] .i. à deo patre, quo nihil altius est. Egressio fl-  
 lii fuit manifestatio, quia cum prius esset occultus, per  
 carnem se manifestauit. Per hoc quod dicit egressio, p-  
 sonarum distinctionem insinuat: per hoc quod dicit à  
 summo, notat quod in summo, & sic eum deo patri æ-  
 qualem. ¶ Egressio fuit à patre, & ipse q̄ egressus est,  
 in ascensione occurrit .i. patrem sibi inuenit [ & ille oc-  
 cursus eius fuit vsq̄ ad summum eius ] id est, ad patrē,  
 quia nullum præter patrem inuenit sibi æqualem.

Vnde



Ambro- Vnde dicitur: Egressus eius à patre, regressus ei<sup>9</sup> ad pa-  
 fus in trem: [nec est qui se abscondat] id est, excuset [à calo-  
 hymno. re eius] id est, à spiritu sancto: quia ille omnia quæ in  
 Ioha. 16. homine sunt nouit. Vnde dicitur: Cum uenerit para-  
 cletus, ille arguet mundum de peccato & de iudicio.  
 Per calorem spiritum sanctum accipimus, quia ipse ve-  
 Luca. 12. ro igne fidelium corda succendit. Vnde dominus ait:  
 Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ar-  
 deat: Et hic per calorem tertiam personam notat. Hic  
 per legem & institutionem ipsius, ipsam incarnationem  
 incipit commendare. Sub nomine legis continentur ista  
 sex, lex, testimonium, iustitia, præceptum, timor, iudi-  
 cia. Continuatio. ¶ Ipse egressus est, & illius [domini  
 lex] id est, prohibitio est [immaculata] id est, imma-  
 culatos faciens, quia prohibet mala, & nihil prohibet  
 quod faciendum sit. Et est etiam [cōuertens] non tan-  
 tum manus à malis operibus, sed [animas] id est, uo-  
 luntates, quod nullatenus optent mala, & hoc facit p-  
 terrorem pœnæ: & est etiam [testimonium domini]  
 id est, promissio æterni boni facta à domino. Ideo pro-  
 missio Christi testimonium dicitur, quia sicut testimo-  
 nium nos certos reddit de re incerta, sic Christi pro-  
 missio nos certos reddidit de uita æterna, quæ erat in-  
 certa nobis. Testimonium dico [fidele] id est, credibi-  
 le, & istud testimonium [pæstans sapientiam] id est,  
 cognitionem de deo, non elatis, sed [paruulis] id est, hu-  
 milibus. Humilis enim audita promissione æterni bo-  
 ni, sollicite inquirat illius cognitionem. ¶ Iustitiæ [illius  
 etiam] [domini] id est, illæ operationes quas ille do-  
 cet facere, scilicet uisitare infirmos, panem dare pau-  
 peri, & cætera, sunt [rectæ] id est, naturales: quia ipsa  
 natura hoc exigit, ut nostræ naturæ tribulatæ compa-  
 tiamur, nostræ communia indigentibus faciamus, qz  
 ipse

ipſæ iuſtitia ſunt [ lætificantes corda. ] Lætatur em̄ in-  
 terius qui bene agit: [ præceptum etiam dñi ] illud ſci-  
 licet, de charitate, ſpirituale eſt [ lucidum ] quantū ad  
 ſe [ illuminans oculos ] interiores. Quanto enim aliq̄s  
 charitate accenditur, tanto maiore dei cognitione per-  
 luſtratur. ¶ Timor ] etiā illius [ domini ] eſt [ ſanctus ]  
 id eſt, faciens ſanctos. Eſt quidam timor qui nō eſt bo-  
 nus, ſcilicet timere tribulationes corporis. Vnde dñs:  
 Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autē  
 non poſſunt occidere. Eſt quidam alius timor, qui bo-  
 nus eſt, qui ſic diffinitur: dilectio & reuerentia cū pa-  
 uore. Diligimus enim deum propter miſericordiam  
 pauſcimus autem propter iudiciū, & de hoc timo-  
 re hic agitur, quem dominus in euāgelio comprobat,  
 dicens: Potius eum timete, qui poteſt animam & cor-  
 pus mittere in gehennam: & ille timor [ permanet in  
 ſeculum ſeculi ] .i. quamdiu ſuccedit ſeculum ſeculo,  
 .i. per totam vitam hanc: vel [ in ſeculum ] ſubſecuti-  
 uum huius [ ſeculi ] .i. in æternum: quia etiam in alia vi-  
 ra diligemus deum, nec poteſt vnus non diligere: & p-  
 pter omnipotentia [ iudicia ] etiam .i. prædicta præcepta  
 [ domini ] quibus præcipit aliquid fieri, ſunt [ vera ] et  
 non indigent testimonio exteriori, ſicut pleraq̄ huma-  
 na iudicia, ſed ſunt [ iuſtificata in ſemetipſa ] quia p ſe  
 apparent iuſta. Ideo præcepta dñi dicuntur iudicia,  
 quia cum diſcretionem facit, & iudicia ſiunt. ¶ Et iſta iu-  
 dicia ſunt ] deſiderabilia ] .i. digna deſiderari, ab his q̄  
 non habent [ ſuper aurum & lapidem ] non quemli-  
 bet, ſed [ multum pretioſum ] & per hæc duo quæ in  
 omnibus mundanis chariora ſunt, innuit præceptum  
 domini omnibus mundanis & prætioſius eſſe & chā-  
 rius. ¶ Deſiderabilia ſunt his qui non habent, ſed qui  
 habent, his ſunt [ dulciora ſuper mel ] quodlibet & ſua

Matt. 10.

Ibidem.

uia, sed mel dico quod est in fauo, & hoc est [ sup mel & fauum ] ¶ Et per hoc patet quod sunt dulciora & digniora, quia [ seruus tuus custodit ea ] & in hoc nō stulte agit, quia [ in custodiendis illis retributio multa [ .i. pro his dabitur custodienti vita aeterna. Hic incipit rogare, vt deus ipsum mundet à delictis, vt digne laudare possit incarnationem, & de ea cogitare & digne loqui. Continuatio. ¶ Ego laudo illam incarnationem, & vt digne possim laudare [ munda me à delictis meis. ] Occulta vocat peccata illa quæ ex se sunt, scilicet, quæ nullo suggerente fiunt, quæ secundum naturam suam non cognoscuntur. Ego dico occulta, quia [ quis intelligit delicta? ] Nemo scilicet, id ē, Quis est memor omnium delictorum suorum? Vnde Paulus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus: [ & parce ] mihi [ seruo tuo ab alienis peccatis ] .i. ab homine, vel diabolo suadente quæ committuntur. Vel [ ab alienis ] .i. hominibus vel diabolis: parce (dico) scilicet, ne inducant in tentationem. ¶ Et benedico, debes parcere, quia [ si ] maligni [ non fuerint mei dominati ] cum sim mundatus à proprijs [ tunc ero immaculatus ] à communibus peccatis [ & etiam emūdabor à delicto maximo ] .i. à superbia, quæ ideo delictum maximum dicitur, quia per illud etiam angeli ceciderunt & homo & maxime regnat etiam in bonis. ¶ Et si ero huiusmodi, tunc [ erunt eloquia oris mei ] talia [ vt complacent ] tibi [ & meditatio cordis mei ] vnde procedunt eloquia, erit [ in cōspectu ] .i. in beneplacito [ tuo semper. ] ¶ Tu dico [ domine ] quies [ adiutor meus ] in bonis [ & redemptor ] à malis.

## IN PSALMV M XIX.

Titulus. In finem, seu victori, siue ad victoriã,  
psalmus David.

2. Cor. 4.

Superbia  
delictum  
maximū.



**E**Xaudiat te] Loquitur hic propheta, dirigēs nos in finem, id est, in Christum. Materia sunt prospera in ecclesia, quæ videbantur multo tempore post futura. Præuidebat enim propheta ecclesiā, prosperari in aduentu Christi, in acceptione sacrificij, &c. De ea autem sic agit: optat illa euenire ecclesiæ, & affirmat quoniam euenient. Et cum sic ostendit se optare, præponit nobis se exemplum pietatis, per quod nos ad pietatem inuitare contendit: & ab optione sic incipit: ¶ O ecclesia [ dominus exaudiat te in die tribulationis ], i. in tua maxima necessitate: & per partes ponit exauditionem, cum dicit [ protegat te ] i. sit tibi clypeus [ nomen dei Iacob ] scilicet, sicut deus protegit Iacob, protegat te. Ecclesiam protegat sicut Iacob, quia sicut Iacob supplantauit primogenito benedictionē, sic ecclesia synagogæ nomen dei, i. famam dei: quia diuinam essentiam tantum per famā intelligimus, ipsam autem rem nondum habemus. Vnde Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ¶ Et etiam [ mittat tibi auxilium ] ad cooperandum [ de sancto ] id est, de Christo, vel de cælo [ & tueatur te ] contra malum [ de Sion ], i. de speculatione, scilicet, de diuinitate sua, per quam speculat oīa, ¶ Memor sit ] i. memorem se ostendat per aliquā remunerationem [ omnis sacrificij tui ], i. illius oblationis, quæ quotidie fit in altari. Omnis ideo dicit, quia licet vnum sit, tamen in infinitis locis idem fit: & idem sacrificium quod vocatur [ holocaustum ], i. totum incensam, quod totum se obtulit deo secundum corpus, & animam patiendo vsq; ad ipsam mortem, Hoc tale sacrificium [ fiat pingue ], i. acceptabile, Trahitur hoc à sacrificijs antiquorum, quorum pingue sacrificium deo magis placere dicebatur. ¶ Tribuat etiam tibi se-

Gene. 27

1. Cor. 13

cundum cor tuum ] .i. intellectum tuum, ita vt sicut in-  
 telligis, deus confirmet in te, ne peruertaris ad aliquē  
 errorem [ & omne consilium tuum confirmet ] Con-  
 silium sanctæ ecclesie est, vt neq; aduersis frangatur, ne  
 q; prosperis extollatur. Et merito hoc peto, quia ero  
 particeps illius boni, Et hoc est. ¶ Latrabimur ] ego &  
 filij ecclesie, quorum ego sum vnus [ in saluari tuo ]  
 .i. Iesu tuo [ & magnificabimur ] .i. magni efficiemur  
 [ in nomine ] domini [ dei nostri ] .i. quod in hoc se-  
 culo nomen eius portabimus. i. Christiani vocabimur  
 ¶ Quia particeps ero, ideo opto, vt non tantum præ-  
 dictas petitiones, sed [ omnes petitiones tuas impleat  
 dominus ] quod toties ponit orationes, affectū suæ  
 pietatis ostendit. Hic incipit confirmare, quia vere ea  
 ppria euenient ecclesie, quæ optauerat ecclesie. Opto  
 impleat, & affirmo quod implebit, quia [ nunc ] id est,  
 tanto tempore ante aduentum Christi [ cognoui, qm̄  
 saluum fecit dominus ] pater [ Christū ] .i. regem [ su-  
 um ] in resurrectione. Continuatio. ¶ Saluum faciet in  
 resurrectione & ascensioe, & etiam [ exaudiet illum ]  
 clamantem pro nobis representatione humanitatis  
 [ de cælo ] .i. de carne sua, vel de cælo materiali [ sc̄to  
 suo ] quia [ salus ē dexteræ eius ] .i. filij eius. Ipse enim  
 totius salutis dator est, & illa salus non est in infirmi-  
 tate, sed [ in potentatibus ] .i. in magnis potentijs, q̄  
 nullo modo potest destrui sicut laus humana. ¶ Salus  
 istius domini est in potentatibus, sed [ hi ] non atten-  
 dentes gloriantur, scilicet [ in curribus ] & hi alij [ in e-  
 quis ] & per currus & equos notat maximos honores  
 scilicet duo genera triumphorum [ nos autem inuo-  
 cabimus ] habitatorem nostrum [ in nomine dei no-  
 stri ] id est, per hoc quod tantum dei nomen habemus  
 sed Christiani vocamur: vel famam ipsius habemus si  
 ne co-

ne cognitione essentia. Ipsi sunt in curribus & in egs. & nos habemus spem in domino, & illa superbia illis ad malum euenit, nostra autem humilitas in bonum nobis. Et hoc est. ¶ Ipsi obligati sunt ] in vinculo peccatorum [ & ceciderunt ] de vitio in vitium [ nos aut surreximus ] a peccatis ad virtutes: & non fuit illa resurrectio per æqualitatem, nec fuit qualiscunq, sed de vno ad alterum, & hoc est [ erecti sumus ] Dicendo surreximus, notat arbitrij libertatem. Dicendo erecti sumus, notat gratiam adiutricem. ¶ Et istum regem qui tales nos facit, ne permittas morte detineri, sed tu [ domine saluum fac ] illum [ regem ] resuscitando ipsum: & per illum saluatum [ exaudi nos in die qua inuocauerimus ] .i. in tempore presentis vitæ, in quo licet inuocare. Vel præcipue in die resurrectionis, ereptis fidelibus a tenebris mortis.

## IN PSALMVM XX.

Titulus. In finem, seu victori, alias ad victoriã  
Psalmus David.

**D**omine in virtute ] Materia est Christus rex, de Deo sic agit: Describit virtutem & gloriam eius, optat vt faciat quod bonus rex debet facere, s. parcere subiectis & debellare superbos. Intentio est, Iudæorum incredulitatem improbare. Dum enim Christum ita gloriosum & potentem ostendit, admonet Iudæos, vt a sua infidelitate discedant: deterret & eos, confirmans quod ipse suos inimicos punit, cum dicit: Pones eos vt clibanum ignis. Et ad virtutis descriptionem sic incipit, & ad deum patrem dirigit orationem, sic dicens: Domine, rex, ] iste Christus scilicet [ lætabitur ] non velut alij reges, qui aliquando cedunt hostibus, sed [ in virtute tua ] in eadem potèria quam tu habes per adiunctam diuinitatem: tibi etiam rex ille [ ex-

g iij ult-



uirabit ] corporaliter [ super salutarituo ] id est, de sal-  
 uatione, quam tu per eum facies humano generi: vel  
 intendens super salutare tuum [ uehementer ] Bene-  
 dicit, ut quanta sit copia in beneficio, tanta sit gaudij  
 magnitudo. ¶ Exultabit & merito, quia tu [ tribuisti ei  
 desiderium cordis eius. ] Spirituale Christi desiderium  
 fuit: ut per mortem suam humanum genus redimeret  
 Cum omne desiderium sit cordis, ideo tamen appo-  
 nit cordis, ut magis desiderium per expressionem no-  
 tet, sicut in Euangelio: Desiderio desideravi: & etiam  
 a [ voluntate ] spirituali quidem [ labiorum eius ] id est, quae  
 ipse per labia proferebat [ non fraudasti ] . i. nihil remane-  
 sit in expletum, quod ipse spiritualiter peteret: vel si ha-  
 beatur, voluntarem, dicemus [ non fraudasti eum ] ne  
 gando voluntatem ei. ¶ Et merito tribuisti eius deside-  
 rium [ quoniam ] tu [ praueuisti eum ] ante natiuita-  
 tem [ in benedictionibus ] scz, dans illi benedictiones,  
 faciens immunem a peccato, perfectum iustitia, quae  
 nostrarum quoque benedictionum causa fuerunt. Be-  
 nedictionibus dico [ dulcedinis ] quia ipsae dulces fue-  
 runt Christo, quia semper puritas suae conscientiae pla-  
 cuit. Quod dicit Christum praueuatum fuisse benedi-  
 ctionibus dulcedinis, dicit ad differentiam illorum qui  
 praueuati sunt maledictione amaritudinis. i. peccato  
 originali. Ponit aliam gloriam Christi, dicens: [ posui-  
 sti ] aeternaliter [ in capite. i. in propria persona Christi  
 quae est caput totius Christi, scz, dignior pars in toto  
 Christo: totus Christus dicitur caput & corpus: [ coro-  
 nam ] id est, apostolos, qui ideo corona dicuntur, quia  
 sicut corona reddit personam insignem, & est praemi-  
 um victoriae: & illa corona fuit [ de lapide pretioso. ]  
 Apostoli propter soliditatem & stabilitatem lapides  
 appellantur: pretiosi, propter virtutum fulgorem, Ex-  
 equitur

equitur gloriam eiusdem regis per alias partes. ¶ **Vitam** etiam æternam scilicet [ perit à te. ] Et hic notat vera humanitas, quæ non putat se sibi esse sufficientem, sed per humilitatem vitam à domino sempiternam petit [ & tribuisti longitudinem dierum ] non solum per centum annos, sed [ in seculum ] subsecutivum huius [ seculi ] id est, vsq; in finem seculi, & etiam in seculum subsecutivum isti seculo. Non dicit longitudinem dierum esse in futura vita, ideo quod ibi fuit dies, sed propter spacium. ¶ **Impones etiam super eum** ] vt super fundamentum [ gloriam ] gloriosos scz martyres [ et magnum decorem ] .i. magnos decores, vt Martinum et Hilarium, & ceteros confessores: ideo impones super eum, quia [ gloria eius magna in salutaris tuo ] id est, in verbo tuo sibi vnito, cuius gloriæ decens erat manifestatio, quæ demonstrata est per hoc quod apostoli super eum fundati sunt. Bene dico impones super eum gloriam, & hoc, quoniam ipse est benedictio omnium gentium, & hoc est: ¶ **Quoniam dabis eum in benedictionem** ] in hac vita dando virtutes, & [ in seculum seculi ] id est, in alia vita dando coronam. Hic confirmat promissionem, quæ facta est Abraham: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Et etiam [ iustificabis eum in gaudio ] quod sui habebunt [ cum vultu tuo ] id est, in præsentia tua, scz, quando fruetur perfecta cognitione tui. Tunc enim erit perfecta lætitia, cū tradiderit regnum deo patri. Ponit causam omnium prædictorum, vt sic dicam: Ideo deus dedit huic regi longam uitam, & alia quæ prædicta sunt [ quia rex ] iste [ sperat ] id est, omnium spem posuit [ in domino ] & non facit hoc pro confidentia meritorum, sed potius [ in misericordia ] ipsius dei [ non commouebitur ] à confidentia ipsius misericordiæ: & merito, quia [ al

Gene. 32.  
Gala. 5.

rissimi est illa misericordia. Ostensa virtute & gloria  
 ipsius regis, transit ad secundam, scilicet, optat ipsum  
 regem exercere iustitiam in bonos & malos. Hucusq;  
 direxit ad patrē verba, modo dirigit ad filiū. ¶ Quan-  
 do quidem tu talis es rex, ideo o domine [ inueniatur  
 manus tua ] id est, operatio tua [ ab omnibus inimicis  
 tuis ] id est, omnes qui modo sunt inimici, diligenter  
 inquirentes opera tua, imitentur ea: & si qui nolunt ea  
 ita inuenire [ dextera tua ] id est, virtus tua [ inueni-  
 et ] ad eorum damnationem [ omnes ] eos [ qui te o-  
 derunt. ¶ Opto vt punias eos, & vere facies, q̄a tu [ po-  
 nes eos in clibanum ignis ] id est, similes clibano ignis:  
 quia sicut clibanus interius continet ardorem ignis,  
 ita isti continent in se ardorem malæ conscientie suæ.  
 Pones dico [ in tempore vultus tui ] id est, in die iudicij  
 in quo tu ostendes vultuositatem tuā: id est, iram tuā.  
 Vel [ in tempore vultus tui ] in quo tu ostendes tuis  
 perfectam cognitionem præsentie tuæ. Clibanus est,  
 quicunq; furnus, vel proprie vas quod calefcit in igne,  
 vt subrus coquatur, vel aliquid tale: & ille idem [ do-  
 minus ] qui posuit eos vt clibanum ] conturbabit eos  
 in ira sua ] cum dicit: Ite maledicti in ignem eternum.  
 Qua data sententia mox [ deuorabit ] id est, torquet  
 [ eos ignis ] materialis. Cum dicit ignis, notat genus  
 tormenti, quod interius torquet. [ Pones eos vt cliba-  
 num, & etiam [ perdes fructum ] .i. bona opera [ eo-  
 rum ] remota [ à terra ] viuentiū: cū vero desisterent à  
 bono, perdebantur bona opera eorum, quia licet faci-  
 ant aliquod remedium pœnæ, non tamen valet ad sa-  
 lutem: [ & semen ] id est, vota [ eorum ] quæ dicuntur  
 semen, quia sicut ex semine procedit fructus, ita ex vo-  
 tis opera. Semen dico separatum [ à filijs ] verorū [ ho-  
 minum. ] Vel semen, id est, sequaces. ¶ Ideo quidē per-  
 des eos

Matt. 25.



des eos [ quoniam mala ] .i. destructionem, quam sibi à Romanis inferri timebant [ declinauerunt in te ] .i. verterunt in te: cum te morti traderent [ consilia cogitauerunt, quæ non potuerunt stabilire. ] Cogitauerunt enim per mortem ipsius retinere locum & gentē, per quam potius vtrunq; perdidit ¶ Perdes eos, & Ioan. 11. [ ideo pones eos dorsum ] .i. curuos ad terrena, & non inuentes cœlestia, scilicet a sinos dæmonō, ideo [ vultum ] .i. cognitionem tuam, qui deberet esse [ eorum præparabis ] per introductionem Gentium, & p asperationem gloriæ [ in reliquijs tuis ] id est, vt ipsæ reliquiæ habeant cognitionem tui, Reliquias accipit illos, qui se faciunt humiles & abiectos. ¶ Tu pones eos dorsum, & vt hoc possis facere [ exaltare in virtute ] .i. per virtutem deitatis, & [ cantabimus ] voce & corde & psallemus ] bene operando [ virtutes tuas ] laudando scilicet & imitando, In cantando contemplatiuam, in psallendo vero actiuam vitam intelligimus.

## IN PSALMVM XXI.

Titulus. In finem pro susceptione matutina.  
psalmus Dauid.

**D**EUS deus meus respice ] Psalmus iste conuenit Dauid, id est, Christo, habitus pro susceptione matutina. Susceptio matutina hic accipit Christi resurrectio, facta quando corpus corruptibile suscipit incorruptionem, & mortale immortalitatem. per hanc susceptionem Christi habemus certitudinem nostræ resurrectiois. 1. Cor. 15. Quod autem dominica susceptio. i. resurrectio mane fuit facta sacramentum est, quia per hoc datur intelligi, q̄ ipsa est principium nostræ resurrectiois, & ipsa resurrectio totum mundū illuminauit: sicut sol mane oriens paulatim ascendit, vt totum mundum illuminet. Et hic psalmus pro susceptione

g v matutina

matutina agit, quia nouam nobis institutionem proponit. Proponit enim hominem iustum derelictū & passum, & etiam gloriam dei patris quam exhibet ei Christus resuscitatus, in quo etiam commendatur assumptio matutina, quia propter illam assumptionem fit glorificatio illa tota dei. Habet alia translatio, pro cerua matutina, & tunc intelligimus per ceruam hūanitatē Christi, quæ naturam cerui habuit, quia in mane ista lutosa deseruit. Institutio noua in Christo fuit, quia ante Christum deus iustis tanquam infirmis temporalia bona remunerare solebat, Christo autem cū omnibus iustior esset, temporalia bona nō tribuit, sed aduersa huius mundi, vt sic bona cœlestia obtineret, et per hoc dedit intelligere, quia iam post Christum temporalia bona hominibus non remuneraret, sed æterna. Materia est dominicus homo: de eo sic agit: Ostendit derelictum, ostendit passum. Vel materia ē passio Christi: ostendit postea gloriam dei, in quo etiam gloriam Christi ostendit. Intendit nos hortari ad sustinenda aduersa, vt exemplo ipsius appetamus prosperari in temporalibus, sed sustinendo aduersa, cœlestia expectemus: & per hoc dirigit nos in finē, id est, in Christū. Vox ipsius Christi directa ad patrē. & incipit à derelictione sic. ¶ Deus deus meus. ] Quod bis ponit deus, notat se habere necessitatem orandi. Quod dicit [ me us ] notat se familiaritatē ad ipsum habere [ respice in me ] non deficiam in ista derelictione. Respice in me non est in Hebræo, sed Septuaginta interpretes apposuerunt, secundum quos translatio hæc facta est. Respice dico [ quia me dereliquisti ] & non abundantem in temporalibus, sicut priores iustos fecisti, sed potius egerem [ quare me ] iustum sic dereliquisti: Non ponit admirationem quod ipse admiraret, sed vt ostendat nos debere

debere admirari, q̄ ipse tam perfectus non habuerit tē  
 poralem remunerationem suæ iustitiæ, sicut priores  
 iusti. Vnde dat nobis intelligere, non esse iustitiæ expe  
 ctandam remunerationem temporalium, sed cœlesti  
 um: & non tantum me egenum fecisti, sed es [longe à  
 salute mea] id est, permittis me tribulari, & hoc ideo,  
 quia [verba delictorum meorum] scz fidelium, id est,  
 delicta mea clamantium sunt, [longe à salute mea] id  
 est faciunt te longe à salute mea: longe, q̄a delicta non  
 rogant mihi vitam temporalem, sed mortem per quā  
 deleantur. Delicta dicit sua, nō quod ipse fecisset, sed p̄  
 eis portauit pœnam, v[er] [delictorum meorum] homi  
 num. Exequitur derelictionem. Non tantum me dere  
 liquisti, sed etiam me clamantem non exaudies, & hoc  
 est. ¶ Deus meus clamabo per diem] id est, per temp<sup>o</sup>  
 aliquod: vel per diem, id ē, in prosperitate [ & ] clamo  
 rem istum [non exaudies in nocte] id est, in aduersita  
 te clamabo nec exaudies. In nocte clamauit, vt in im  
 minentia passionis cū diceret: Pater si fieri potest trans **Matt. 26**  
 fer à me calicem istum: veruntamen non mea v olūtas **Ioan. 6.**  
 sed tua fiat. In die clamauit, cum eum in regem Iudæi  
 constituere v oluerunt. Cum dicit Christum se claman  
 tem, & non esse exauditum, intelligendum est eum cla  
 mare secundum naturalem v oluntatem, non secundū  
 spiritualem. In omni enim iusto duplex v oluntas, na  
 ruralis scz, & spiritualis: naturalis est semper de tem  
 porali, scz, vt homo vitam præsentem diligat, mortem  
 timeat, & similia. Hæc autem v oluntas peccatum nō  
 est, si spūali v oluntati consentiat: sicut in Christp q̄ cū  
 peteret secundum naturalem v oluntatem, vt calix trā  
 ferretur à se, consentiens potius spūali subiunxit: **Matt. 26**  
 runtamen non mea v oluntas, sed tua fiat: sic & iusti  
 alij, Si vero spirituali naturalem præponat, peccatum  
 est, vt



est: vt si quis cum necesse sit mori pro fide, vitam custodiat. Et cum in omnibus alijs iustis ex necessitate sit illa naturalis voluntas, in Christo tantum fuit non ex necessitate, sed ex voluntate. Posset enim adiuncta diuinitas omnem eiusmodi voluntatem expellere. Voluit autem ideo timere, vt de se alijs exemplum relinqueret: quod si in passione timerent, non ideo desperarent, sed potius tamen voluntati dei, quam suæ obedi-  
rent. Et contra hoc quod aliquis posset dicere: Stulte clamasti, cum scires te non exaudiendū, dicit: hoc [nō ad insipientiam mihi] est imputandum: q̄a quod sic fui derelictus, passus, clamans non exauditus, magna fuit sapientia. Per hoc enim fuit mea glorificatio, et humani generis reparatio. ¶ Tu me dereliquisti, clamantem non exaudisti, sed tamen [tu habitas] in me [sancto] tu dico [laus Israël] id est, quem laudabat Israël, propter collationem bonorum temporalium. Vel, q̄ facis laudabilem Israël conferendo temporalia bona. Per Israël accipimus quemcunq̄ iustum de priori populo, quibus deus dabat remunerationem suæ iustitię temporalia bona contrario modo quā huic iusto. ¶ Bene dico laus Israël, quia [in te sperauerunt patres nostri] de habendis prosperis [sperauerunt] etiam de remouendis periculis, & tu [liberasti eos] sicut in mari rubro. Ad te clamauerunt, veluti in deserto pro aqua, pro cibo, & salui facti corporaliter recipiendo petita. Quid singula enumerem? [in te sperauerunt, & non sunt confusi] id est, erubescētiā non habuerūt q̄ in nullo quod sperauerunt fraudati sunt. ¶ Illi pr̄s in omnibus sunt prosperati [ego autem] qui perfectissimus eram & iustus [vermis sum] id est, conculcatus vt vermis [ & non homo ] id est, non considerabant meam humanitatem: & etiam [obprobrium homi-  
[num

Exod. 14.  
Exo. 15.  
& 16.

num ] id ē in quem projiciebant homines sua obprobria [ & abiectio plebis ] id est, de quo dicebatur: Nunquam populus erit mundus, nisi abijciatur. Vel ita [ ego sum vermis ] habens vermis naturam, scilicet, quia sicut vermis sine semine patris procreatur de terra, ita Christus de matre tantum [ non homo ] tantum sed & deus. Vel [ non homo ] id est, peccator, quia peccatum quod est proprium hominis non habuit. ¶ Ego tam dignus, obprobrium hominum sum: & cum obprobrium sum [ quia omnes videntes me deriserunt ] scz [ sunt locuti ] de me [ labijs ] Loqui labijs, est sine rationabili meditatione loqui: & sic etiam me deriserūt, Matt. 27  
Marci, 15 mouerunt, scilicet capita sua. Mouere caput est genus derisionis. ¶ Deridendo dixerunt: [ sperauit in domino ] vt ipse dicit, modo [ eripiat eum ] a manibus nostris, vel saltem [ faciat eum saluum ] resurgere [ quoniam vult eum ] Ipsi dicunt eripiat eum & similia, sed tu domine [ ne discesseris a me ] id est, fac me resurgere. ¶ Et pramittit causam, quare non debet discedere sic: ideo ne discesseris [ quoniam tu es qui extraxisti me de ventre ] quia tu solus natura nulla adiuuante fecisti me nasci: quia cum in alijs soleat natura operari cum diuinitate, in isto solo operata diuinitas, non natura: & propter hoc non debes discedere, quoniam tu es [ spes mea a iuuentute mea ] id est, cum adhuc sugerem vbera, totam spem meam posui in te. In hoc maxime notat perfectionem Christi: & propter hoc iterum non debes discedere, quia [ proiectus sum ex vtero ] id est, ex quo sum natus, vilis habitus sum & egenus, velut qui libet abiectus, scilicet non sum proiectus in Adam: non recepit me peccatum, sed [ in te ] qui me custodisti immunem ab omni peccato, propter quod non debes discedere a me. Et item propter hoc, quoniam tu es deus

170 D. HAYMONIS IN PSAL.

es deus meus, id est, vnitus: non tantum quando pate-  
 bat per miracula, sed [ de ventre ] id est, ex illo tempo-  
 re, in quo adhuc eram in ventre. Cum inuocat ne dis-  
 cesseris, ponit deprecationem contra derelictionem.  
 ¶ Rogo ne discedas, & opus est, [ quoniam tribulatio  
 proxima est ] id est, iam mihi imminet, Vel proxima,  
 quia in mea propria persona est. Quod enim fit in re-  
 bus nostris vel amicis, propinquū est, quod autem in  
 nobisipsis, proximum est. Item propter hoc opus est,  
 [ quoniam non est ] alius [ qui adiuuet . Hic incipit de  
 passione. ¶ Bene dico, quod tribulatio proxima est,  
 quoniam [ vituli multi ] id est, multitudo populi Iuda-  
 ici qui lasciuebant contra Christum, nullo compressi  
 iugo: contra eum sicut vituli lasciuiunt, quos nondū  
 comprimit iugum. Hi tales vituli [ circū dederunt me ]  
 ex quo inceperunt vsque in ipsam mortem [ tauri pin-  
 gues ] .i. ipsi principes contra Christum feroces [ ob-  
 sederunt me ] id est, mora & consilio quæsierunt me  
 morte expugnare, ad modum obsidentium. ¶ Et hi ob-  
 sidentes, & circundantes [ aperuerunt os suum ] id est  
 multa locuti sunt [ super me ] id est, ad meam depressi-  
 onem [ sicut leo rapiens & rugiens ] rapuerunt, cum  
 ante iudicem traxerunt. ¶ Deinde [ effusus sum ] id est  
 occisus sum fundendo sanguinem in latere. Et hoc est  
 quod dicit: [ sicut aqua. ] Et bene comparat mortem  
 Christi effusæ aquæ, quia sicut effusa aqua parat ruinā  
 & etiam lauat, ita mors Christi quibusdam est ad rui-  
 nam, quibusdam abolitio: [ & dispersa sunt omnia os-  
 sa mea ] id est, apostoli, qui robustiores erant in corpo-  
 re Christi. ¶ Et [ cor meum ] id est, doctrina mea, i qua  
 exponitur voluntas mea [ est factum tanquam cera li-  
 quefcens ] id est, cum antea esset solida & firma in i-  
 psis apostolis, igne passionis defecit. Cum enim vidissent  
 cum



Cum morte teneri, diffidebant de sua doctrina: & i pau-  
 cis non defecit, sed [ in medio ] id est, in communi [ ve-  
 ris mei ] id est, meæ congregationis. In quibus ideo  
 defecit, quia cum prius fortes fuissent, modo facti erant  
 venter, id est, molles. ¶ Et etiam [ virtus mea ] quæ pri-  
 us virebat in eis dum facerem miracula, ipsa [ aruit ]  
 exiccata, & nihil valetudinis habere apparuit, reputata  
 fragilis [ tanquam testa ] Vel [ aruit tanquam testa ]  
 quia sicut testa combustionem solidior & fortior fit, ita  
 virtus Christi igne passionis comprobata, robustior  
 apparuit: [ & lingua mea adhæsit faucibus meis ] id est  
 qui prius solebam docere, conticui, vt nec Pilato inter-  
 roganti responderem. Potest hoc quidam legi ad alle-  
 goriam, quamuis hic locum non habeat, sic [ lingua  
 mea id est, prædicatores mei, per quos ego loquor [ ad  
 hæsit faucibus ] .i. sanctis scripturis, secundum quas ipsi  
 prædicauerunt, Scripturæ dicunt fauces dei, quia per  
 eas incorporat sibi aliquos, sicut per fauces belua sibi  
 incorporat aliquid. [ Et deduxisti me in puluerem mor-  
 tis ] .i. redegisti me in puluerem per mortem, non quod  
 corpus eius putresceret, sed puluerem accipit quod cum  
 corpus postquam mortuum est, iuxta verba quæ do-  
 minus dicit ad Adam: Cinis es, & in cinerem reuerteris, Gene. 3.  
 dans vniuersalem sententiam de omni humana natu-  
 ra. Hæc sententia vera est illis, qui viui inueniuntur cum  
 dominus venerit iudicare: quia licet non putrescant,  
 tamen in ipso raptu mouentur vel in puluerem, secun-  
 dum opinionem Iudæorum. Potest & hoc allegorice  
 legi, sed hic non habet locum: [ deduxisti me ] per prædica-  
 tionem meorum [ in puluerem mortis ] .i. in gentiles quæ  
 puluis erant. s. non colligati vinculo fidei vel charita-  
 tis, & mortui in peccatis. ¶ Hæc omnia mala ideo ve-  
 nerunt [ quoniam circumdederunt me canes multi ] .i. Iudæi,  
 qui

qui dicuntur canes, quia sicut canes illatrant irrationaliter: quia si videant insolitum aliquid, etiam si bonum eis afferat, illatrant si videant solitum, etiam si inuile sit, applaudunt: ita Iudæi doctrinam Christi quæ bonam, tamen quia insolita erat, reiecerunt: si secundum suam legem prædicasset eis, gauderent, quia res solita quamuis inuile esset: [ concilium malignantium [ id est, principum qui mihi male volebant [ obsedit me ] id est, consilio mortem quæsiuit. ¶ Etiam [ foderunt manus ] licet enim non per seipso facerent, tamen dicuntur fecisse, quia præcepto ipsorum fiebat. Melius dixit foderunt, quàm transfixerunt, quia sicut terra fossa fructificat, ita illa fossio Christi maximum fructum dedit: [ & pedes meos ] foderunt etiam [ dinumerauerunt omnia ossa mea ] nõ quod ipsi enumerare curarent, sed sic extenderunt quod enumerare potuerunt. ¶ Per alios foderunt, sed [ ipsi ] in propria persona [ cõsiderauerunt [ ea quæ de me fiebant [ & inspexerunt me ] quasi rem beneplacitam, per quod notatur eorum duritia maxima: [ diuiserunt sibi vestimenta mea ] ad derisionem [ & super quandam vestem meam ] scilicet inconsutilem tunicam meam, [ miserunt sortem. ] Allegorice legitur sic: Diuiserunt sibi vestimenta mea. in scripturas, de quibus heretici diuersas partes traxerunt, et super vestem meam. i. fidem catholicam, quæ semp manibus integra remanet [ miserunt sortem ] quia intelligimus eam per solam dilectionem dari. ¶ Ipsi mihi ita fecerunt, sed [ tu domine ne elongaueris auxilium tuum à me ] id est, ne differas meam resurrectionem vsque in communem omnium, sed potius [ ad defensionem meam conspice ] id est, te intentum ostende meæ offensionem cito resuscitando. ¶ Dico conspice, ita scilicet mihi facièdo [ erue à fratre anima meam ] id est, à morte ne ipsam possit

re: incre

Matt. 27  
Ioan. 18.

retinere, licet separatam à corpore. Mors ideo dicitur  
 framea, quia sicut framea, diuidat animam à corpore:  
 [ & de manu canis ] id est, Iudaici populi erue [ vnicā  
 meam ] id est, animam meam, quam dicit vnicam, quā  
 ipsa vna immunis à peccato fuit: sic quærit erui, vt nō  
 sit vera opinio eorum, per quam ipsi existimabant eū  
 in morte detineri. ¶ Similiter [ salua me ex ore leonis ]  
 id est, diaboli, qui Christum in ore habuit, dum eum  
 vsq; ad mortem deduxit. Et salua [ humilitatē meā, ]  
 id est, me humilem [ à cornibus ] id est, à superbis [ vni-  
 cornium ] id est, superborum Iudæorum. Per vni-  
 cornem ideo Iudæos accipimus, quia sicut vnicor-  
 nis vno solo cornu superbit ita Iudæi solo veteri te-  
 stamento. Ostensa igitur Christi derelictione & pas-  
 sione, ne per hoc detineamur ei obedire, ostendit inde  
 magnam glorificationem provenire deo patri, & ita  
 ipsi Christo: quæ glorificatio est nobis remedium con-  
 tra prædictam derelictionem & passionem. ¶ Et be-  
 ne debes me saluare, quia cum saluus ero [ narrabo no-  
 men tuum fratribus meis ] id est, famam tuam [ fra-  
 tribus meis ] id est, apostolis: quæ narratio non tantū  
 verbis, sed maxime in missione sancti spiritus fuit: &  
 etiam [ laudabo te ] id est, laudari faciam te [ in medio ]  
 id est, in cōmunionē [ ecclesiæ. ] Conuertit se ad ipsos  
 cum dicit: ¶ Vos qui timetis dominum, laudate eum ]  
 omnimode: & subdividit in partes, quos admonet lau-  
 dare, actiuos scilicet, & contempliuos. Actiuos ponit  
 vbi dicit [ vniuersum semen ] id est, imitatores [ Ia-  
 cob glorificate eum. ] Contempliuos ponit vbi di-  
 cit [ timeat eum omne semen Israël ] ideo [ quoniam  
 non spreuit ] id est, prorsus abiicit, [ neq; despexit ]. i.  
 aliquo modo vilem habuit [ deprecationē ] mei [ pau-  
 peris. ] ¶ Nec auertit faciem suam à me ] id est, semper  
 h in bene



114 D. HAYMONIS IN PSAL

in beneplacito ipsius perstiti [ & exaudiuit me cum clamarem ] id est, eo tempore quo petebam exaudiri. ¶ Et quia me clamantem exaudisti, ideo [ laus mea est apud te in ecclesia magna ] id est, toto orbe collecta. Vel ita: Quia exauditus sum, ideo laus mea est, in ecclesia magna, id est laudor apud te in ecclesia, id est, sicut tu laudaris & ego æqualiter tecum: & ut laus ista in ecclesia sit perfecta, dabo ipsi ecclesie corpus & sanguinem meum. Et hoc est [ vota mea ] id est, corpus meum, quod ego deuoui offerre deo in reparationem humani generis [ reddam ] id est, quod iam dederam in cruce, iterum dabo in altari, & licet aliqui non intelligant, tamen erit [ in conspectu ] id est, in cognitione [ timentium eum, ] Ideo per hoc sacramentum maior laus erit dei, quia istud est consideratio inter deum & hominem, quod scædus attendentes homines, inde deum maxime laudant. ¶ Hac autem vota [ edent pauperes & saturabuntur ] recipiendo quod appetunt, scilicet remissionem peccatorum, incrementum iustitie in hac vita, in alia coronam & de hoc [ laudabunt dominum ] illi scilicet [ qui requirunt eum ] & ita [ uiuent ] in iustitia [ corda eorum ] .i. anime eorum [ in seculum seculi ] .i. quamdiu succedet seculum seculo, scilicet per totam hanc vitam: vel [ in seculum ] .i. in hac vita uiuet [ & in seculum seculi ] .i. in alia vita uiuent in gloria. ¶ Dico pauperes saturabunt, & non pauci, sed [ uniuersi fines ] .i. aliqui in uniuersis finibus [ terre reminiscuntur, & sic conuertentur ad dominum. ] ¶ Et ne acciperemus unum solum ordinem scilicet rusticalem, vel aliquem talem per omnes partes terre dicit [ & adorabunt in conspectu eius ] id est, in beneplacito ipsius [ uniuersae familie ] id est, aliqui de omnibus ordinibus [ Gentium. ] ¶ Bene debent adorare [ quoniam domini est regnum ] id est, dominus est rex

est rex omnium: [ & ipse dominabitur Gentium ] id est, exercebit dominum supra gentes suas, quia reget eos in iustitia. ¶ Pauperes edent & saturabuntur, & etiam [ pingues terræ ] id est, impinguati in terrenitate [ omnes ] de ecclesia [ manducauerunt ] id est, dominicum corpus gustauerunt [ & adorauerunt: ] sed licet hoc aliqui non videant esse ad ruinam, tamen [ cadent in conspectu eius ] dei, quem nihil latere potest. Cadent dico [ omnes qui descendunt in terram ] id est, qui declinant ad appetitum terrenorum. ¶ Laudabunt dominum qui requirunt eum [ & anima mea ] id est, ipsi quos ego diligoscicut animam meam [ viuet illi ] id est ad honorem illius, & non tantum iusti presentes, sed [ & semen meum ] id est, imitatores mei, filij istorum [ seruiet ipsi. ¶ Bene dico, semen, quia [ generatio ] est quædam [ ventura ] & ipsa [ annunciabitur domino ] ab angelis, sicut angelus Tobie: Ego obtuli orationes vestras ad deum. Vel [ annunciabitur ] id est, prædicabunt [ domino ] id est, ad honorem domini generatio ventura, & per cælos. Et hoc dicit [ & annuntiabunt cæli ] id est, sancti prædicatores [ iustitiam eius ] id est, dei [ populo qui nasceretur ] non naturali natiuitate, sed aqua & spiritu sancto [ quem ] ita [ dominus fecit ] suum. In carnali natiuitate operatur deus & natura, sed in regeneratione solus deus.

Tobig. 12

Ioan. 3.

## IN PSALMVM XXII.

Tirulus. In finē psalmus David, siue canticū David

**D**ominus regit ] Psalmus David, vox pphetæ & habet hic materiā gratias dei. De ea sic agit: ordinat decē gratias. Intēdit nobis psuadere, nō esse desperandū cū tales deus gratias suas tribuat, & anteq̄ de gratijs agat, p̄mittit q̄si prologū & cōmendationē

h ij ipsarum

ipsarum gratiarum, vt ita dicam: ¶ Nolite desperare, sed considerate quomodo [ dominus regit me ] à seductionibus impiorum, sicut bonus pastor regit oues suas, & bene custodit ne lupi dilanient, & eo regente [ nihil ] necessarium quidem ad iusticiam [ mihi deerit ] Vnde dicitur: Timentibus deum nihil deest. Per hoc nihil mihi deerit, quia dominus ponit me [ in loco pascuæ ] & cæteras quæ sequuntur gratias confert. Continuatio. [ Nihil mihi deerit ] mihi dico posito [ in loco pascuæ ] id est, in diuina scriptura, quæ vocatur pascua per simile: quia sicut animalia in pascuis reficiunt, ita fideles animæ diuinis scripturis impinguantur. Eadem scripturam locum nominat, quia in ea sola certitudo sufficientiæ inuenitur, quam philosophi licet studiose quærerent in alijs, nunquam tamen inuenire poterunt in alijs scripturis. In nullis enim alijs præter diuinam, cognitio dei reperitur: & quia se dixerat esse in loco pascuæ, & non dixerat quis eum ibi posuisset, subdit [ ibi me collocauit ] dominus. Vbi dicit se positum in loco pascuæ, notamus primam gratiam. ¶ Ponit secundam gratiam, collocauit me, & ipse domini [ educauit me super aquas refectiois ]. i. aquam baptismi, quæ dicitur aqua refectiois, quia per eam & à peccatis mundamur, & ad bonos fructus ferendos irrigamur, qui sicci ac steriles & quasi puluis prius fueramus dissoluti. Et ponit tertiam gratiam, cum dicit: [ animam meam conuertit. Hanc gratiam conuersionis ponit Augustinus primam, deinde gratiam baptismi, postea locum pascuæ: sed possunt etiam hoc ordine recte considerari, per prius aliquis per diuinam scripturam pascitur, deinde baptizatur, postea etiam conuertitur, quia non tantum ante baptismum fit conuersio, vt de infidelitate ad fidem, sed etiam post baptismum conuersio est,



fio est, scilicet, quia dimissa priori vita, solam nouam  
 sequimur. ¶ Quartam ponit gratiam, & ille dominus  
 qui animam meam conuertit [deduxit me]. i. quasi igno-  
 rantem rexit [super semitas iustitiæ]. i. per iusta opera  
 quæ sunt semitæ: quia per ea recte ad vitam incedit ut  
 super, dat nobis intelligere, & non tantum semitas il-  
 las cognouit, sed ut magister earum per eas alios ince-  
 dere docuerit: & hoc non propter meritum meum, sed  
 [propter nomen suum]. i. ut verum appareat nomē  
 suum, scilicet, & saluator dicitur. Ponit quintam gratiam,  
 & sic iungitur. ¶ Bene dico, deduxit me super semitas  
 iustitiæ [nam] & quod maius est fecit mihi, scilicet, quod  
 si persistam inter hæreticos, nunquam mihi nocere po-  
 terunt. Et hoc est [ & si ambulauero ]. i. diu permanē  
 [in medio vmbre mortis]. i. in medio hæreticorum,  
 qui dicuntur vmbra, quia habent corda obscura ad ve-  
 ritatem cognoscendam: & ideo mortis, quia qui intrat  
 sectam eorum, in mortem incurrunt, quia vera vita pri-  
 uantur: sicut autem vmbre mortis, inter quas si quis in-  
 tret, cito moritur: inter tales [non timebo mala] id est,  
 venenatas persuasiones eorum [quoniam tu mecum  
 es] qui tuitione tuæ presentie me defendis. ¶ Et etiam  
 [virga tua]. i. correctio tua [ & baculus tuus ]. i. adiu-  
 torium tuum, quo sustentatur aliquis fidelis, cum per  
 se non possit subsistere, sicut infirmus baculo: [ipsa me  
 consolata sunt] in virga, quamuis non videtur esse so-  
 latium, consolantur tamen & in hoc sancti, quia per hoc  
 intelligunt & purgari se à peccatis, & in alia vita sue pa-  
 tientie se magnum fructum consequi. Vnde Aposto-  
 lus: Omnis disciplina in presenti non videtur esse gau-  
 dij, sed mœroris, in futuro autem fructum affert pacat-  
 issimum, & hæc est sexta gratia. Ponit septimam dicēs  
 ¶ Parasti in conspectu meo]. i. habilem me fecisti qui  
 h in intelli

118 D. HAYMONIS IN PSAL

intelligerem [ mensam ] id ē, dominicum corpus, mē-  
sam dico, adiutricem mei [ aduersus ] omnes [ eos qui  
tribulant me. ] Non solum enim dominico corpore  
ā vitijs mundamur, virtutibus replemur, sed etiam cō-  
tra omnem persecutionem sustentamur. Octauam  
gratiam ponit cum dicit: ¶ Impinguasti caput meū ]  
id est mentem meam [ in oleo ] id est, in spiritu sancto  
qui penetrat animam, & fouet animam sicut oleum  
carnem. Vel [ caput meum ] id est, Christum, cui da-  
tus est spiritus sanctus, non ad mensuram, de cuius ab-  
undantia cætera membra collætantur. Cum dicit in o-  
leo, maiorem abundantiam notat, quàm si diceret  
oleo. Ponit nouit gratiam dicens: [ Calix meus ] id est,  
potus dominici sanguinis [ inebrians ] quia terreno-  
rum facit obliuisci, & etiam vitam præsentem contem-  
ni, vt in Laurentio patet & similibus: & ille calix [ quā  
præclarus est? ] Multum scilicet, quia confert vitam æ-  
ternam. Ponit decimam gratiam, per quam cæterę no-  
uem conseruantur, vt ita dicatur ad custodiam aliarū  
gratiarum. ¶ Misericordia tua subsequetur me. ] Sicut  
enim præcedit misericordia conferendo gratiam, sic  
subsequatur ad custoditum: nam si tantum præcederet,  
nullus collocata seruare posset: [ omnibus diebus vi-  
tæ meæ. ] Ad hoc subsequitur, vt per gratias collatas  
& custoditas inhabitem in domo cælestis Hierusalem  
[ in longitudine dierum ] id est, in æternum. Si, &, ha-  
beatur, sic legatur: Subsequatur me misericordia dei  
vt persistam in hac vita, & vt inhabitem in domo do-  
mini. ] Et hæc est commendatio gratiarum, quod o-  
stendit per has dari cœlestem domum.

IN PSALMVM XXIII.

Titulus. psalmus Dauid in prima sabbati.

Domini

**D**omini est terra ] Psalmus iste conuenit David prophetae hic loquenti in consideratione dominicæ resurrectionis, factæ in prima sabbati, id est, in prima die septimanæ, quæ resurrectio dominica fuit fundamentum ecclesiæ, & fuit initiū totius nostre reparationis: quia nostra natura in ipsa Christi persona est iam facta impassibilis, immortalis, & per eum nobis spem dedit immortalitatis & impassibilitatis. Quod autem reparatio humanæ naturæ faciendæ eēt in prima die, significauit creatio mundi, secundum materiam factā in prima die. Sabbathum est nomen totius septimanæ, & trahitur à dignitate diei, in qua quieuit dñs. Iuxta quod in Euangelio dicitur: Ieiuno bis in sabbato. Materia est Christus resuscitatus. Modus talis eēt ostendit & ipsum ordinē obtinere. & ipsius regni amplitudinem: deinde ostendit q̄ honesti habitent in regno illo. Admonet etiam nos remouere errores, ampliare virtutes, vt sic possimus recipere triumphatorē dñm, & hoc idem est intentio. Et sicut aliquis admoneret hoīes regni alicuius, vt diruerent muros, & ampliarent portas vt cum magna exultatione reciperent dñm, ita propheta præuidens Christum in sua resurrectione obtinere regnū per totum mundū, admonet recipere istū triumphatorē. ¶ Quia istius [ dñi est terra ] id est, ecclesia quam fundauit in sua resurrectione: [ & plenitudo eius ], i. omnis copia virtutum quas habet ecclesia, sunt dñi, quia dominus dat ecclesiæ: & ne inteligerem arctam ecclesiā, scz in sola Iudæa, ostendit ecclesiam dñi esse collectam ex omni parte terrarū, cum dicit: [ orbis terrarū ], i. ecclesia ex omni circuitu terrarū est dñi: [ & vniuersi qui habitant in eo ], i. omnes filij qui quaq; die generant in ecclesia. Cum dicit habitant notat nō q̄scunq; accedentes ad ecclesiam, sed qui i fide



ecclesie vsq; ad obitum perseuerant. ¶ Bene dico, domini est terra, [ quia fundauit eam ] .i. stabilem fecit eam [ super maria. ] Per maria accipit communes fluctus istius mundi. Cum dicit super, ostendit quod ecclesia non possit superari a fluctibus, sed potius superet fluctus: [ & super flumina. ] Per flumina accipit seculares principes, qui defluunt in curas populi, sicut flumina currunt in mare, super quos deus fecit ecclesiam quia etiam principum persecutiones superat ecclesia. Cum dicit [ preparauit orbem ] notat ipsam ecclesiam habere hanc per internam aspirationem. Ostensa amplitudine regni, ostendit quam digni sint ipsi habitatores regni: & hoc ideo ostendit per interrogationem & responsonem, vt per hoc maiorem nobis ostendat certitudinem. Continuatio: Domini est terra, & ipse fundauit eam sic. ¶ Et [ quis ] ille tam dignus, qui [ ascendit in hunc montem domini? ] .i. in ecclesiam, quae dicitur mons propter stabilitatem & eminentiam virtutum. Proprie dicit, ascendit, qui magnus ascensus est de iniustitia transire ad conformitatem ecclesie: & quia posset ascendere & recedere cito, subdit [ aut quis ] est ille qui [ stabit ] .i. perseuerabit [ in loco sancto eius? ] .i. in ecclesia quam ipse sanctificauit. ¶ Quæro quæ ascendit, talis scilicet [ innocens manibus ] .i. operibus, ille scilicet, cuius opera non nocent proximo: & quia propter hoc non esset tamen habitator illius regni, subdit [ & mundo corde ] .i. qui nec voluntate proximum ledit: & quia licet in proximum non peccaret, nondum tamen dignus esset, subdit: [ qui non accepit animam suam ] .i. voluntatem suam [ in vano ] .i. in istis terrenis, quæ vana vocantur, teste Salomone, qui dicit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Cum dicit vana non esse acceptabilia animæ suæ, innuit seipsum quantum ad se

Eccles. 1.

ad se à peccatis mundum esse: & quia nec hoc sufficeret, nisi se bona fecisse ostenderet, supponit [ nec iuravit in dolo proximo suo. ] Iuravit quidem, sed nõ dolo, quia bene complevit quicquid proximo promissit. ¶ Posita dignitate habitatoris, ostēdit quam remunerationē talis habitator sit habiturus, cū dicit: [ Hic ] præscriptus habitator [ accipiet benedictionem ] .i. in hac vita incrementa virtutum, in alia retributionem meritorum, à domino ] & hoc non per merita, sed p[er] [ misericordiam ] datam [ à deo saluari ] .i. à saluatore [ suo ] qui dat benedictionem, quia per eum salus tribuitur: misericordiam, quia per eum peccata laxantur. ¶ Et ne habitatores quos descriperat pauci putarentur, ostendit multos esse, nominando eos generationem: [ hæc est generatio. ] Et ostendit duas partes istius generationis, actiuos & contempliuos cū dicit [ quærentium eum ] .i. illorum qui quocunq; opere quærunt habere deum, vt retro ostiū sint saltem cōtempliuos vbi dicit: quærentium faciē dei iacob ] id est, cognitionē deitatis. Deum iacob ideo dicit, quia laborant vt deum videant sicut fecit iacob: ¶ Quando quidem regnum tale est, & habitatores tam digni, ergo vos [ principes ] .i. dæmones, qui dæmones dicuntur principes mundi: [ attollite ] .i. remouete ] portas ] .i. vitia ab hominibus quos in errore tenetis, qui errores portæ dicuntur, quia per eos iur in æternum iuteritum: [ & ] vos [ portæ æternales ] .i. virtutes, que ducitis ad vitam æternam [ eleuamini ] .i. ampliamini [ & introibit ] in eos à quibus remouentur errores, et in quibus ampliantur virtutes [ rex gloriæ ] ¶ Ostendit dignitatem ipsius regis, iuterrogando & respondēdo, cum dicit: quis est iste rex gloriæ? dominus scilicet fortis ] in seipso, etiam si nunquam ostenderent [ & p[ro] h v tens ]

tens] in omni creatura: & iste [dominus] spiritualiter est [potens in p[re]lio] in quo deuicit diabolus. ¶ At tollite, idem geminat, per quod ostendit se erga hunc dominum affectum magnum habere, in quo intendit nos admonere hunc dominum magno affectu suscipiendum esse. ¶ Iste rex gloriae est dominus uirtutum] id est, angelicorum omnium ordinum: licet uirtutes proprium nomen sit unius ordinis, tamen fit commune omnium. Sciendum est, quod Dauid in persona sua uirtus uerbis angelorum. Prauidit enim per spiritum sanctum, angelos praecursores Christi, ad infernum haec dicturos: [o principes] id est, daemones [attollite portas] id est clausuras inferni, quibus tenetis animas sanctorum. Prauidit quoque angelos Christi praecursores, in ascensione haec dicturos: Portae aeternales] id est aditus in caelestia, per quos nullus homo usque modo intrare potuit [eueamini] id est ampliamini [ & introibit rex gloriae. ] Prauidit quoque propheta haec respondenda angelis: dixerunt enim daemones angelis praecedentibus Christum ad infernum. Quis est iste rex gloriae, quem huc uenientem annunciat? Sed hoc idem quaesierunt caelestes angeli, cum eis ascensio Christi a praesentibus angelis nunciaretur. Certum est enim quosdam angelos ignorasse ascensionem Christi donec uiderunt, & uidentes valde admirati sunt. Inquirentibus autem angelis tam infernalibus quam caelestibus praecurrentes angeli responderunt. [ Dominus fortis & potens, dñs potēs in p[re]lio. ] Attollite portas] Ingeminant suam praecceptionem, quia rem miram & incredibilem annunciare uidentur.

IN PSALMVM XXIIII.

Titulus. In finem

Psalmus Dauid.



**A**D te domine ¶ Loquitur in hoc psalmo ecclesia, quæ significatur per David: & est materia clamans in angustijs huius mundi. De ipsa ita agit: petit leuatæ animæ suæ vias dñi demonstrari, deinde petit misericordias quas consuevit deus facere cæteris patribus, deinde describit iustum, & ponit præmium iustitiæ eius, & promittit se vouere similem ei, & intendit admonere, vt patienter huius mundi necessitatem, nec monet ad martyrium, sed vt communes molestias huius vitæ patienter sustineamus, quas etiã omnes sancti confessores inuitabiliter sustinuerunt. ¶ Et ante q̄ petat demonstrationem viarum, præmittit leuatam esse animam cum dicit: [ Domine ego leuauim animam meã ] id est, animalitatem meam, quæ eius naturæ erat, quod posset cito deprimi ab appetitu terrenorum, erexi [ ad te ] .i. ita vt obediendo superiori viam, tibi deseruiet. Vel accipiam<sup>o</sup> superiorẽ viã, ipã animam. s. mentẽ, velut si dicat fidelis, animã meã. i. mentẽ meã ad te cõuendũ leuauim. i. ad terrena hæc nõ pmissi ab aialitate deprimi. Et q̄ cognoscit se mobilis naturæ, q̄ per seipsam nõ possit erecta consistere, subdit: [ deus meus confido in te ] id est, in custodia tuæ misericordię, & ideo [ non erubescã ] .i. non retrahã me ab aliquo bono incepto. ¶ Neque alij retrahent me, per quod erubescerem patiar, & hoc dicit [ Neque inimici mei ] spirituales siue corporales [ irrideant me ] id est, faciant irrifibilem. Tantum valet hæc opratio, quantum si diceret, nõ irridebunt, & vere non erubescam neque irridebor, cum leuata anima in te confidam, quia ita est in omnibus. Et hoc est quod dicit, [ etenim vniuersi qui sustinent te ] id est, qui sub malorum persecutione auxilium tuum fiducialiter expectant [ non confundent ] id est, non habebũt erubescentiã de aliq̄. Sustinẽ

¶ Sustinentes non confundentur, sed omnes iniqui confundentur, tum quia inique agunt, tum quia superuacue. Et hoc est: [ Confundantur omnes iniqua agentes superuacue. [ Superuacue dicuntur agi illa siue bona sint siue mala, in quibus nulla certa expectatio est, & operatio quam boni tantum valet quantum affirmatio. Cum dicit, sustinentes nō confundi, & iniquos confundi, maxime nos amonet vt sustineamus. ¶ Leuauit animam meam, non erubescam, & ideo [ demonstra mihi vias tuas ] .i. communes præceptiones, quibus itur ad te domine. Bene dicit, demonstra, quia non est multum laborandum in cognoscendis vijs dñi: [ & semitas tuas. i. arctiora præcepta tua, quæ multis occultata sunt, & rectius ad vitam ducunt: sicut semitæ quæ strictæ viæ sunt, & rectius ad ciuitatem ducunt: [ edoce me ] illas. Bene dicit, doce, quia ad eas cognoscendas non tantum demonstratio, sed doctrina maxima est adhibenda. ¶ Et quia posset demonstrare vias, & docere semitas, & tamen parum prodesset, nisi eum deo reſte ire faceret per illas, addit: Domine me positum in vijs tuis & in semitis tuis [ dirige ] .i. directum fac incedere [ me ] scilicet positum [ in veritate tua ] .i. in filio tuo, qui est veritas: vel in lege quam ipse filius docuit, vbi sola veritas ẽ. Et cum bona fecero, [ doce me ] vt ego intelligam & quæ feci, & quæ credo. Prius enim credit homo & operatur, quam intelligat quod credit & operatur. Vnde dicitur: Nisi credideris, non intelliges. Et Psalmista: Annunciauerunt opera dei & facta eius, & postquam annuntiauerunt, intellexerunt. Duas causas ponit quare debeat eum docere & dirigere, quia credit eum saluatorem esse suum, & quia sustinet eum: & hoc est [ quia tu es deus salutaris meus, & te sustinui tota die ] .i. in omni tempore vitæ meæ. ¶ Po-

Esaiæ 7.  
Psal. 63

¶ Po-  
fira

fita demonstrationis viarum petitione, transit ad peti-  
 tionē misericordiarum, vt sic faciat sibi, sicut consuevit  
 facere antiquis patribus. Continuatio: Quia credo te  
 saluatorem & sustineo, debes me dirigere: & si non suf-  
 ficit hoc, sufficiat consuetudo misericordiæ tuæ, & hoc  
 est: [Reminiscere] id est, fac mihi sicut cæteris patri-  
 bus facere consueuisti: [miserationum tuarum domi-  
 ne, & misericordiarum tuarum.] Misericordia est exhibi-  
 tio misericordiæ: misericordia est interior pietatis af-  
 fectus, ideo post miserationem misericordiam ponit:  
 quia licet deus non exhibeat quibusdam affectū mise-  
 ricordia quem petunt, tamē erga eos misericordia mo-  
 uetur: vt in Paulo, à quo licet non remoueret stimulū  
 quem petebat, tamen misericors ei erat, etiam in hoc  
 quod dabat ei stimulum in custodiā virtutum: [quæ]  
 miserationes [sunt à seculo] id est, ex quo mundus in-  
 cepit. ¶ Tu petis misericordias, & quid vis tibi fieri?  
 Hoc domine, quod [ne memineris] id est, ne punias  
 in alia vita [delicta iuuentutis meæ] id ē, leuitatē meę.  
 Non dicit iuuentutis quantum ad tempus, quia hæc  
 iuuentus potest etiam esse in senibus, in quibus leuitas  
 est, propterea per iuuentutem accipimus leuitatem,  
 quia in iuuentute leuitas est. Delictum est, quando ꝑ  
 præcipitur fieri, derelinquitur: [ & ignorantias meas ]  
 id est ea peccata quæ ignoro, vt originalia, vel ea quæ  
 in pueritia feci. ¶ Delicta ne memineris, sed potius [ tu  
 domine memento mei ] id est, meę naturæ fragilis, nō  
 secundum altitudinem tuam, sed [ secundum misericor-  
 diam tuam ] sed nec misericordiam audeo petere secū-  
 dum meritum, sed [ propter bonitatem tuam mement-  
 ro mei ] quia tu solus es bonus. ¶ Bene dico, bonum es-  
 se dominum, quia ipse [ dulcis ] alicui cognoscenti, si-  
 cut cibus gustanti: & hæc dulcedo est secundum mise-  
 ricordia.



ricordiam, [ & rectus dominus ] secundum iustitiam  
 [ propter hoc ] quia dulcis & rectus [ dabit delin-  
 quentibus in via ] id est, in hac vita [ legem ] id est, cor-  
 rectionem. Per legem ideo correctionem accipimus  
 quia sicut lex & timorem incutit, & à malo cessare fa-  
 cit, ira quoque correctio. Vel per viam madata dñi pos-  
 sumus accipere, qui autem extra hanc viam sunt, his de-  
 us nullam legem dat. Cum deus punit peccatores, ius-  
 te agit: quod punire habemus cum dicit legem dat.  
 Quod facit hoc in via, id est, in hac vita, merito agit: quia  
 in hac vita sola, est locus correctionis. Bene ponit si-  
 mul, dulcis & rectus, quia alterum temperat alterum.  
 Dulcedo enim de misericordia dei non desperare nos  
 admonet, iustitia vero negligentiam aufert. ¶ Dominus  
 dabit legem, & per hanc legem [ diriget mansuetos ]  
 .i. illos qui prius erant indomiti, & nunc facti sunt tra-  
 ctabiles & si percutiuntur, non repercutiunt: si maledi-  
 cuntur, non maledicunt: [ in iudicio ] id est, in discreti-  
 one boni & mali. Vel in iudicio ] id est, in correctione  
 ipsa quam deus fecit ipsis, diriget eos mansuetos ad vi-  
 am vitæ. Ipsa namque correctio est directio eius, quia per  
 eam & peccata laxantur, & virtutes conferuntur, [ &  
 mites ] .i. illos qui in natura sunt simplices, & qui nunquam  
 feri fuerunt [ docebit vias suas, ] ¶ Docebit vias quæ  
 non sunt contemnendæ, quia [ vniuersæ viæ ] illi° [ do-  
 mini ] sunt valde dignæ, scilicet [ sunt misericordia & veri-  
 tas ] Quicquid enim deus nobis facit, vel per misericor-  
 diam facit, vel per veritatem: vel per quodcumque ince-  
 dimus ad eum, misericordia vel veritas est. Si enim ca-  
 mus per tribulationem, dei iustitia est, quæ iuste nos  
 punit. Si autem per aliqua bona opera incedamus, mi-  
 sericordiæ dei est, quia nihil boni per nos facere possu-  
 mus. Quæ viæ non sunt notæ omnibus, sed [ requirē-  
 tibus ]

ribus ] .i. cum frequenti diligentia considerantibus [ te  
 stamentum eius & testimonia eius. ] Per testamentū  
 sanctum Euangelium accipimus, ideo quia sicut alijs  
 testamento suo hæreditatem promittit, & præcipit hæ  
 redibus quid faciant, & testamentum morte confir  
 mat: ita Christus hæreditatē promittit in Euangelio,  
 & dat suis præcepta viuendi, & morte testamentū suū  
 confirmat. Per testimonia eius scripturas prophetarū  
 accipimus: prophetæ enim testes fuerunt promissio  
 num quæ in Christo completæ sunt. ¶ Quia dulcis &  
 rectus es, securus sum ꝑ tu [ propitiaberis peccato meo ]  
 condonando illud, & non propter meritū meum, sed  
 [ propter nomen tuū ] quia tu es Iesus. id est, saluator  
 Bene dico, propter nomen tuum, quia propter pecca  
 tum non [ multum enim peccatum. ¶ Hic incipit de  
 tertia parte, describens iustum & eius præmium, & si  
 milem ei se futurum asserit. Continuatio. Propitiabe  
 ris mihi qui sum peccator, sed [ quis ] iustus? Et hoc ē,  
 [ homo qui timet dñm ] filiali timore quis est? Hic scī  
 licet [ qui elegit sibi viam ] .i. siue actinam siue contē  
 platiuā vitā. Dicendo elegit, notat duo, & qđ ex sola vo  
 luntate fecit, & qđ eā ab alijs separauit: in qua via [ sta  
 tuit ei ] dominus [ legem ] .i. præcepta secundum quæ  
 viueret, scz, iustus est ille, qui & vitā & in ea secundum  
 legem dñi incedit. ¶ Et ponit iusti præmium cum di  
 cit: [ Anima eius ] iusti [ demorabitur in bonis ] locis:  
 ante iudicium [ & semen eius ], .i. bona opera eius [ he  
 reditabit ], .i. faciet eū hæreditare [ terram ] viuentium  
 & hoc erit in cōmuni resurrectione. Contra hoc qđ a  
 liquis diceret, neminē posse perseverare in bono, pp̄  
 mobilitatē naturæ, & ideo amittere illud bonum dicit  
 ¶ Dominus est firmamentū ] .i. firmans iustos in bo  
 no in hac vita, nō superbis, sed [ timētibz deū ] ga ti  
 mor

mor domini contrarius est humano timori. Human<sup>o</sup>  
 enim timor diffidentiam tribuit, diuinus autem firma  
 mentum spei. Et etiã promisit suis, quod seipsum ma-  
 nifestaret eis, & hoc est [testamentũ ipsius] id est, pro-  
 missio ipsius est huiusmodi [vt] ipse dominus [mani-  
 festetur illis.] Vel [testamentũ] id est, Euangeliũ est  
 tale [vt manifestetur illis] id est, vt habeant intellectu  
 ipsius Euangelij. ¶ Quia iustus talis est, & tale præmi-  
 um est iusti, ideo quicquid alij faciant, ego similem  
 me faciam iusto, & hoc est, [oculi mei] id est, intenti-  
 ones meæ [semper ad dominum] ideo [quoniam  
 ipse euellit pedes meos] id est, affectiones meas, [de  
 laqueo] id est, de tentationibus diaboli, id est, ne illis  
 valeam irretiri. Alij si eleuatis oculis incedant, cadunt  
 in laqueos, qui autem ad dominũ eleuant oculos, do-  
 minus eos à laqueis eripit. ¶ Respicio in te, & tu [respi-  
 ce in me] nec dico vt consideres me vt parem, sed vt  
 miserum, & [mei] miseri [miserere] quia misericors  
 es, & [quia vnicus & pauper sum ego,] iustus ideo v-  
 nicus dicitur, quia de omnibus sectis vnã solam se-  
 ctã dei elegit, & solus deo seruit. Per hoc quod dicit  
 vnicus, notat se ita esse diligendũ, sicut vnicus filius à  
 patre diligitur. Pauperẽ se dicit iustus, quia ab appetitu  
 terrã norũ exutus, propter hoc est dignus vt console-  
 tur. ¶ Dico miserere, & necesse est. [quia tribulationes  
 cordis mei] scilicet, quæ in cor etiã ascenderunt [mul-  
 ticipatæ sunt] quia ab illis etiã qui filij ecclesiæ debe-  
 rent esse iusti tribulantur, & tu, [erue me] ne præuale-  
 ant mihi [de necessitatibus] id est, de tribulationib<sup>9</sup>  
 quæ sunt mihi necessariæ, quia ineuitabiles sunt, quia  
 nemo iustus tribulationes potest euitare: [meis] dicit  
 quas ipsi sibi studio charitatis assumpserat. ¶ Erue me,  
 & [vide humilitatem meam] id est, quantum sim hu-  
 milis,



milis, quia nulli me praefero: [ & laborem meum ] quem sustineo disputando contra manifestos malos, & admonendo eos, & ideo [ dimitte vniuersa delicta mea ] Facta oratione pro se, facit orationem pro inimicis. Continuatio. ¶ Respice in me, & etiam [ respice inimicos meos ] oculo misericordiae, de quibus est grande damnum [ quoniam ipsi multiplicati sunt ] .i. multi sunt, qui etiam filij facti sunt inimici, & ipsi [ oderunt me odio iniquo ] quia pro bonis reddebant mala. ¶ Et talibus [ custodi animam meam ] ne me sibi conformem reddant: & si ipsi nolunt conuerti [ erue me ] etiam a corporali praesentia eorum, scilicet, destrue eos: erue ut [ non erubescam ] de eo [ quoniam speraui in te ] quia nisi tu erueres, tunc de spe mea erubescerem. ¶ Erue me, & tu [ deus libera Israel ] id est, omnes te videntes [ ex omnibus tribulationibus suis ] & praemittit causam quare pro talibus oret ut liberentur. ¶ Et hoc est, quia [ innocentes ] id est, qui alijs mala non inferunt [ & recti ] qui bona faciunt [ adhererunt mihi ] scilicet in vnione voluntatis conformes mihi facti sunt: ideo adhererunt [ quia sustinui te ] id est, viderunt me expectantem patienter tuam remunerationem.

## IN PSALMVM XXV.

Titulus. Psalmus David.

**I**udica me domine ] Hic loquitur David, vel quilibet perfectissimus, qui relicto consortio malorum adheret consortio iustorum. Ipse idem iustus est hic materia, hoc modo petens duo iudicia secundum suam meritam, vnum in hac vita, aliud in alia vita. Intentio est admonere, ut relictis impijs, adhaereamus iustis: quia si hic separati fuerimus a malis, in iudicio separabit nos deus ab eisdem malis. ¶ Et incipit a petitione iudicij huius vitae sic: O domine [ iudica me ] id est, secerne me  
i ab impijs,

ab impijs : & ponit causam quare debeat iudicare, dicens: [ quoniam ego ingressus sum ] id est, incepti facere bonum [ in innocentia ] non dico angelorum, sed [ mea ] .i. qualē potest habere humana fragilitas, quia non fecit furtum, nec homicidium : & quia posset incepisse in illa innocentia, nec perseuerare dicit [ et non infirmabor ] ab illa innocentia : & ne arrogans videretur, subdit: [ sperans in domino ] id est, nō ex meritis, sed quia spero in domino [ non infirmabor ] ¶ **Lu** dica hoc modo, scz [ proba me ] id est, ostēde me [ domine ] mihi & alijs probatum. Probatum ostendit de<sup>o</sup> **Iob. 1.** Iob sibi, quia cognouit se multa posse pati: & alijs, etiam dæmonibus, qui eum leui tribulatione posse deuorari putabant. Proba dico hoc modo [ tenta me ] id ē, per probationes ostende me probatum. & per has tētationes [ vte renes meos ] id est, delectationes libidinis: [ & cor meum ] id est, cogitationes meas, vt neq; in renibus, neq; in cogitationibus aliquid mali inueniat. Vel [ vte renes meos ] per ignem sancti spiritus. ¶ **Pro** ba & tenta, & ego hoc sustinebo bene, [ quoniam misericordia tua ante oculos meos est ], .i. semper habeo te misericordem præ oculis cordis, & etiam [ complacui ] tibi [ in veritate tua ] id est, in Christo filio tuo, quem ego imitatus sum, qui dixit: Ego sum via, & veritas & vita. Vel [ in veritate tua ] .i. in lege quam fili<sup>o</sup> docuit, vbi pura veritas fuit. Bene dico, complacui in veritate tua, quia mala vitauit, & bona secutus sum & q̄ mala dimississet, ostendit cum dicit: ¶ **Non** sedi ], .i. non sum immoratus, neq; corporaliter, neq; veritate [ cum concilio vanitatis ] Per vanitatem accipimus terrena per concilium eos, qui dant rationes de appetitu terrenorum, Dicunt enim quidam hæc esse appetenda, quia propter homines sunt facta: [ & non introibo ] id ē nō incipiā

**Ioan. 14**

Incipiam esse vt vel mala cum illis agam, vel assensum  
 præbeam, cum hominibus [iniqua gerentibus] ¶ Nō  
 sedi, sed potius [odiui ecclesiam]. i. congregationem  
 [malignantium]. i. qui proximo mala volunt [ & cū  
 impijs ] id est, hæreticis, qui sunt contra diuinum cultū  
 & persuadent [ non sededo ] id est, non morabor ita  
 vt consentiam. ¶ Ostendit se mala dimisisse, & à malo  
 rum consortio separatū fuisse: nūc ostendit se & bo-  
 num facere, & ad honorum consortium transisse: nō  
 sededo, sed potius [ lauabo mānus meas ]. i. operatio-  
 nes meas lautas & purgatas ostendam [ inter innocē-  
 tes ] id est, in consortio innocentium. Accenditur enī  
 per consortium sanctorum quicunq; etiam tepidus ad  
 bene agendum, & lotis manibus, id est, purgatis operi-  
 bus [ circundabo ] id est, assidua deuotione inquiram  
 [ altare tuum ] id est, cœlestia. Altare enim dicitur qua-  
 si alta ara, cœlestia vero sunt alta. ¶ Circundabo ad  
 hoc [ vt audiam ] id est, intelligam [ vocem ] id est, ma-  
 nifestationem [ laudis tuæ ] & postea [ enarrem vni-  
 uersa mirabilia tua ] non quod omnia enarret, sed que  
 cunq; enarret mirabilia sunt. Quod iustus se dicit cir-  
 cundare altare, & vniuersa mirabilia narrare, per simi-  
 le dictum est. Sicut pontifex in veteri testamento in-  
 troibat ad altare in sancta sanctorum, & audito diui-  
 no responso, populo referebat: sicut Esaias audiuit vo-  
 ces, Sanctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth, Esaiæ. 6.  
 pleni sunt cœli & terra gloria tua, & retulit coram po-  
 pulo. Vsq; modo tractauit de iudicio, quod petit de  
 se fieri iustus in hac vita: modo ostendit iudicium, qd  
 petit de se fieri in alia vita. Continuatio. ¶ Lauabo in-  
 ter innocentes manus meas, & ideo tu domine [ ne  
 ne perdas animam meam cum malis ] & malorum  
 ponit duas partes, impios & viros sanguinum.



1. Cor. 15.

Per impios accipimus & hæreticos, & omnes qui contra diuinam religionem nituntur: per viros sanguinū, homicidum vel viros sanguinum vocat, qui carnaliter viuunt, de quibus Apostolus ait: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Iuste rogat, ne anima ipsius pereat in iudicio, cū quibus hic non fuit aliqua actiōnis communio. Dicendo, ne perdas, tantum valet, ac si affirmaret ne perdes: & per hoc maxime hortatur, vt separemur ab impijs, præmittitq; causas, dicens. Per vitam idem accipimus quod per animam. ¶ Domine dilexi decorem domus tuæ ] Domum vocat quoscunq; iustos in quibus deus habitat: decorem domus illius accipit virtutes quibus iusti ornantur: & dilexi, [ locū habitationis gloriæ tuæ ] .i. diuinitatis tuæ: locum in q̄ habitat diuinitas, accipimus perfectissimos iustos, qui magnam & egregiam de deo habent cognitionem.

¶ Ne perdas, dixi, cum impijs animam meam, qui à me valde dissimiles sunt, quia [ in manibus eorum ] id est, in operibus eorum [ sunt iniquitates, dextera eorum ] id est, bona opera eorum, si aliquam faciunt iustitiam [ repleta est muneribus ] in quo maxime iudices intelliguntur, qui pro iustitia facienda pecuniam accipiūt.

¶ In manibus eorum sunt iniquitates [ ego autē sum ingressus ] ad bonum [ innocentia ] mea, vt supra, & tu domine [ redime me ] per sanguinē filij tui: & quia redemptus per suam innocentiam sufficere non valet, petit misericordiam dei, dicens: [ & miserere mei ] ¶ Qui bene sum aptus cuius miserearis, quia [ meus pes ] id est afflictio mea [ stetit ] id est, firmiter permansit [ in directo ] id est, in alto loco: vel in directo, .i. in Christo. Alia em̄ translatio in via recta: Christus em̄ dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Vel [ in directo ] id est, in ordine catholico, & [ te etiam domine benedicam in ecclesijs ]

scilicet,

Ioan. 14.

scilicet, habitans in consortio fidelium.

IN PSALMVM XXVI.

Titulus. In finem, Psalmus David. priusquam  
liniretur.

**D**ominus illuminatio ] David primam vñtionem habuit in designationem regni, secundam in regnum. Sed priusquam veniret ad regnū, multa mala habuit, & hostes: sic & Christus primā vñtionem habuit ex vtero virginis, secundam in resurrectione: & inter vtrancq; mala & hostes. Sic & fidelis anima primam vñtionem habet in baptismo, sed ante secundam, quæ erit in resurrectione, mala sustinet & bona. In finem Psalmus David, priusquam liniret, id est, inungeretur in regnum. David fecit hunc psalmum, priusquam liniretur secunda linitione. Ante priam enim linitionem nullum psalmum prorsus composuit. Inunxit autē eum Samuel primo in domo patris sui, in qua linitione intellexit promissionem regni & per quam securus fuit, non posse effici aliquo modo quin regnum & secundā linitionē, sicut in prima linitione intellexerat promissum, obtineret. Cum vero fecisset hunc psalmum, non fecit de corporali linitione, vel de obtentu regni terrestris, sed de linitione spiritali, & de regno cælesti. Consideravit enim filios ecclesie securitatem posse habere de secunda linitioe, id est, de impassibilitate & immortalitate, per primā linitionē quam in hac vita recipiunt, scilicet remissionē peccatorum, & confortationē ad bene operandum in baptismo. Sicut autem David primā linitionē in domo patris sui suscepit, ita vnusquisq; fidelis in domo patris sui id est, diaboli, qui ideo pater dicitur, quia per eum oēs nascuntur in peccatis, suscipit primam linitionem. Dominus diaboli vocatur mūdus iste, in quam venit Christus, et

2. Reg. 2.

2. Reg. 5.

Matt. 26 fitus, & in ea assumpsit quosdam de potestate diaboli.  
 Mar. 14. Vnde in Euangelio: Venit Iesus in domum Simonis  
 leprosi. i. diaboli. Materia est prima & secunda linitio.  
 De prima sic agit: ponit eam certitudinē secundā. De  
 secunda sic agit: ponit frequentes petitiones illius, & af-  
 firmat se habiturum. Intendit nos certos reddere, qd  
 habita prima linitione, secundam possimus habere.  
 Titulus sic exponitur: Psalmus iste cōuenit David p-  
 phetae, vel cuiuscunq; iusto de priori populo. Qui iustus  
 in hoc loquitur Psalmo vel David: psalmus dico, habi-  
 tus priusq; linitetur secunda linitione: psalmus dico dī  
 rigens nos in finem, id est, in Christum. Et à prima li-  
 nitione incipit ita, & ad secundā securitatem ita nos  
 admonet: ¶ Confidite & certi fitis de secunda linitioe,  
 considerantes me, quia [ dñs illuminatio mea ] id est, il-  
 luminans me, vt velim accedere ad fidem, & hoc ē an-  
 te baptismum [ & etiam salus mea ] .i. remissio pecca-  
 torum quæ fit in baptismo, & confortatio ad bene o-  
 perandum, quod fit in confirmatione: & quid hoc est?  
 [ quem ] deinceps [ timebo? ] Nullum sc̄, quia neque  
 Saul, id est, diabolus, nec aliquis inimicus poterit me ī  
 pedire, quin obtineam regnum quod expectabo. ¶ Do-  
 minus dat salutem, & ipse [ dominus est protector ] .i.  
 defensor, ne sentiam tela diaboli [ vitæ meæ ] .i. salutis  
 meæ, vel virtutum in quibus degit fidelis anima, ergo  
 à quo trepidabo? ¶ Quoniam dum dominus prote-  
 ctor est, & non timebo, ideo quia illi qui volunt mihi  
 nocere, cadunt, & hoc est [ dum nocentes appropriant  
 mihi ] accedunt magis & magis tentando, putantes se  
 facere [ super me ] appropriant dico ad hoc [ vt edant  
 carnes meas ] id est, delectentur in tribulatione mea:  
 sicut illi qui edunt carnes, delectantur in esu carniū.  
 ¶ Infirmati sunt & ceciderunt ] id est, infirmatur dia-  
 bolus,



bolus, cum aliquem tentando non potest perficere: ca-  
 dit cum iustus confirmatus est sic, quod nec etiam au-  
 det eum aggredi: & maxime [ inimici mei qui me tri-  
 bulant ] Vel ita, [ Dum ipsi appropiant super me ] ad  
 hoc vt noceant sicut putant: tamen in veritate ita ap-  
 propiant, [ vt edant carnes meas ] id est, consumant  
 carnalitates meas, & illi qui sic edendo [ tribulant me  
 inimici mei, infirmati sunt & ceciderunt. ] ¶ Et quia  
 tribulantes me cadunt, ideo [ si castra ] id est, si molimi-  
 na multitudinis [ consistant ] id est, immorentur [ ad-  
 uersum me ] moliendo [ non timebit cor meum ] quā-  
 sum quasi castrum munitum: quia etsi caro aliquantu-  
 lum formidet, tamen cor, id est interior anima, non ti-  
 mebit. ¶ Et etiam [ si praelium ] id est, manifesta impu-  
 gnatio [ exurgat ] id est, excrescat, ita quod fragilitas  
 humana videatur ferre non posse, tendens [ aduersum  
 me in hoc ] praelio [ ego sperabo ] id est, istud erit mi-  
 hi causa spei: vel [ in hoc ] id est, in domino [ spera-  
 bo ] victoriam illius praelij, ¶ Dominus est salus mea,  
 cadēt q̄ me tribulant, & per hos [ petij à domino vnā ],  
 Vnam est hic fixum, & [ hanc ] vnā [ requirā omni-  
 bus diebus vitæ meæ ] hanc scilicet vnā [ vt inhabi-  
 tem ] tendere in alia vita [ in domo domini. ] Vel sic:  
 [ Hanc requirā vt inhabitē ] in hac vita mente [ in do-  
 mo dñi ], & non in paruo tempore, sed [ in omnibus  
 diebus vitæ meæ. ] ¶ Habitem in domo ad hoc [ vt  
 videam voluntatem dñi ] id est, quid deus velit me fa-  
 cere [ & visitem templū eius ] i. frequenter memoriæ  
 reducam humanitatem Christi, vt sim conformis ei:  
 vel visitem templum ] id est, ad Christū per bona opa  
 pueniam. ¶ Dico visitē, & vere inde securus sum [ q̄a ]  
 iam fecit mihi hæc, scilicet, abscondit me ] ne impugna-  
 rent inimici [ in tabernaculo suo ] id est, in humanitate

- filij sui, cuius membrum me fecit [ in die malorum ] id est, in hac vita, in qua mali potestatem exercent: sicut
- 1. Re. 24** David absconditus est in cauernis, cum eum Saul persequeretur, & non tantum abscondit, sed etiã [ protexit me ] ne sentirẽ vulnera impugnantium [ in abscondito tabernaculi sui ] id est, in deitate quæ lateret, & abscondita est in humanitate Christi. [ In abscondito, protexit me ] id est, in fide. Vnde est: Corde creditur ad iustitiam. ¶ Et non tantum protexit & abscondit, sed etiam [ exaltauit ] dando virtutes, [ in petra ] .i. in Christo, qui totius iustitiæ est fundamentum. [ In petra exaltauit ] id est, in confessione oris. Vnde: Ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Similiter David in petra & in montibus ponebat munitiones. Exaltatio quam promisit in petra futura, erat illi iusto, quia Christo nondum erat: exaltationem vero quæ sequitur iã tunc habebat. ¶ Abscondit in tabernaculo, exaltauit in petra [ & iã tunc exaltauit caput meum ] id est, mentẽ meã [ super inimicos meos ] quod iam non timeã ab eis impediri, quin regnum obtineã. Postquã ostendit per primã limitationẽ se securum esse de vita æterna, ponit inde quãdam exultationẽ. Cõtinuatio. ¶ Exaltauit super inimicos meos caput meum, & ideo omnia [ circuiui ] vt laus ideo dicitur hostia immolata, quia sicut hostia immolata placebat deo cum statum habebat, ita laus ista grata est deo. [ Hostiã (dico) vociferationis ] id ẽ, magnæ affectionis. Alia translatio habet iubilationis, & tunc dicitur iubilus, quando tantum gaudium mente concipimus, ad quod exprimendum vox humana nõ sufficit. Vnde etiã consueuerunt prædicatores ecclesiæ vt postquã laudauerint deum intelligibili, prorumpũt in iubilum, scilicet in intelligibilẽ vocẽ, per multiplicatam notã, per quod ostendunt nullã vocẽ intelligibilem
- Rom. 10**
- Ibidem.**
- Iubilus,**

ad laudem dei posse sufficere, Immolauit hostiã, & deinceps laudabo, & hoc est, quod dicit [cantabo] [scilicet, voce & corde, quod pertinet ad contemplatiuos: [ & psalmum dicã domino ] bene operando, quod pertinet ad actiuos. Vt si habeatur circuibõ, quod frequẽtius ponunt authores, sic dicemus: [ Dominus exaltauit caput meum, & ideo [ circuibõ & imolabo ] scilicet cantabo [ & psalmum dicã ] Circuibõ dico [ in tabernaculo eius ] id est, in Christo. Postquã tractauit de prima limitatione, ostendit se securum esse de futura, per eã transit ad secundã, & petit eam frequenti oratione. Cõtinuatio. ¶ Circuibõ & imolabo, cantabo & psallam, ideoq; tu [ domine exaudi vocẽ ] id est, petitionẽ meã & ponit causam quare illa petitio sit digna exauditione, quia est cum clamore, id est, cum magna cordis affectione: & hoc est [ quia clamaui ad te ] solum obtinẽdum, & non tantum dico quod vocẽ exaudias, sed etiam propriam personam meã, scilicet, considera misericordiam meã, & per misericordiam exaudi, & hoc est quod dicit: [ miserere mei ] id est, misericordia super me mouearis, & per illam misericordiã [ exaudi me ] Bis ponit exaudi, & duas causas, q̄ clamaui & miserere. Clamor hic meritorum causa est in homine: Misericordia que est in deo, causa est in deo vt homo exaudiat. ¶ Dico exaudi, & bene debes exaudire, quia [ cor meum ] id est, intentio cordis mei [ dixit tibi ] & per dicere cordis notatur magna intentio: [ facies mea ] id est, pulchritudo mea, per quam discretus sum ab alijs [ exquisiuit ] id est, extra omnia alia quæsiuit, id est, postpositis alijs omnibus terrenis, te solum intueri, presentiam tuã cognoscere studui. Facies iusti, est virtus illa per quã discretus apparet ab omnibus alijs: sicut fuit in Iob patientia, in Dauid humilitas, & in alijs similiter: quæsiuit &



requiram domine faciem tuam ] .i. cognitionē tuam  
 per bona opera. ¶ Et ideo [ ne auertas faciem tuam ]  
 .i. cognitionem tuam [ à me [ quin quandoq; habeant  
 illam cognitionem , quæ cognitio tantum in illa vita  
 habetur: [ ne declines a seruo tuo ] id est, ne permittas  
 incidere seruum tuum in peccatū. & si aliquando per-  
 mittas cadere, hoc non facias [ in ira tua ]. Tunc in ira  
 declinat à seruo , quādo permittit eum usq; in peccati  
 præcipitium peruenire, gratiam subtrahendo: & hoc  
 dicit per simile: sicut aliquis dominus declinat à seruo  
 iratus, quando non uult hospitari cū eo. ¶ Non decli-  
 nes, sed potius [ esto adiutor meus ] ad bene operādū:  
 & quia posset iuuare in principio & recedere, ideo sup-  
 ponit [ non derelinquas me ] quin semper porrigas  
 manum: & quia se esse uidebat uilem & despicabilem,  
 q̄ uideret esse causa quare deus eū delinqueret, precat̄  
 deum, ne in ipso causam illam attendat, dicens [ neq;  
 despicias me ] id est, non sim tibi uilis, tum quia [ de⁹ ]  
 tum quia [ salutaris ] quia qualiscunq; sim [ tu es deus  
 meus ] id est, creator meus [ & salutaris meus ]  
 id est, saluator meus: quia per humanitatem filij de-  
 bes me saluare. ¶ Et ideo non debes me despiciere,  
 quia mea culpa non est q̄ talis sum, [ quoniam pater  
 me⁹ ] .i. Adā [ & mater mea ] .i. Eua dereliquerūt me,  
 in periculis quasi puerū expositū: [ dñs aut̄ assumpsit  
 me ] .i. meā humanitatē sibi vniuit, p̄ quod apparet  
 maxime q̄ homo iā nō sit despiciēd⁹. ¶ Dñs assumpsit  
 me, & tu [ dñe pone mihi legē ] .i. aliquā correctionē  
 mihi (dico) posito in [ uia tua ] .i. in fide & in bonis  
 operibus, quibus peruenitur ad te: [ & dirige me in se-  
 mita tua ] id est, in arctioribus præceptis tuis: & hoc  
 fac propter inimicos meos, id est, hæreticos, qui uolūt  
 intellectū scripturarū peruertere. ¶ Ego dico propter  
 inimicos

inimicos meos, nec tamen precor vt nō tradas me in  
 manibus eorū, sed [ ne tradideris me in animas [ eorū,  
 id est in voluntates [ tribulantium me ] vt nō possint  
 deuorare me vt volunt. Nec debes tradere, quoniā &  
 iniqui sunt, & insurgūt & meriuntur: & hoc est [ insur-  
 rererūt ] id est, crexerūt [ in me ] id est, contra me [ te-  
 stes iniqui ] id est, testātes iniqua: quia ea quæ alij falsi  
 dixerant, isti confirmabant, dicentes non esse futuram  
 aliam vitam præter hanc, & similia: [ & iniquitas est  
 mentita ] id est, ipsi iniqui sunt mentiti [ sibi ] id est, ad  
 damnū suum. ¶ Ipsi hoc dicūt. Quis vidit hoc regnū?  
 Quis deinde venit? Sed quicquid illi dicāt, ego [ credo  
 tamē videre bona domini ] quæ nec oculus vidit, nec  
 auris audivit, nec in cor hominis ascendit [ in terra vi-  
 uentium ] id est, in cælo, vbi sancti habitāt & vera vi-  
 ra viuunt. Cælum vocatur terra propter stabilitatē,  
 quia tunc stabile erit. ¶ Quandoquidē vides me certū  
 quod videbo bona dñi, ergo quicūq; fidelis [ expecta,  
 dominū ] per longanimitatē, & expectādo [ viriliter  
 age ] .i. insiste virtutib⁹: & si manus fatigentur, tamen  
 [ cor tuū confortetur ] et sic [ sustine dominū ] .i. licet  
 tribuleris, tamen dominum cum patientiā expecta.

I. Cor. 2.

## IN PSALMVM XXVII.

Titulus. Psalmus ipsius David.

**A**D te domine clamaui ] Verbū dei loquitur ho-  
 minibus de deo: ipsum em̄ est offensio dei. Vn-  
 de nemo nouit patrem nisi filius, et cui filius voluerit  
 reuelare: et sicut rota humana natura habens cogniti-  
 onē de deo, hoc habet per verbū, ita humana natura  
 Christi: et si alicui homini verbū silet, vt fecit Adā, de-  
 scendit in lacum. Cū humana natura vnita verbo dei,  
 non confidit de se, multo minus ceteri. Psalmus huic  
 David, Psalmus iste attribuitur David, id est Christo,  
 qui

Matt. 11.

qui Christus hic loquitur. Quod dicit huic, vel ad differentiam, vel ad excellentiam potest accipi: quasi diceret: Huic non carnali regi, sed spiritali regi regum, id est, Christo ad excellentiam: quia quædam verba in hoc psalmo, quæ nulli alij possunt adaptari, nisi Christo soli, ut est: Refloruit caro mea. Materia est ipse Christus. De eo sic agit: describit eum petentem & sibi & contra inimicos, agentem etiam gratias de impetratione suæ petitionis, & hæc est secunda pars psalmi. In tertia parte ostendit, quod ea quæ facta sunt de Christo, sicuti passio & resurrectio, & similia, suis etiam ad exaltationem profuerunt. Intentio est, ut persuadeat non esse confidendum in homine, sed in solo deo, cum ostendit christum perfectissimum iustum, in nullo confidere, nisi in solo deo. In fine etiam ubi ostendit, quod populus saluatus per Christum, non habet saluationem nisi in solo deo, innuit plane omnem saluationem esse à deo, et non ab homine: & sicut in præcedentibus quibusdam psalmis breuiter tangit passionem & resurrectionem ita & hic. ¶ Et sic incipit inuitatis alijs ad petitionem, ut confidant & clament ad dñm sic: quasi diceret: Clamate & confidite in domino, exemplo mei, quia ego clamaui & [clamabo ad te domine] pater, qui solus potes exaudire. Ideo ponit futurum, ut per hoc notet se incessanter clamare ad deum toto tempore suæ obedientiæ: & tu [deus meus ne fileas] quin clamori meo respondeas, scilicet exaudias: quia si sileres, tunc esses remotus [à me.] Cum dicit, clamabo, & subiungit ne sileras, notat affectionem piam inter deum & hominē, quia ex quo homo clamare incipit, deus exaudit. Hebraica veritas non habet hoc: ne quando taceas à me: sed septuaginta interpretes addiderunt, nec tamen sine causa, sed per hoc dant nobis intelligere, eum clamasse  
de pri-



de prima & secunda clarificatione: Prima clarificatio ē ante resurrectionem, cum fuit immunis ab omni peccato, & per eum deus miracula fecit, quæ nemo alius facere potuit. Secunda clarificatio in resurrectione fuit, quia eius humanitas impassibilitatem & immortalitatem suscepit. Cum dicit, ne fileas, intelligimus eum clamare de secunda clarificatione: & quia posset de illa secunda non filere, & tamen de prima non exaudire eum, addit: & etiam [ ne taceas ] quin exaudias me de prima clarificatione: quin, id est, quod vel vna hora permittas me non exauditum: & si fileas remotus, à me, tunc [ assimilabor ] descendentibus in lacum ] id ē, in miseriam huius mundi, quæ ideo lacus dicitur, quia sicut fouea, cuius fundus ignoratur, lacus dicitur, sic mundus lacus dicitur, cuius miseriarū profunditatem non videmus. Si enim ille homo dominicus à præsidio diuini verbi sibi vniti desereretur, similis vtique hominibus inueniretur. Vel [ in lacum ] id est, in corruptionem: caro enim dominica in sepulchro corrumpere nisi eam diuinitas suscitaret. Bene dicit, descendentibus quia maximus descensus est, à deo deuiare, & se ad huius mundi miseras inclinare: ascensus vero, relictis his miserijs, ad bona perpetua festinare. ¶ Dico ne fileas domine, sed potius [ exaudi vocē deprecationis meę ] de remouendis malis: & subdit causam quare debeat exaudiri, qui orat ad eum: quia extollit manus suas ad ipsum: & hoc est: [ dum ] id est, quia [ oro ad te, & extollo manus meas ] & hæc leuatio manuum Christi fuit in cruce: [ ad templum sanctum tuum ] id est, ecclesiam constituendam. Ex passione enim Christi, processit ecclesiæ constitutio. Vel [ manus ] id est, operationes meas [ extollo ad ecclesiam ] constituendā. Vel ad templum sanctum tuum ] id est, ad te ipsum, in locum

cum quem scio te habitare. Hic mittit nos ad consuetudinē orantiū, qui eleuant manus suas in cœlum, vbi deum specialiter credunt habitare: sicut et Iudæi faciebant, qui vbicunq; terrarū deuenirent, versus templū quod erat Hierusalem, in quo deum spiritualiter habitare credebant, orabant. ¶ Exaudiui vocē deprecationis huius, scilicet [ne tradas me cum peccatoribus]. i. cum Abrahā et alijs iustis p̄cessoribus Christi: quos ideo peccatores vocat, quia nunquam originale fuit peccatum in eis deletū prorsus, nisi per sanguinē Christi: ita dico, ne tradas quod [simul] sim cum eis retentus in tenebris sicut illi. Cum illis enim Christus fuit, quando eos ab inferis liberauit. Simul non fuit, quia renebras quas illi patiebantur non sustinuit: [ & ne tradas]. i. ne condemnes me cum malis: & hoc est quod dicit, [cum operantibus] scilicet Iudḡis [iniquitatē] Vel aliter: Exaudiui deprecationem, nec deprecor quin tradas me morti, sed ne consentias voto ipsorū: & hoc est, tradas me quidem cum peccatoribus, sed ne tradas ita q̄ sis similis, id est, in eadem intentatione cū ipsis: vt sicut ipsi malo voto me tradunt, ita tu quoq; malo voto me tradas: & ne permittas animam meā teneri in inferno cum operantibus iniquitatem, id est habens idem votum cum illis, qui mihi machinantur exitium. ¶ Qui scilicet, operantes iniquitatē [loquunt̄ pacem] id est, pacifica verba: & hic specialiter nequitia Iudgorum notatur: pacē dico [cum proximo suo] scilicet me. Christus enim dicitur Iudæorū proximus secundum carnem, quia de genimine eorum fuit: & secundum quod eis facere misericordiam venerat. Iuxta quod de Samaritano legitur in Euangelio, qui proximus dicitur illi qui in latrones indicit, quia misericordiam ei fecit. Et quamuis pacifice loquerentur cū dicerent:

erent: Magister scimus quia verax es, & similia, tamē  
 [ mala erāt in cordibus ] id est, in voluntatibus [ eorū ]  
 ¶ Ipsi operantur iniquitatem, sed tu domine [ da illis  
 secundū opera ipsorum ] id est, secundum malā vitam  
 eorum: [ & secundū nequitiam adinventionū ipsorū ]  
 id est, secundum adinventiones suas. Adinventiones  
 ideo dicit, quia licet de eo aliquid mali nesciret, tamen  
 vocabant eum peccatorem, dicebant eum habere de-  
 monium. ¶ Et non tantum secundum turpem vitam Ioan. 9.  
 tribue, sed etiam [ secundum opera manuum ipsorū ] Ioan. 8.  
 id est, secundum excellentiorem illam iniquitatē, quā  
 fecerunt in morte domini. Cum apponit manū post  
 opera, ostēdit eos magnum studiū & affectionem ad  
 illud opus habuisse. Quod dicit, opus manū, tractū  
 est ab artifice, qui illa vult dici opera manuum suarū,  
 que studiosè fecit: [ tribue illis ] & quia hæc prædicta  
 nō determinavit qualitatē retributionis, siue bonum  
 pro malo, siue malum pro bono redderetur, determi-  
 nat quod malum preceatur retribui eis, cum dicit, [ re-  
 tributionem eorum ] id est, sicut ipsi retribuēbant  
 mihi mala [ redde ipsis ] similiter. Retributionem  
 bene dicit: cum enim Christus eis bona fecisset, ipsi  
 ei malum retribuēbant. ¶ Ideo dico redde, [ quoni-  
 am ipsi ] non in opera domini occulta, scilicet, ad  
 reparationem humani generis eum esse filium dei:  
 & talia etiam ne vellent se excusare, quia occulta illa  
 non possent agnoscere, ostendit eos in excusabiles, di-  
 cēs eos manifesta opera Christi considerasse, in quib⁹  
 illa occulta potuissent cognoscere: & hoc est, & [ nō in  
 rellexerūt in opera manū eius ] .i. potētiae eius. Cum  
 dicit, in opera, notat quod in manifestis operib⁹ nō in-  
 rellexerūt illa occulta. Si em̄ cōsiderarēt quod imunis  
 erat



erat ab omni peccato, miracula quæ ipse faciebat, eum non solum hominem, sed dei filium, mundiq; redemptorem cognoscerent. Hebræum habet: non considerauerunt in opera manuum eius. Hoc quod non intellexerunt, fuit causa, quare mala de Christo adinuenerunt, quare & damnati sunt iuxta quod subdit: & ideo [quia non intellexerunt, tu destrues eos] spiritualiter & corporaliter: sicut fuit in destructione Titi & Vespasiani: & propheta præuidens illam destructionem eē irreparabilem ait: [ & non ædificabis eos ] vltorius, vt in destructionibus Babylonæ, & in captiuitate Aegypti, & alijs destructionibus reparauit eos deus. Vel etiam si spiritualiter essent destructi, vt si sub aliquo duce essent idololatræ, per alium ducem deus ab idololatria eos liberauit. De hac autem nouissima excæcatione spirituali, non reparabuntur vsq; in finem, quando eorum reliquæ saluabuntur: corporaliter vero nunquam restituentur. ¶ Illi destruentur, sed [ dominus sit benedictus ] & supponit causam, quare dominum benedicat, dicens: [ quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ ] scilicet, de remouendis miserijs: & ab hoc versu incipit agere gratias de impetratione suæ petitionis. ¶ Non tantum exaudiuit de remouendis malis, sed etiam [ dominus adiutor meus ] ad bonum operandum [ & protector meus ] ne lædar à telis persecutorum: ] & cor meum ] id est, intentio mea [ sperauit in ipso ] scilicet, de resurrectione: & quia speraui, ideo adiutus sum: ] ¶ Et ostendit in quo adiutus sit, dicens: [ & re floruit caro mea ] ante floruit Christi caro, cum fuit immunis ab omni peccato: re floruit, quando impassibilitatem & immortalitatem suscepit in resurrectione. Vel ita: [ Floruit caro ] humana in Adam, qui constitutus fuit in omni perfectione: defloruit per eiusdem

de inobedientiam:refloruit, accepta impassibilitate  
 in resurrectione Christi:& ideo [ confitebor tibi ] id  
 est, laudabo eum ex voluntate mea, scilicet in membris  
 & hic incipit de tertia parte, scilicet quod ea quæ facta  
 sunt de Christo, suis ad exaltationem vtilia sunt ¶ Et il-  
 le [ dominus ] qui fecit me reflorescere, est [ fortitudo  
 plebis suæ ] id est, sibi deuotæ. Fortitudo dei est in eo,  
 quod homines de diaboli iugo eripit, & suos facit:&  
 ipse est [ protector saluationum Christi sui ] id est, illo-  
 rum qui saluati sunt per Christū: & hic manifeste no-  
 tat, quod mysteria Christi omnibus prosint ad salutē:  
 ¶ Et quia dominus est fortitudo plebis, ergo [ domi-  
 ne fac ] quod tuum est, scilicet [ saluum fac populum  
 tuum ] eripiendo de inimicorum potestate, dirigendo  
 ad fidem:& benedicendo incrementum virtutū ipsi  
 facto [ hæreditati tuæ ] [ & rege eos ] ne deficiant in  
 virtute: [ & extolle eos ] ducendo [ vsq; in æternum ]  
 id est, in æternitatem.

## IN PSALMVM XXVIII.

Titulus. Psalmus Dauid in consummatione  
 tabernaculi.

**A**fferte domino ] Remissa arca domini à Philistæis, & reducta Hierusalem, cum prohiberet  
 à Nathan, ne faceret domum domini, quia vir  
 sanguinum erat, qui ita à spiritu prophetans Dauid fa-  
 cturum templū domino prædixerat. Fecit igitur Da-  
 uid tabernaculum de tentorijs, in quo reponeret arcā  
 domini: quo consummato, inuitauit multos vt ad il-  
 lud templum non vacuis manibus veniret, sed ibi ad-  
 ductas hostias, immolarent domino: & post hanc cō-  
 summationem scripsit psalmum istum: non quod de  
 historiali consummatione scriberet, sed nobis cōsum-  
 mationem ecclesiæ futuram per spiritum sanctū pro-  
 phetaret,

phetaret, cuius consummatio illius tabernaculi figura erat, quod sciens Ezdras propheta David intellexisse, sic intitulauit, qui titulus sic legitur: Psalmus iste conuenit prophetæ qui hic loquitur, psalmus dico, habitus in consummatione tabernaculi, id est, in consideratione consummationis ecclesiæ. In hoc psalmo septē dona spiritus sancti continentur, per quæ tota ecclesia consummatur. Hæc autem dona nō ideo dicuntur dona spiritus sancti, quod spiritus sanctus potius ea dat quā pater & filius, quia simul tota trinitas operatur: sed quia hoc nomen spiritus sanctus impositum est ad hoc, ut significaret amorem & benignitatem dei, ex qua benignitate dei omnia nobis donantur bona, ideo spiritui sancto potius attribuuntur. Ecclesia præsens tabernaculum appellatur, quia in eo domino militamus, sicut in tabernaculis militat. Materia in hoc psalmo est spiritus sanctus, vel ecclesia spiritu sancto consummata. Hanc autem hoc modo exequitur, inuitat homines ad honorandum spiritum sanctum, & hæc est intentio sua. Præuidit enim quosdam errores de spiritu sancto futuros in ecclesia, scilicet, quod putaret esse minor patre & filio: & ideo sicut in plerisque alijs psalmis contra alios errores nos munit, sic etiam in isto, ostendens ipsum spiritum sanctum esse æqualem patri & filio, etiam per hoc quod ostendit cooperari eum patri & filio. In secunda parte ponit causas, quare spiritum sanctum honorare debeamus, scilicet, quia ipse spiritus dat dona per quæ tota ecclesia consummat. In tertia parte, quæ est in fine, ostendit spiritum sanctum cooperari cum patre & filio: & ab ipsa admonitione sic incipit. ¶ Vos filij dei, qui hætenus fuistis filij diaboli, & modo per spiritum sanctum facti estis filij dei, quapropter debetis eum honorare: [afferte] huc] dño] .i. spiritui sancto. Per



Per dñm hic determinate spiritum sanctum accipim⁹  
 propter hoc quod in sequēti dicit: Vox dñi sup aquas  
 quod spiritui sancto proprie conuenit, non determi-  
 nat quid afferat, sed debemus intelligere seipsos p pu-  
 ram conscientiam, & puram vitam: & non tantū mo-  
 neo vos, vt afferatis filios dei, sed etiam si opus sit [af-  
 feratis vos filios arietum dño ] .i. imitatores aposto-  
 lorum, præbentes ecclesiæ dei si opus sit, defensionem  
 vel ducatum. Per arietes apostoli designantur: quia si-  
 cut aries præbens ducatum gregi forte, & defendit cor-  
 nibus, sic apostoli & præbent ducatum ecclesiæ, & eā  
 cornibus. i. veteri & nouo testamento defendunt. ¶ Af-  
 ferite ] etiam filij [ dño ] .i. spiritui sancto [ gloriam ], .i.  
 discite & intelligite eum gloriosum, scilicet omnipotē-  
 tem, æqualem deo patri, [ & etiam honorem ]. i. vof-  
 ipsi seruite ei, & alios inuitate vt seruiāt [ & afferite glo-  
 riam nomini eius ] id est, per multas Gentes dilarate  
 nomen eius & honorificentiam ipsius. Tunc enim nō  
 esset nomen eius gloriosum, si inter paucas Gentes co-  
 arctaretur, & sic afferentes gloriam nomini eius, affe-  
 retis gloriam ipsi domino, & etiam [ adorete ]. i. vene-  
 ramini [ dñm ]. i. spiritum [ in atrio sancto eius ] id est  
 in corde vestro: quod propter latitudinem atrium ap-  
 pellatur, & quia nullis arctari debet tribulationibus.  
 Alia translatio habet, in aula sancta eius: & tunc simi-  
 liter per aulam cor fidele accipimus: quia sicut aula re-  
 gia domus est sic & fidelium corda Christi aula sunt,  
 in quibus habitat sicut rex in aula sua. ¶ Hic septē do-  
 na sancti spiritus incipit describere, & septies ponēdo  
 vox domini, septem nobis dona spiritus sancti ponit:  
 & eodem ordine illa dona diuersa enumerat, quo etiā  
 Esaias. Prius ponit donum sapientiæ, deinde intellectu⁹  
 post modum consilij, inde fortitudinis, postea sciētiæ,

Esaiæ. II.

inde pieratis, ad vltimum, timoris domini. Continua-  
 rio: Bene deberis hūc dominū honorare, quia [vox]  
 id est, inspiratio istius [domini] scilicet spiritus sancti  
 est [super aquas] id est, super populos: iuxta Iohannē  
 Aquæ multæ sunt populi multi. Super, proprie dicit,  
 quia aspiratio diuina dominatur homini, & secundū  
 se facit operari hominem. Per vocem aspirationē ideo  
 intelligimus, quia sicut vox docet hominem, & osten-  
 dit voluntatem alicuius, sic inspiratio diuina volunta-  
 tem dei. Hic determinat cuius domini sit vox illa, &  
 cuiusmodi vox illa sit, cum dicit [deus maiestatis] ma-  
 gnum eum & potentem ostendit cum dicit: [intonu-  
 it] vocem esse terribilem ostendit. Terribilis est enim  
 illa vox, quæ pœnam minatur iudicij. Vult autem de⁹  
 suos in terrore nutrire, vt vel sic seruiant voluntate: et  
 ille dominus non tantum intonuit [super aquas] id  
 est, super Iudæos, sed etiam [super aquas multas] id ē  
 super gentiles, qui multo plures fuerunt quā Iudæi:  
 & hoc versu notamus spiritum sapientiæ, quia diuina  
 inspiratio nos docet dei cognitionem. ¶ Vox etiā do-  
 mini] id est, spiritus sancti, est [in virtute] id est, cōfert  
 nobis virtutem, id est, intellectum de lege & aliarum  
 scripturarum, per quem franguntur oppositiones hæ-  
 reticorum, & qui nemo possit resistere. Vnde & de be-  
 ato Stephano legitur: Nemo poterat resistere sapien-  
 tiæ & spiritui qui loquebatur: & hic notamus spiritum  
 intellectus. Vox] etiam illius [domini] est [in magni-  
 scentia] id est, faciens magnificos, quidat nobis rati-  
 onem que facienda sint & non. Qui autem facit bo-  
 na & dimittit mala, magnificus est: & hic notatur spi-  
 ritus consilij. ¶ Vox] etiam illius [domini] id est, spi-  
 ritus sancti: domini dico [confringentis] id est, humili-  
 kantis [cedros] id est, superbos, Per cedrum ideo sug-  
 bum

Actu. 6.

bum accipimus, quia cedrus est arbor elata super ali-  
 as arbores: & ipse [ dominus confringet ] id est humi-  
 liabit [ cedros Libani ] .i. maiores elatos in superbia  
 mundi, sicut sunt reges & principes. Libanus namq; cā-  
 didatio interpretatur, & ideo per Libanum accipit il-  
 los, qui in candore diuitiarum plus confidunt. Ideo p-  
 cedros Libani accipimus potentiores elatos, quia illæ  
 cedrus quæ crescunt in Libano monte, sunt omnibus  
 alijs altiores. Vel [ confringentis cedros ] gentilium su-  
 perbos: vel [ cedros ] id est, Iudæos, quos ideo per ce-  
 dros Libani accipimus, quia in terra eorum est Liba-  
 nus: confringent [ quod bene per futurum pronunti-  
 at, quia adhuc etiã hoc futurũ ẽ in nouissimis tempo-  
 ribus, quando filiorũ Israël saluæ sient reliquiæ. ¶ Et  
 etiam comminuet eos ] id est, per illam confractionẽ  
 ad tantam humilitatem reducet eos: & tũc respicit ad  
 significationem: vel [ eas ] cedros [ tanquam virulum  
 Libani ] id est, vt sint ita placentes deo, tanquam vitu-  
 lus Libani immolatus, Iudæorũ em̄ cõsuetudo erat, vt  
 vitulos q̄s dño immolaturi erant, in vberrimis pascu-  
 is Libani spinguerent: & q̄ magis eos impinguarẽt, eo  
 magis deo acceptabiles fore credebãt. & hic notaĩ spi-  
 ritus fortitudinis. Magna enim dei fortitudo est, cum  
 homo superbiam suam potest frangere, & per com-  
 minutionem suam seipsum placẽtem hostiam immo-  
 lare. Cum illa superiora bona videntur bona, scilicet,  
 quod vox domini est in virtute & in magnificentia,  
 ne istud, scilicet cedros confringere malum videretur,  
 ostendit etiam vnicum dei filium comminutum esse,  
 ne aliĩ tali lege comminutionis condoleant. Commi-  
 nuet cedros, & non debetis mirari, quia [ etiam dile-  
 ctus ] id est, vnicus filius dei comminuetur: & hic ostẽ-  
 dit propheta secundum quam naturam hoc fiat, scili-



licet, secundum humanam: cōminuetur dico [ quem-  
 admodum quilibet [ filius vnicornium ]. i. Iudæorū,  
 qui ideo vnicornes dicuntur, quia vno solo testamen-  
 to superbiunt. ¶ Vox ] illius [ domini ] est dñi [ interci-  
 dentis ]. i. discernentis [ flammam ignis. ] Per ignem il-  
 los accipimus, qui feruent amore mali desiderij, p flam-  
 mam, furorem malorum actuum, quos in sanctos ex-  
 ercent. Hanc diuina inspiratio intercidit, quando iust⁹  
 ille cui illa flamma infertur, discernit eam non sibi ad-  
 clamnum esse, sed eandem sibi in bonum æstimat pro-  
 uenire: & hic notatur spiritus scientiæ. Magna em̄ sci-  
 entia dei datur homini, cum ea quæ alijs mala vident  
 bona sibi cognoscit. ¶ Vox ] etiam illius [ domini ] est  
 vox dñi [ concutientis desertum ]. i. homines à cul-  
 tu dei vacuos, & prius steriles facit fructiferos, sicut ali-  
 quis terram prius desertam concutiendo & colendo  
 facit eam fructiferam: [ & ] concutiendo homines pri-  
 us desertos [ commouebit dominus desertū Cades ]. i.  
 implebit illud quod fuit figuratum per miraculum fa-  
 ctum in deserto Cades. Cades est desertum vbi mons  
 Sina est, in quo deserto dominus per Moysen aquam  
 de petra eduxit, quæ sequebatur filios Israël per deser-  
 tum: & quod deus terram illam prius aridam fecit irri-  
 guam, signum fuit, quod hoies qui prius aridi erant &  
 steriles, irriguos & fructiferos faceret. Vel [ concutien-  
 tis desertum ]. i. gentiles qui prius erant deserti à cultu  
 dei: & ipse dñs [ commouebit ] in futuro [ desertū Ca-  
 des ]. i. Iudæos qui deserti erant à sancto legis. Cades  
 namq; sanctum legis interpretatur: & hæc commotio  
 fiet, quando reliquiæ filiorum Israël saluæ fient: & ab  
 hoc sancto legis. i. spirituali intellectu sunt remoti Iu-  
 dæi, qui non solummodo spiritalem intellectum se-  
 quuntur: & hic notatur spiritus pietatis. ¶ Vox ] illius  
 etiam

Exo. 17.

etiam [domini] est vox domini [præparatis ceruos] id est, dominus ille per inspirationem suam præparat ceruos, id est quosdam vt fiant similes ceruis, scilicet pavidos bono timore, & haurientes venena huius mundi, ita quidem quod illa hausta non noceant illis, Sustinent enim persecutiões & obiectiones hæreticorum, quibus tamen non læduntur. Ceruorum namq; natura est vt pavidus sint, venena hauriunt, quæ tamen nihil eis nocent, & hic notatur spiritus timoris, & hæc inspiratio timoris [revelabit condensa] id est, occulta scripturarum. Sicut enim ceruus per timorem trāscurrit condensa spinarum, sic gratia dei deum timentibus aperit occulta scripturarum: & quia per hæc dona consummat ecclesiam, ideo [omnes dicent gloriam ei]. i. prædicabunt eum gloriosum omnes dico quicunq; habitant [in templo eius] id est, in sancta ecclesia, quæ ipsa dona consummat. Hic notatur pars tertia, scilicet, de cooperatione patris & filij cum spiritu sancto. Continuatio: Spiritus sanctus confert hæc omnia dona: ipse etiam idem [dominus facit etiam inhabitare diluuium]. i. suos fideles facit habitare baptismū. Vivunt enim iusti in baptisate vbi crimina mundi moriuntur, quod significatū fuit in diluio, in quo Noë, propter suam iustitiā securus habitavit, & criminosi mortui sunt, Spiritus sanctus purgat eos per diluuium baptismatis [ & dominus ] filius scilicet [sedebit rex] dominus in eis iudicans: & in eis sedebit non tantum vsq; in finem mundi, sed [in æternum.] ¶ Et illi [populo suo] iam purgato per spiritū sanctū: & ita gubernato per filium dabit [dominus] pater [virtutem] id est incrementum bonorum, & etiam omnia bona supra dicta quæ a sancto spiritu specialiter dari dicuntur, in quære patris & spiritus sancti cooperatio cognoscitur:

Exodi. 7

& ipse [dominus] ter dictus, id est, trinitas tota [populo suo] constituto [in pace] id est, æternitate [benedicet] [dando gloriæ incrementum].

## IN PSALMVM XXIX.

Titulus. Psalmus cantici in dedicatione domus David.

**E**Xaltabo te domine] Psalmus iste est cantici, id est, exultationis, habitæ in dedicatione domus David, id est, in cõsideratione dedicationis, id est confirmationis domus David, id est corporis: quod corpus fuit domus Christi, secundum deitatem: vel fuit domus prophetæ David, quia fuit de semine David: & huius domus fabricatio fuit in conceptione, dedicatio in resurrectione. Sicut enim domus celebris fit in dedicatione, sic Christus celebrior est factus in resurrectione, assumpta impassibilitate & immortalitate. Christus est materia, quam sic disponit. In prima parte psalmi est gratiarum actio de libertate, in qua etiam hortatur sanctos, vt pro eadem domino reddant grates, quæ liberatio illorum est qui per eam liberati sunt. In secunda parte ostenditur meritum, quare fuit dignum vt liberarentur. In tertia parte circa finem manifeste ponit resurrectionem, Intentio est, hortari homines ad laudem dei de sua substantia, quæ & illorum est: quæ notatur vbi dicitur: Psallite domino sancti eius, & cætera: & à gratiarum actione de sua liberatione sic incipit: ¶ Vox Christi [Domine deus exaltabo te] id est, ampliabo nomen tuum per multas Gentes: & ne hoc videretur mirum, quod humilistam altum deberet exaltare, ostendit quod possit & debeat, dicens: Ideo possum & debeo, [quoniam suscepisti me] vniendo verbum tuum meæ humanitati: & propter hoc etiam quod [nec delectasti] id est, delectari fecisti [inimicos meos]



os] quolibet, ita quod essent [super me] se esse in pas-  
 sione, tamen illud gaudium versum est in tristitiam.  
 ¶ Et ideo etiam exaltabo te quia [sanasti me] etiam  
 in meis, me faciendo impassibilem & immortalem in  
 meis, liberando eos à peccatis, & faciendo iustos: & ē  
 præmissa causa, quod dignus saluatione sit, cum dicit:  
 [domine deus meus clamaui ad te,] ¶ Et ideo exalta-  
 bo te, quia tu [domine eduxisti, animam meam ab in-  
 ferno] & sic [saluasti à descendentibus in lacum] id ē  
 à Iudæis saluatus fuit, quando eo factō immortali &  
 impassibili, nulla mala inferre poterant ei. ¶ Et ideo  
 quia sic me dominus liberauit, vos per meā liberatio-  
 nem facti sancti eius: [psallite] bene operando huic  
 [domino] [ & cōfitemini] ore & corde [memorię]  
 id est, huic domino, quia memor vestri: memorię dico,  
 non procedente ex nostro merito, sed [sanctitatę  
 eius] id est, ex sua sola sanctitate. Vel [memorię san-  
 ctitatis] id est, qua sanctificat alios: sanctitatis dico  
 [eius] id est, quæ ab ipso procedit. ¶ Et bene debem<sup>us</sup>  
 confiteri, [quoniam ira in indignatione eius] id est,  
 quando se auertit ab aliquo, est pœna ei à quo se auer-  
 tit: [ & in voluntate eius] id est, in beneplacito eius, ē  
 [vita] quæ incipit in hac vita per iustitiã, & ducit in vitã  
 æternam. Et hic innuit quod non tantũ debemus do-  
 mino confiteri quia dat bona, sed quia etiam mala re-  
 mouet, in quibus iuste tenebamus. ¶ Dixit quod ira ē  
 in indignatione, & vita in voluntate: nunc ostendit per  
 quem fit ira, scilicet per Adam: & quibus: scilicet imita-  
 toribus ipsius: & per quem fit vita, scilicet, per Christũ:  
 & quibus: scilicet imitatoribus Christi. Continuatio:  
 Vita est in voluntate, sed non omnibus: quia respici-  
 entibus [ad vesperum] id est, imitãtibus casum Adæ.  
 Rei enim veritas est, quod Adam in vesperę, id ē, post  
 k v meri

meridiem declinante sole fregit obedientiam. Dum enim fuit Adam in meridie, id est, in seruire dilectionis, obedientiam viriliter seruauit. Postquam vero charitas in eo refrigit, & post meridiem, id est, post charitatem fuit, ab obedientia discessit: cuius imitatores illi esse dicuntur, in quibus non ardet charitas, & illis respicientibus ad uesperum [ demorabitur fletus ] id est, remanebit fletus: respicientibus uero [ ad matutinum ] id est, ad resurrectionem Christi factam in mane, id est, imitatoribus eius [ iactitia ]. ¶ Hic ostendit & causam & meritum suae liberationis, & ostendit eum contrarium esse Adae: quia cum Adā esset perfectus & in abundantia positus, non attendit, imò recessit. Ostendit autem quod cū Christus esset positus in abundantia, nulla tribulatione ab obedientia potuit remoueri. Continuatio: illis respicientibus ad uesperum, erit fletus. [ Ego autem ] non sum de illis, scilicet, existens [ in abundantia mea ] id est, in perfectione scientiae & omnium uirtutum [ dixi ] id est, de liberaui. in ipsa rei exhibitione hoc ostendit: [ non mouebo ] [ ab illa abundantia ] [ in aeternum ]. ¶ Dixit quod illam abundantiam custodiret, & nunc ostendit quod illam abundantiam non habet ex se, sed ex solo deo, & hoc est, [ Domine decori meo ] id est, abundantiae illi meae [ praestitisti uirtutem. id est, constantiam, & hoc non ex merito meo, sed ex sola tua uoluntate ]. ¶ Praestitisti uirtutem, sed tamen aliquando [ auertisti faciem tuam a me ] id est, permisisti me tribulari: & tunc [ ego ] homo [ factus sum conturbatus ] & hic magnum meritum ostendit Christi, qui nec sic probatus, ab obedientia cessauit. ¶ Ego conturbor, sed in ipsa conturbatione [ o domine clamabo ad te ] de obtinendis bonis: [ & deprecabor ad te deum meum ] de remouendis malis. ¶ Ad te clamabo, sic dicens [ dum ] . id est, si descendero in corruptio-

corruptionem ] .i. si redigor in puluerem, [ quæ utilitas tunc in sanguine meo? ] id est, quid proficiet mihi vel alijs sanguis meus effusus? Si sanguis iusti effundatur, debet proficere: si sanguis impij, nulla utilitas debet queri. ¶ Si redigar in puluerem, nulla utilitas consequetur: quia neq; confessio, neq; veritatis annunciatio, ad quæ facienda resurrectio Christi necessaria fuit. Continuario. Dico, si descendo in infernũ, nulla erit utilitas, quia [ nunquid puluis ] .i. caro redacta in puluerẽ [ confitebitur tibi? ] .i. erit causa confessionis .i. laudis tuæ, [ aut annuntiabit veritatẽ tuam ] ille puluis .i. erit causa quare causa tua annuncietur de reparatione humani gñis, quã tu per me facturus es: Non utiq; ideo nolo vt permittas me redigi in puluerem, sed cito resuscita. ¶ Ego clamabo, & dominus exaudiet me, propter meritum clamoris, & etiã propter misericordiã, & hoc est, [ miserus est mei ] & ipse idem [ dñs est factus adiutor meus ] scilicet [ plañtũ meum ] .i. dolorem conuertit in gaudium, sed ex familiaritate conuertit se ad ipsum, cum dicit, [ conuertisti ]. Dolor enim mortis conuersus est in gaudium per gloriam resurrectionis, conuertisti dico [ mihi ] .i. ad utilitatem mei & meorum conscidisti saccum meum .i. carnem meã. Carnem Christi ideo saccum vocat, quia sicut saccus vestis pœnitentialis est, sic caro Christi vestis pœnitentialis est, non quod sua peccata portaret, sed aliorum. Vnde dicitur: Peccata nostra ipse portauit. Confessio ipsa facta fuit in ipsa passiõe: & postea ipsa resurrectio ne [ circũdedisti me legitia ] .i. impassibilitate & immortalitate, & ab hoc versu manifeste incipit ostẽdere de resurrectione. ¶ Circũdedisti [ vt ipsa gloria mea ] .i. resurrectio mea [ canter tibi ] id est, ostendat te esse laudabile. Hoc enim resurrectio Christi efficit, vt deus per

Esaig. 53.  
 1. Pet. 2.



totum mundum laudetur: & illa non erit ad horam, sed iam deinceps [nō compungar] id est, nullam partem mortis sustineam. Vnde Apostolus: Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur: & sicut illa gloria aeterna erit, sic confessio quæ ex hoc procedit, erit aeterna: & hoc est, [confitebor tibi] id est, laudabo te non tantum in hac vita sed etiam [in aeternum] & in me & in meis.

## IN PSALMVM XXX.

Titulus. In finem Psalmus David.

**I**N te domine, ] Psalmus iste conuenit Christo, qui loquitur hic, non tantum pro se, sed pro martyribus suis dirigens in finem, id est, in Christū: & hic notatur intentio sicut & in cæteris psalmis. Materiam habet in hoc psalmo duo opposita, auxilium diuinę pietatis, & humanę fragilitatis miseriam & hoc psalmo tres partes facimus, & in prima parte attendens misericordiam dei, petit se & suos per diuinam misericordiam, à miserijs ne deficient, liberari. In secunda parte miseras enumerat, quas ipse & sui patiuntur, In tertia vero ponit exultationem suę liberationis, & gratiarum actionem, inuitat etiam alios ad dei dilectionem. Intendit autem homines admonere, vt neq; desperent attendentes suas miseras, neq; superbiant stulte de dei misericordia præsumentes & sic manifeste in finem. i. in Christum nos dirigit. ¶ Et admonens alios sic dicit Nolite præsumere de vobis, sed sperate in domino, sicut & ego nunq̄ de me præsumpsi, sed [speraui semper in te domine] deus meus, & quia speraui [non confundar in aeternum] non negat quin patiatur exultationem inimicorum, sed illa tamen aeterna non erit: non confundar in aeternum, sed potius domine [libera me & meos ne frangar miserijs huius mundi, & hoc [in iustitia

iustitia tua] quia hoc exigit iustitia tua, vt sperantes in te liberares. ¶ Et quia vox mea non posset ascendere ad te, tu domine [inclina aurem tuam] id est, potentiam tuam [ad me] id est, ad subueniendū mihi, [inclina,] id est, humilia, ad eripiendum me de miserijs istis. Hęc inclinatio intelligitur esse facta in hoc, quod verbum dei vnitum est humanæ naturæ, & ipsa semper durat. Inclina dico, & [accelera] id est, cito fac omnia quæcunq; pro me facturus es, scilicet, da perfectam formā viuendi per me, secundum humanitatem meam. In morte mea cito redime animas de inferno, ne differas resurrectionem vsq; in communem. Accelera dico [vt eruas me] vt nihil amplius persecutores nocere valeant mihi, nec meis præualere. ¶ Et interim, id ē, dum illa acceleratio erit, [esto mihi in deum protectorem] id est, tam fortis protector, quàm bonus deus potes esse, ne vulneret tuis inimicorum, & esto mihi [in domum refugij] id est, securitatis, in qua quietam finitis laboribus, & quia possent finiri labores ad tempus, & reinciperent, addit [vt saluum me facias] id est, sic sis mihi refugium, ne vltius labore aliquo valeam excitari. ¶ Ideo peto vt sis mihi protector & refugium, [quoniam] tu solus es [fortitudo mea,] qua ego & mei possimus contra repugnantes resistere, & etiam [tu es refugium meum] id est, securitas in qua quiescamus & ego & mei. Deus fuit refugij Christi in resurrectione, suis membris est refugium, cum facit eos securos per sacramenta ecclesiæ, scilicet per corpus Christi, per orationes, &c. Et non tantum protector eris & refugium, sed etiam [deduces me & enutris me] id est, in propria persona deductus est Christus, cum ad omnes Gentes per prædicationem apostolorum nomen suum extensum est, deducuntur sui, p dilatio

Hebr. 4.

latationem famæ, sicut Petrus dilatatus fuit per totū mundum. Christus in propria persona nutritus erat, sui nutriuntur quando de virtute in virtutem redduntur: & hoc [propter nomen tuum] dilatandū. ¶ Benedico, deduces me in cognitionem, quia tu [educes de laqueo] .i. de morte, quæ dicitur laqueus: quia p mortem putauerunt impedire nomē eius, [quem absconderunt,] .i. latenter parauerunt [michi] quem nullum latet secretum. Suos similiter eripit deus de laqueis diaboli, ideo scio quia educes, [quoniam tu es protector meus] & non potest illaqueari, qui talem habet protectorem. ¶ Et quia es protector, ideo [cōmendo spiritum meum] .i. animam meam [in manus tuas] .i. in potestatem tuam. Commēdo dicit, sicut illi cui familiaris fuit, & cui bene confidebar quod redderet, & tu [domine deus veritatis redemisti me] . Redempta est anima Christi & aliorum, per suam tam perfectam obedientiam. ¶ Et ideo quia deus es veritatis [odisti obseruantes vanitates] .i. appetitores mundanorum. Vere istæ res mundanæ sunt vanitates, quia [superuacua]. Vacuæ sunt, quæ nihil vtilitatis afferunt, superuacua, quia etiam damnū afferunt. ¶ Illos odisti, [ego autem speravi in domino] & ideo [exultabo] in corpore [ & letabor] in spiritu [in misericordia tua] scilicet, nō tantū propter hoc quod speravi. In hoc quod dicit exultare, quia sperauit, notat veritatem dei. Non enim deus veritatis esset, nisi secundum deum retribueret speranti in se. ¶ Benedico, quia exultabo. [quoniam respexisti humilitatem meam] .i. miserrus es meæ fragilitatis & meorum & afflictionis, ne a persecutoribus superer [saluasti etiam animā meam de necessitatibus] id est, de peccatis, de quibus anima Christi immunitis fuit, animæ suorū a criminalibus, vel si sui habuerint



erunt criminalia, non nocuerunt eis. Necessitates peccata nominat, & quia inevitabiles sunt hominibus, & quia necem portant. ¶ Et quia saluasti, ideo [nō conclusisti me in manus inimici] .i. in potestate diaboli. In manus inimici cōclusus esset, si nullo modo ab eius potestate egredi posset, sed potius [statuisti] id ē, firmiter posuisti [pedes meos], .i. affectiones meas [in spacio] loco] ita vt sine aliqua offensione possim incedere, sicut aliquis in spacio libere icedit quo vult. Vel p̄ locū spaciosum, charitatem intelligamus, in qua Christus late ambulauit, & sui cū proximo suo. ¶ Hic incipit secunda pars de enumeratione miseriarum huius fragilitatis. Post q̄ dixit se esse in spacio loco p̄ misericordiam dei, timens tamē de sua fragilitate, enumerando miseras suas, postulat misereri, sic dicēs, [O domine miserere mei] & opus est [quoniā tribulor] & ipsam tribulationē aggrauat, scilicet, talis est illa tribulatio, quod ex ea [oculus], .i. intellectus meus [conturbatus est in ira] .i. in p̄no illata ab eis [ & anima mea], .i. animalitas mea: [ & venter meus], .i. memoria mea, quæ ideo venter dicitur, quia sicut in ventre escāe recondūtur, ita in memoria abdita reconduntur & secreta, [turbatus est] quamuis certus esset de promissione quæ dixerat: Clarificauit & iterum clarificabo: non ita debemus intelligere Christi vitam, siue memoriam esse turbatam, vt aliquo modo deficeret, sed sponte conturbari voluit, vt alijs exemplum relinqueret, ne si turbarentur, desperarent. ¶ Ecce p̄missæ tribulationis partes exequitur. Vere tribulor, [quoniam vita mea] hastenus acta [in dolore deficiet,] in morte. & q̄a vita illa posset esse acta in dolore per vñū diē vel per duos, q̄d nō videretur magnū addit:

Ioan, 12,

addit, [ & anni mei ] id est, vita mea multis annis acta  
 [ in gemitibus ] deficiet in morte. De quibusdam mē-  
 bris Christi potest dici, quia vita eorum per multos fu-  
 it annos in dolore, sicuti de Paulo & similibus, de qui-  
 busdam vero alijs, quia vita eorum defecit in dolore  
 breui, vt de Hippolito & similibus. ¶ Vita defecit i do-  
 lore, & etiam [ virtus mea ] id est, anima [ infirmata ē  
 in paupertate ] & in consideratione meā paruitatis,  
 quia nihil habeo ex me [ & ossa mea ] id est, corporis  
 mei roborum sunt ita, vt quicunq; putent me aliquod  
 robur habere, ego nihil puto ex me habere. Cū Chri-  
 stus dicit se esse infirmum & in corpore & in anima, o-  
 mnem a se superbiam remotam ostendit, & quod ali-  
 quis non debet de se præsumere. ¶ Pōnit item alias mi-  
 serias, dicens: [ Factus sum ] etiam [ obprobrium sup  
 inimicos meos ] id est, plus quā inimici mei, cum, ijs i-  
 digni essent tanto obprobrio [ & factus sum valde ti-  
 mor vicinis meis ] id est, causa timoris, quia videntes  
 eum tradi in mortem, timuerunt. Vicinos vocat illos  
 qui licet nō essent discipuli domini, tamen accedebāt  
 vt audirent eum: [ & notis meis ] id est, ipsis discipulis  
 meis [ factus sum timor. ] Siue ira legitur: [ Fact⁹ sum  
 obprobrium valde vicinis meis sup inimicos meos ]  
 id est, plus habuerūt me vicini mei obprobrio, quā  
 inimici [ & timor factus sum notis meis. ] Alia trans-  
 latio habet, apud inimicos, scilicet, inimici habuerunt  
 me obprobrio. Item alia miseria, & etiam illi [ qui vi-  
 debant me ] id est, qui cognoscebant me deū esse [ fu-  
 gerunt a me foras ] id est, sola exteriora in me cogno-  
 uerunt, scilicet, me solum hominem arbitrati sunt. Vn-  
 de & ei resuscitato duo discipuli dixerunt. Nos putaba-  
 mus, quia ipse esset redempturus Israël. Vel ita, [ illi q  
 videbant me ] ita tractari [ fugerunt a me foras ] vt si-  
 pra

pra: & etiam [datus sum obliuioni à corde] illorū [tāquam] [quilibet] [mortuus]. Hanc sententiam: cōprobat illa translatio, quæ habet, excidi à corde. Vel [tanquam] [mortuus] à corde]. i. quilibet peccator, cui⁹ cor id est, ratio, nō uiuit: & hæc sententia currit p campos. ¶ Item alia miseria: [Factus sum etiam tanquam] [vas] [perditum] quia sicut] [vas] [fractum] non potest] [liquorem] [retinere], sic nec ego meos apostolos: & propter hoc me vilem habuerunt, [quouia] ego audiui]. i. patienter sustinui] [vituperationem] [cōmorantium] [in] [circuito]. i. in exteriori meo, quia non cognoscebant me esse deum. Vel [cōmorantium] [in] [circuito]. i. in appetitu mundanorū, quæ semper sunt in] [circuito]: quia in eis nullū caput est, nullus finis. Vel [in] [circuito] id est in aliquo errore. ¶ [In] [eo] [circuito] [dum] [conuenirēt] in] [cœtum] [aduersum] [me] [simul]. i. vnanimiter [cōsiliati] sunt accipere animā meam [id est, tollere]. Vel [in] [eo] sunt consiliati, vt tollerent animā meā] & hæc est alia translatio. ¶ [Ipsi] sunt consiliati [ego] autē in te speraui dñe] quia sciebā hæc omnia fieri tua dispositione & [dixi] tibi deliberatione cordis [sortes] meę]. i. euentus mei, sunt [in] [manibus] [tuis] id est, in potestate tua. Per sortes ideo euentus accipimus, quia sine humana dispositione per solam dei dispositionem eueniunt. ¶ Et ideo [eripe] me de manu]. i. de potestate [inimicorū] meorū] illorum, qui habent me odio [ & à] persequentibus me]. i. ab eis qui inferunt mihi mala. ¶ [Eripe] me & [illustra] mihi [faciem] [tuam] [super] [me] [seruū] [tuū] & meos: hoc dicit per simile. Nam sicut cum aliquis dominus ostendit seruo suo faciem suam claram, alij habent eum in maiore honore: sic Christus fuit in maiore honore, cum dominus ei ostendit faciem suam eum resuscitando: illustra, scilicet [saluum] [me] [fac] &



hoc non merito meo, sed [in misericordia tua dñe] ita  
 ut [non cōfundar & cū misericordia ponit meritum,  
 quare eum saluū faciat, subdit: [qm̄ inuocaui te. ¶ Ego  
 nō confundar, [impj̄ aut̄ erubescant] .i. confusibiles  
 appareant, & verecundantes de peccatis suis [deducā  
 tur in infernum] materialiter, & [labia dolosa] .i. illi  
 qui modo sunt garruli & dolosi [sūt muti] post q̄ ad  
 inferos deducuntur. ¶ Quæ [labia] loquunt̄ iniquita  
 tem aduersum me iustum in superbā] cōtra me iustū  
 superbiunt [ & in abusione ] quia ipsi abutebant̄ do  
 ct̄rina eius, negligentes eā. Et alia translatio, in super  
 bia & in contemptu. ¶ [Incipit tertia pars, in qua ponit̄  
 exultatio liberationis, & gratiarum actio, & inuitatio  
 ad dei dilectionē. Continuatio: Misere humana frā  
 gilitatis quæ tam multa est, sed misericordia tua dñe ē  
 contra omnia: Domine [quām magna est misericor  
 dia dulcedinis tuæ] .i. beneficiorū, quæ dulcia sunt gu  
 stantibus [quam] dulcedinem [abscondisti] ab appe  
 titoribus mundanorum reseruando eam [timētibz  
 te] .i. ad opustuum timentium te. ¶ Et illam dulcedinē  
 [perfecisti] .i. perficies in [eis qui sperant in te] & hoc  
 manifesto erit, scilicet [in conspectu filiorum homi  
 num] .i. carnalium. Videbunt enim mali in communi  
 resurrectione gloriam fidelium, scilicet Christum ascē  
 dentem cum suis, & tunc tolletur impius, ne videat glo  
 riam dei. Vel [perficies eis qui sperant in te] itaq; con  
 siteātur te si opus sit [in conspectu filiorum] .i. secula  
 rium principum. ¶ Hanc autem dulcedinem incipit de  
 us dare fidelibus in hac vita, & perficit in alia, & vtran  
 que partē exequit̄, meliorē pro dignitate præponēs.  
 Continuatio: Perficies illā dulcedinem sanctis, scilicet  
 [abscondes eos] .i. ita collocabis, q̄ nullus poterit eos  
 cōturbare. Abscondes dico [in abscondito faciei tuæ]  
 scilicet

scilicet inter angelos vbi facies, tua .i. cognitio tua, est  
 abscondita quidem hominibus modo in carne viuen-  
 tibus, & per hoc remotos [ à cōturbatione hominū. ]  
 ¶ Et ne aliquis diceret, quis tantū expectare pōt, ponit  
 præsentem consolationem. Continuatio: Post resurre-  
 ctionem abscondes eos in p̄sentia tua, & interim [ p-  
 reges eos in tabernaculo tuo ] .i. in præsentia ecclesia, in  
 qua dei militiam exercemus [ à conturbatione lingua-  
 rum ] scz, ne linguæ hæreticorū contradicentes verita-  
 ti, valeant eos sibi incorporare. ¶ Et quia tot bona fa-  
 cit dñs, ideo fit [ benedictus ] .i. exaltatus super omnes  
 Gentes: [ quoniam mirificauit ] .i. mirabilem ostendit  
 misericordiam suam [ consistendo hæc prædicta dona  
 [ in ciuitate munita ] .i. in sanctis suis, qui dicunt ciui-  
 tas, quia sunt multi: & munita, propter multas virtu-  
 tes quibus roborati sunt. Vel aliter secundum Hiero-  
 nimum: [ Benedictus deus, qm̄ mirificauit misericor-  
 diam suam mihi in ciuitate munita, .i. in Hierusalē, vbi  
 ipse fecit hæc mirabilia, scz, Christum nasci, pati resur-  
 gere, & cætera quæ per eundem in eadē ciuitate facta  
 sunt à deo quæ mirabilia dei ibi facta, fuerunt causa o-  
 mnium beneficiorum quæ deus ecclesiæ cōtulit. Hie-  
 ronymus non ponit munitā, sed ponit quiddam vnde  
 ipsa ciuitas in medijs partibus mundi, intelligitur col-  
 locata .i. in media ciuitate: in qua ideo Christus habi-  
 tare & mori elegit, vt se medium omnibus propone-  
 ret. ¶ Deus sic mirificauit misericordiam, & tamē ego  
 habui miseras, & hoc est [ ego ] positus [ in excessu mē-  
 tis meæ ] .i. in angustia mentis [ dixi ] vel corde, vel vo-  
 ce [ proiectus sum à facie ] .i. ita reputatus sum, vt vide-  
 ar esse proiectus [ à facie oculorū tuorū ], .i. à præsentia  
 misericordiæ tuæ. Excessus dicitur, siue quando homo  
 rapitur ad contemplationem diuinorū, vt Paul⁹ dicit  
 l ij siue

siue mente excedimus de o, siue quando aliquis ex tristitia sensum excedit, scilicet non remanere apud se.

¶ Et quia sic me humilē exhibui, [ ideo exaudisti vocem deprecationis meæ ] & meritum quoddam exauditionis supponit cum dicit: [ cum clamarem ad te [ .i. quia clamaui. ¶ Et quia dñs hæc beneficia confert fidelibus, & clamātes exaudit, ideo vos [ oēs sancti diligite ] illum [ dominū ] quoniā licet permittat modo conculcari veritatē, tamē in suis [ requiret veritatē, & retribuet ] pœnam facientibus superbiam ] & hoc nō modice, sed [ abundanter ], ¶ Hic ponit conclusionē totius psalmi. Continuatio: Quoniam ipse tequiret veritatem, ideo [ viriliter agite ] & si in corpore est infirmitas vel lassitudo [ cor vestrum confortetur Viriliter agite dico [ omnes qui speratis in domino. ]

IN PSALMVM XXXI.

Titulus, Intellectus Dauid.

**B**Eati quorū ] Psalmus iste exponit nobis intellectum Dauid vere pœnitentis. Materia est Dauid propheta pœnitens, vel quicunq; vero intellectu pœnitens. Agit de ipso sic: qui cum ignorasset ante peccata suo, iam recognoscit. Ponit ipsius etiam cōfessionem, deinde illius confessionis commendationē In quarta parte ponit Christum promittentem plura bona huiusmodi pœnitenti. Intentio est, nos admonere ad intellectum huiusmodi confessionis. ¶ Loquens iste pœnitens, iam in prima parte se ostendit peccata cognoscere, cum dicit: [ Beati quorum iniquitates ] .i. carnis naturales suggestiones [ remissæ sunt ] id est, debilitatæ sunt in baptismo, ita quod licet ad peccandū instigent, non tamen ad actum perducunt. Vel [ iniquitates ] id est, peccata quæ fuerunt ante baptismum [ sunt remissæ ] id est, penitus in baptismo destrinctæ:  
& illi



& illi sunt beati [ quorum peccata ] post pabrtismū per  
 perrata [ sunt tecta ] per pœnitētiā. Cum dicit tecta  
 dat intelligere ibi dictū esse de criminalibus quæ indi-  
 gent regi, ne appareāt in conspectu domini ad punien-  
 dum. ¶ Ille etiam [ vir est beatus, cui nō imputabit do-  
 minus peccatū ] id est, qui cum fecisset peccatū, tale nō  
 fecit quod dominus respiciat ad puniendū: per quod  
 noratur peccatū, quod sola oratione potest deleri: &  
 cū non fecisset nisi leuia, ipse tamen impurat sibi, quod  
 noratur vbi dicit: [ uec est in spiritu eius dol⁹ ]. Dolus  
 esset in spiritu eius, id est, in voluntate, si diceret se sine  
 peccato esse, cū sciat neminē sine peccato viuere. Vnde  
 Iohannes: Si dicimus quia peccatū non habemus, nos  
 metipso seducimus, & veritas in nobis non est. Cum 1. Iohā. 1.  
 dicit beatus quibus hæc trina remissio fit, ostendit se  
 peccata iam recognoscere. ¶ Modo sic renosco pecca-  
 ta, sed ante tacui me habere peccata, & [ quoniā tacui,  
 inueterauerunt ossa mea ] id est, ad modū veteris ve-  
 stis appropiauerunt ruig robora mea. Bene dicit, in-  
 ueterauerunt, & nō destructa sunt, quia poterant reg-  
 dificari. Tacui me habere peccatum [ cum clamare ] p  
 ipsa opera me habere peccatum [ tota ] id est, assidua  
 [ die ] Vel cum clamarem ] meā scilicet iustitiā. ¶ Ostē-  
 dit sibi mala euenisse, quod tacuit. Continuatio: Prius  
 tacui, sed modo [ sum conuersus ] id est, ita quod sim  
 [ in ærumna mea ] id est, cognoscam me ærumnosum  
 i. peccatorē: & preponit causam conuersionis, cū dicit:  
 [ configit spina ] iuggestione, consensu, cōsuetudine.  
 [ Quoniā manus tua ] .i. vindicta tua [ grauata ē ] .i.  
 grauior facta est [ super me ] & hoc ] die ac nocte ] id  
 est, assidue. Grauata dicit à similitudine magistri, qui  
 ingrauat super discipulū, vt faciat eum recognoscere  
 delictū: conuersus dico [ dum configitur spina ] id est,  
 I iij. quia

quia destruitur superbia: quæ ideo per spinam intelligitur, quia in spina est erectio hominis. Bene dico in ærumna [ dum ]. i. quia [ configit spina ]. i. punctio peccati. ¶ Hic incipit confiteri, Dico conuersus sum, & deinde [ cognitum tibi feci ]. i. confessus sum [ delictum meum ]. i. quod deliqui nihil faciendo [ & iniustitiam meam ]. i. quod contra veritum feci [ non abscondi ] sed tibi manifestaui: nō q̄ aliquando essent ignota, sed ille dicitur nota deo facere peccata, qui seipsum cognoscit damnabilem, & medicum requirit. ¶ Hic ostendit quid profit cognoscere peccatum. Delictū tibi feci cognitum, ex quo etiam [ dixi ]. i. deliberavi sc̄z, apud me ipsum [ confitebor dño iniustitiam meam ]. i. mala opera mea, quod facere est aduersum me, qui prius peccata mea defendere consueueram, [ remisisti tu ] non solum peccata, sed mala opera sc̄z [ impietatem ]. i. excusationem [ peccati mei. ] Licet autem deus dimittat peccata, ex quo homo in voluntate penitet, tamē cōfitendum est ministris ecclesiæ, quia, nisi confiterentur ex sua inobedientia damnarētur. Quod ostensum est Laxaro, qui post q̄ resuscitatus fuit, indignit solui. ¶ Pōnit commendationem confessionis, cum dicit sanctos orare pro remissione impietatis, quæ remissio habetur ex confessione. Bona est impietatis remissio, & [ pro hac ] habenda [ orabit omnis sanctus in tempore opportuno ] i. in hac vita, in qua tantum valet oratio impetrare. ¶ Alia commendatio confessionis. Beni orabunt, [ veruntamen ] habitātes [ in diluuiō aquarum multarum ]. i. in submersiōe multorum peccatorum [ non approximabunt ] ad eum per aliquam confessionem. ¶ Et bene debent sancti orare ad te, quia [ tu es refugium meum ]. i. facis me securum [ à tribulatiōe ] peccatorum præteritorum [ quæ circumdedit me ] &

Cōfessio  
pētōrii.

tu dñe [erue me à circumdantibus me]. i. daemonibus  
 & p̄sentibus peccatis: tu dico [exultatio mea]. i. de q̄  
 exulto, securus q̄ cito eripias. Ponit hic quartam par-  
 tem, sc̄z per remissionem, quam facit Ch̄s confitenti-  
 bus. Continuatio: Bene dico te esse refugium, quia tu  
 ipse dicis: [dabo tibi intellectum] quo cōfitearis p̄ctā  
 tua, & [in via qua gradieris]. i. in bonis operibus, q̄b̄  
 ad deum incedis [instruam te] amodo do arma qui-  
 bus possis pugnare, sc̄z virtutes: & quia sic instructus,  
 sine dei custodia non possis persistere, dicit: [firmabo  
 super te oculos meos]. i. per misericordiam custodiā.  
 ¶ Et quia dabo intellectum, [nolite fieri sicut equus et  
 mulus, quibus nō est intellectus.] Similes essent equo  
 si non attenderent quē portarent, siue deum, siue ini-  
 micum. Similes essent mulo, si non cōsiderarent one-  
 ra sua, an portarent peccata, siue bona opera. Vel per  
 equum accipiamus gentilem populum, qui indomit⁹  
 & effrenis legem non curabat: per mulum Iudaicū po-  
 pulum, qui durus & piger erat ad legem implendam.  
 ¶ Dico nolite fieri, sed o dñe deus si tales fuerim [con-  
 fringe maxillas eorū in chamo]. i. in minori penuria vi-  
 ct⁹ & vestitus, [ & in freno ] id est, in maiori penuria  
 victus. Chamus est ligatura qua ligantur domita ani-  
 malia: frenus qua indomita: maxillas dico eorum [qui  
 non approximant ad te] per confessionem. ¶ Per cha-  
 mum & frenum corrige eos, & prater hæc sunt [mul-  
 ta flagella peccatoris]. i. quibus debent corrigi pec-  
 catores: [sperantes autem in dño misericordia circun-  
 dabit] quia in nullo deficiet eis misericordia. Hæc ver-  
 ba sunt Christi ad patrem, ex quo dixit confringe ¶ Mi-  
 sericordia circundabit sperantes, ideo vos iusti qui in  
 dño speratis [letamini] in mēte, [ & exultate ] in cor-  
 pore [ & gloriamini ] iā securi de gl̄ia [ oēs recti corde



Titulus. Psalmus Dauid in finem.

**E**Xultate iusti ] Psalmus iste conuenit Dauid, p-  
phetæ, qui & hic loquitur, & facit cantilenam de  
laude dei, quæ mitigat tentationes diaboli, sicut  
cantilena Dauid mitigat spiritum Saulis. Materia est  
laus dei. Eam ita tractat: admonet ad laudem dei, po-  
nendo causas quare debeamus deum laudare. In secū-  
da parte ostendit illos esse beatos, qui deum laudauerunt.  
Intentio est admonere ad laudem dei, quod nota-  
tur in prima parte, à qua sic exultanter incipit. ¶ Vos  
impij non debetis exultare in domino, sed vos [ iusti  
exultate in domino ] & non in mundanis. Bene dico,  
iusti exultate, quia [ rectos ] illos qui exultauerint [ de-  
cet laudatio ] scilicet vt laudent deum. Vnde dicitur:  
Peccatori dixit deus, quare tu enarras iustitias meas?  
Et item: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Vel si  
habeatur collaudatio, per eam laudantium vnanimi-  
tas intelligitur. ¶ Hic ponit partes laudationis, quam  
admonet facere nos dicens: quia decet rectos lauda-  
tio, ideo vos recti [ confitemini domino in cithara ]  
id est laudate eum in corpore vestro, & in substantijs  
inferioribus, scilicet, in eleemosynis, quod per citharā  
ideo intelligimus, quia cithara est instrumentum ab  
inferiori parte resonans, & nos ab inferioribus, id est,  
ab istis mundanis resonemus ad laudem dei bene dis-  
ponendo ea: & non tantummodo ab inferiori parte,  
sed [ psallite illi ] id est, bene operamini [ in psalterio ]  
id est, in spiritu: psalterium dico [ decem chordarum ]  
id est, in spiritu implente decē præcepta legis. Per psal-  
terium accipimus superiorem laudem, quæ est in spiri-  
tu, quia psalterium à superiori parte emittit sonū. Hic  
notamus contemplatiuam: & vbi dicit, confitemini i  
cithar

Psal. 49.  
E ccli. 15.

cithara, actiuam vitam. ¶ Et nō solū in cithara & psalterio, sed [cantate ei canticum nouum] id est laudat de transmissione filij sui in mundum, quę laus de incarnatione dicitur nouum canticū, quia nō fuerat nobis cognitum, & etiam [psallite ei in vociferatione] id ē, laudate eum ita intenta deuotione, quod eam humanę uoces non ualeant explicare: & quia multi cōpuncti ita deum laudant, & tamen postea in peccata incidunt, addit: [bene] i. ita psallite, ut ultra nō uelitis nō psallere. ¶ Hic incipit causas reddere, quare sic admoneat nos laudare deum. Continuatio: Ideo debetis debetis deum laudare [quia rectum est uerbum] id est, præceptum [domini.] Nihil enim nisi rectum præcepit [ & omnia opera eius in fide ] .i. recta & fidelia sunt. Vel [ in fide sunt ] .i. ex fide haberi possunt, quia nulli fit remissio vel confessio, nisi prius in fide. Vel [ in fide ] quia quęcunq; deus facit, causa confirmandę fidei uel promouendę facit. ¶ Ideo quoq; laudandus est, quia [diligat misericordiam & iudicium] & non ideo dicit quin ipse quoq; diligat, sed quia ipse potius operatur secundum hoc. Secundum misericordiam operatur, cū peccata remittit, secundum iudicium, cum & bonis & malis secundum meritorum qualitatem tribuit, quasi sic diceretur: Unde habemus quod ipse diligat misericordiam: reddit causam, quia [misericordia domini plena est terra] .i. homines in terra tota. Ostēdit quomodo plena est terra misericordia domini, quia [caeli] id est, apostoli [sunt firmati uerbo dei] .i. in doctrina instructi, & exemplo uerbi dei. i. filij [ & omnis uirtus eorum ] .i. omnia miracula quęcunq; ipsi fecerunt: uel fortitudo eorum contra aduersa, sunt firmata [spiritu oris eius] .i. filij per quem loquitur pater, filij dico eius patri, & hic notamus totam trinitatem. Ideo quoque

I v laudan

landandus est, quia ipse est [ congregās aquas maris ]  
 i. mundanos homines, qui fluctuāt sicut aquæ maris,  
 ponēdo eos in ecclesia [ sicut in vitrē ] quia sicut aquæ  
 quæ sunt in vitre coarctantur ne exeant, sic iusti positi  
 in ecclesia, diuinæ paginæ instructione coarctantur, vt  
 non nisi eo permittēte qui posuit, egredi valeant. Per  
 vitrem qui fit ex corio mortui animalis, intelligimus  
 ecclesiam, quæ carnales mortificat concupiscentias  
 ipse dico [ ponens abyssos ], i. profundos in sensu [ in  
 thesauris suis ], i. dedit eis partē thesaurorum suorum,  
 conferendo eis cognitionem sapientiæ & scientiæ suæ,  
 sicut fecit beato Paulo, qui cognouit eum profundi  
 sensus. Vel ita: [ Ponens abyssos ], i. profundissime re-  
 nebrosos [ in thesauris suis ], i. vt sint pars thesaurorū  
 suorum, vt per eos legitime certātes remuneret. Sicut  
 enim sapientia data est sanctis donum dei, sic etiā mali  
 donum dei sunt cū sanctis ad maiore coronā dantur à  
 deo: vt Decius beato Laurentio datus fuit ad maiore  
 coronā. Et ideo, quia talis est [ omnis terra ] & si non  
 potest laudare, saltem [ timeat dñm ] sed si ex se nō ha-  
 bet quod timeat [ ab eo ] dño [ cōmoueātur ] dico p  
 inspirationē ad hoc timeant, cōmoueantur dico [ oēs  
 inhabitantes orbem ]. ¶ Et iste bene poterit commo-  
 uere, quia ipse creauit omnia, & hoc est, [ quoniā ipse  
 dixit ] i. voluit [ & facta sunt ] omnia. i. in formi ma-  
 teria, & in hæc formata redacta, & [ ipse ] prius [ man-  
 dauit ] i. voluit [ & creata sunt ], i. de non esse, ad esse  
 venerunt scilicet, facta est in formis materia. Vel ita,  
 [ Ipse dixit facta sunt ] omni [ ipse etiam mandauit ].  
 per angelos, & omnia [ creata sunt ] disposita. i. ordi-  
 natim facta. Sicut per angelū missum Moyfi, lex fuit  
 ordinata & facta. ¶ Dominus fecit omnia, & ipse [ dis-  
 sipat ] id est, destruit [ consilia Gentium ] scilicet, de  
 culta-



cultura idolorum, quando ad se conuertit omnia [re-  
 probat autem cogitationes populorum] .i. Iudaorū,  
 qui dicuntur populi, propter legem in qua viuere de-  
 bebant. Cogitationes istæ fuerunt de lege & loco reti-  
 nendo, & cum dñm in sepulchro retinere putauerunt:  
 & non tantum ipsorum minorum, sed [etiam repro-  
 bat consilia principum] .i. dæmoniorum, regum, du-  
 cum, & pontificum. ¶ Consilium eorum dissipat [con-  
 silium autem domini [de reparatione humani gene-  
 ris, quam deus occultauit multis [manet in æternū] ]  
 id est, immutabile est: [ & cogitationes eius ] id est, di-  
 spositiones eius, quæ dicuntur [cordis], quia rationa-  
 biliter factę sunt, extendentur [à generatione vsque  
 in aliam generationē] & iterum in aliā generationē.  
 Dispositiones dei sunt, quicquid in omni tempore est.  
 ¶ Hic incipit secunda pars. Continuatio: Et quia ipse  
 dominus est talis [beata] est illa [gens, cuius est domi-  
 nus] .i. quæ fecit dominum suum illum qui est [eius]  
 vclit, nolit [deus eius] .i. voluntarie constituit sibi illū  
 dominum, qui est dominus eius potestate. Incipit enu-  
 merare beatitudines, Bene dico, quod illa gens est be-  
 ata, quia est populus electus in hæreditatem dei, & hoc  
 est [populus quem elegit in hæreditatem sibi.] Ideo  
 beata hæreditas illa, quia dominus excollit doctrina  
 & intellectu diuinorum fontium. Elegit dico, non quod  
 det eam possidendam alijs, sed sibi. ¶ Beata est iterum  
 illa gens, quia [dominus respexit] eam id est, miser-  
 tus est eius [de cælo] id est, humanitate filij sui. Ma-  
 gna enim dei misericordia fuit, quod verbum suū in-  
 carnari pro nostra fecit redemptione. In respexit  
 intelligimus, quod homo longe propter peccatum à  
 deo remotus erat: & postquam verbum incarnari fe-  
 cit [vidit] .i. iā quæ ex debito reuelauit, dādo vires [filij  
 hoim

hominum ] id est, rationalium. ¶ De caelo [ respexit de habitaculo suo ]. i. de humanitate filij sui, in quo ipse habitauit: habitaculo dico [ preparato ]. i. magno consilio & sapienti ad habitudinem domini ordinato: respexit [ super omnes qui habitant terram. ] ¶ Enumeratur iterum beatitudines. Continuatio: Respexit ille [ qui finxit corda ]. i. intellectus [ eorum ] hoc modo scilicet [ sigillatim ] i. non omnibus eundem intellectum dedit, sed singulis singulum [ qui etiam intelligit omnia opera eorum [ scilicet, quo intellectu faciant quicquid faciunt: & hæc est maxima beatitudo. Cum enim nostras infirmitates intelligit, confert sua solatia nobis.

¶ Non tantum prædicta hæc facit deus, sed etiam adiuuat reges & gigantes: quod auxilium à deo vere necessarium est, quia sine eo [ non saluatur rex ]. i. ille qui bene regit suam terrenitatem [ per multam virtutem ] suam scilicet, licet deo deditisset ipsi multas virtutes [ & gigas ] id est, qui fortis est ad pugnandum contra inimicos dei, & velox ad currendum per viam propositam [ non saluabitur in multitudine virtutis suæ ] id est, per virtutem suam quæuis habeat multam, nisi deo adiuuante. ¶ Equus etiam ]. i. humana felicitas, quæ subleuat hominem, sicuti equus sessorem, est [ fallax ad salutem ] quam videtur promittere: nec dico, quod hæc felicitas tantummodo sit parum fallax, sed etiam quantacumque possit esse, fallax est, & hoc est [ in abundantia autem virtutis suæ ]. i. in abundantia virtute diuitiarum, id est, in multitudine diuitiarum [ non saluabitur ] aliquis hominum. ¶ Hæc prædicta saluare nequeunt, sed [ ecce ]. i. in manifesto habetur saluatio, scilicet [ oculi ]. i. misericordia ] domini sunt super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. ] Deus oculo misericordiae & se metuentes & in se sperantes aspicit. ¶ Qui sperant ad hoc, s.

[vt] ipse [eruat] eos [à morte] æterna [ & alat eos ]  
 in iustitia [ in fame ] scilicet, in hac vita, in qua iustitiã  
 esurimus, vel ad hoc continuatur quod dicit [ oculi do  
 mini super iustos ] ad hoc scilicet [ vt ipse eruat à mor  
 te animas eorum. ] ¶ Et quandoquidem dominus ra  
 lis est, scilicet, quod bene facit accedentibus ad eum, id  
 eo [ anima nostra ] scilicet prophete & consimilium  
 [ sustinet dñm, quoniam ] ipse dominus est, [ adiutor  
 noster [ ad bene operandum [ & protector ] contra  
 tela aduersariorum ¶ Bene dico quod sustinet, [ quia ]  
 cum lætitia sustinet, & hoc est [ in eo lætabitur ] .i. mo  
 dolætur, & perseuerabit lætando [ cor nostrum ]  
 Et bene dico quod lætabitur, quia iam [ sperauimus  
 in nomine eius sancto. ] ¶ Et [ quæadmodum sperauimus  
 in te o domine ] ita [ fiat misericordia tua super nos ]  
 Sperare in nomine domini est, ex hoc quod nomen  
 suum orat, habere spem vitæ æternæ.

## IN PSALMVM XXXIII.

Titulus. Psalmus Dauid cum mutaret vultum

suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.

**B**enedicam domino ] Legitur in historia, quod Da  
 uid fugit persecutionem Saulis, & venit ad regem  
 Achis. Cumque aliquandiu sub eo militasset, apud  
 regem accusatus est propter inuidiam. Timens ergo da  
 mnari Dauid ab eis, areptitium se simulauit, & propter  
 ea dimisit eum Abimelech vel Achis: vnus enim regis  
 nomina sunt, sed Achis proprium est: & sic Dauid eua  
 sit, & abiit. Abimelech autem commune nomen erat  
 regis terræ illius, & Achis proprium: & ideo ponit no  
 men hoc Abimelech, quia & conuenientius est, secun  
 dum hoc quod nunc agit, propter interpretationem.  
 Post illam autem mutationem Dauid psalmum istum  
 composuit: nec ideo quod de illa mutatione carnali  
 intende



intenderet, sed per illam spiritualem mutationē intellexit. Titulus sic exponitur, Psalmus iste conuenit Dauid prophete, habitus de hoc, quod [commutauit vultum suum] .i. voluntatem suam. Cum enim prius in carnalibus obseruantijs immorari voluisset, intelligens postea eas nihil valere, sed in solo deo confidēdū esse. Licet enim secundum legē hostias immolaret, nō tamen in illis confidebat, sed per eas sacrificium ecclesie intelligebat. Mutauit dico [coram Abimelech] id est, Iudæis, qui dicuntur regnum patris, Dei autem patris omnium, Iudæi erant regnum. Coram Iudæis nihil valere sacrificia vitulorum, sed soli deo sacrificandum esse prophetauit, cum dixit, Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et iterū.

Psal. 49.

Psal. 50.

Psal. 59.

Sacrificium deo spiritus contribulatus, Et iterum, Sacrificium & oblationem noluisti, aures autē. Et sicut Abimelech reputauit eūdem Dauid esse insanum, sic Iudæi reputauerunt eum insanum, cum eum in ritus suos non confidere cognouerunt, & tunc Abimelech i. regnum patris, scilicet, Iudæi, dimiserūt eum, & si nō corporaliter, tamen voluntate: & ita Dauid abiit, id ē, ad alium ritū .i. Christianū iam transiit. Potest etiam Christus loqui in hoc psalmo, & conueniet expositio tituli, sicut historiali Dauid, sic psalmus isti conuenit Dauid, i. Christo, cum mutauit vultum. i. voluntatem suam, cum prius legem ostendit, postea legē nihil valere, sed solum corpus suum sumendum esse, cum diceret, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Mutauit dico coram Abimelech, id ē, coram Iudæis, & ideo dimiserunt eum Iudæi .i. spiritualiter recesserunt ab eo, & etiam discipuli abierunt retro, & sic Christus abiit ab eis remot⁹ a lege eorum. Materia est Christus  
secun-

Ioan. 6.

secundum hunc nouum statum, hanc sic exequitur: In prima parte laudat hanc nouitatem sacrificij, & admonet consortes suos, vt secum laudent dominum. In secunda parte admonet fidelis ad participationem dominici corporis, vt ad hoc se dignos præparent. In tertia parte admonet rudes, vt ad hanc nouitatem accedant. In quarta parte ponit causas, quare sic accedendum, scilicet, quia deus bonis bona retribuit, & malis mala. Item monet omnes, vt ad hanc nouitatem accedant, & sic, siue Christus, siue propheta, à laude de ingreditur, dicens. ¶ Quia aliquando benedixi dominum pro tēporalibus, modo [benedicam]. i. laudabo [dominum] non tantum cum Iudæos prosperat sicut solebam, sed [in omni tempore] & hoc bonis operibus inhaerendo, & sicut laudabo eum in operibus, sic [semper] laus eius in ore meo. i. laudabo eum voce. Vel sic loquitur: Qui semper benedixit dominum, benedicam eum in omni tempore. ¶ Bene dico, laudabo dominum, quia p hoc laudabilis erit anima mea: & hoc est: [anima mea laudabitur]. i. laudabilis apparebit habitans [in domino] & per hoc ostendit dominum laudabilem valde, cum propter accessum illius anima laudabilis cōprobat, & quod ego dico [audiant mansueri]. i. intelligant humiles [ & ] audiētes [letentur] scilicet, de hac nouitate. ¶ Et quandoquidē anima mea per eum laudabilis est, ergo vos consortes [magnificate dominum mecum]. i. prædicemus eum gloriosum inter multas Gentes, & nō solum ipsum dominum magnificemus, sed [exaltemus nomen eius], Deum exaltemus, cum eum omnipotentē prædicamus, & tum nomen eius, cū illud per multa loca effundimus, tendentes [in id ipsum]. i. in vnitatem, scilicet, in eodem affectu, eadem immutabilitate dominum veneremur. ¶ Vt popu-

populus inuitatus ad laudem dei festinaret, dicit quæ  
 bona sibi inde prouenerint, [Exquisiui dominū] id est,  
 extra omnia quæsiui, postpositis omnibus tem-  
 poralibus: [ & ipse exaudiuit me ] id est, sui cognitionē  
 mihi innotuit [ & eripuit me omnibus tribulationib⁹  
 meis ] id est, liberauit me à tribulatione peccatorū &  
 dæmonum. ¶ Postquam admonuit ad cantandū, secū  
 ad ipsam cōmunionē noui sacrificij populos hortatur  
 accedere. Continuatio: Quia hoc mihi fecit, ideo vos  
 alij [ accedite ad eum ] per gradum virtutum [ & illu-  
 minamini ] maiori cognitione dei. Quanto enim ma-  
 gis aliquis ad deū accedit, tanto eum deus sua abundā  
 tiori cognitione perfundit: vel [ illuminamini ] sacra  
 præceptione: & postq̄ illuminati fueritis, [ facies ve-  
 stræ ] id est, intellectus vestri [ non confundentur ]. Illi  
 enim qui non intelligunt, erubescunt: sicut illi qui abie-  
 ruut retro dicentes: Durus est hic sermo. ¶ Dico acce-  
 dere, illuminamini, & habebitis auxiliū angeli domini  
 custodientis vos: & hoc est: Immittit angelum dñs:  
 & de hoc potestis esse certi ex p̄lo mei, quia [ iste pau-  
 per ] scilicet, vel quilibet verus paup [ clamauit, & do-  
 minus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus  
 eius saluauit eum ] vt supra expositum est. ¶ Et si-  
 cut dominus immisit angelum ad me saluandum, ita  
 [ immitet angelum ] cœlestem spiritum, vel ange-  
 lum, id est, Christum, qui est angelus magni consilij:  
 vel angelum, id est quencunq; probū virum [ in cir-  
 cuitu timentium eum ], i. in omni parte, id ē, in omni  
 necessitate defendit timentes eum: & ipse vel angelus  
 vel dominus missus [ eripiet eos ]. Vel vt in frequenti  
 ori inuenitur [ immittit ] id est, immissionem facit ad  
 defensionē [ angelus domini ] vt immissio angeli seu-  
 tum sit [ in circuitu timentium eum ]. Hanc literam  
 comprobat

Ioan. 6.



comprobat alia translatio, quæ habet: circumdat angelus domini in gyro timentes eum, ¶ Dico accedite, illuminamini, & accedentes & illuminati [gustate] dñi ci corporis refectioem. Qui em̄ non accedens p virtutes, & non illuminatus, gustaret illud, iudicium sibi manducaret & biberet. Gustate dico [ & videte ]. i. in- 1, Cor. 10  
telligite, quia dñs ipse Christus est, quem vos gustastis & ipse [ dñs suavis est ] quia peccata dimittit, homines in virtute conseruat, & tandē confert vitam æternam: & quia talis est [ beatus est vir ] ille, non qui legalibus confidit sacrificijs, sed [ qui sperat in eo. ] Quia dixerat deum suauem, ne eius suauitas tædium generaret, subdit: Quis sit suavis, tamen [ timete ] eum [ dñm ] offendere [ sancti eius ]. i. sanctificari ab ipso: non dico minores, sed quantumcunq; sitis excelsi meriti [ qm̄ non est inopia timentibus eum. ] Quomodo enim indigerent illi qui deum habent, qui est omne bonum? Licet has miseras temporales sustineant, tamen non pro inopia, sed pro summa gloria sibi eas reputant. ¶ Timentes deum non esuriunt, sed [ diuites ]. i. terrenorum amatores [ eguerūt ] spirituali refectioe dominici corporis: nec tamen neglexerunt, sed potius multum desiderauerunt per naturam: & hoc est, qd dicit: [ & esurierunt: inquirentes autem ] non mundana, sed solū [ domini ], i. habent dñm, qui est omne bonum sine imminutione, quia eis oia necessaria conferet. Vel ita: diuites eguerunt virtutib⁹, & esurierūt dñicam refectioē. ¶ Hic incipit tertia pars, in qua rudes admonet. Continuatio: Quia inquirentes dñm nō minuent aliquo bono, ergo vos [ filij ] derelicta impietate [ venite ] ad fidem, & hanc institutionē accipite, & [ audite me ], i. doctrinam meam intelligite, & ego [ docebo vos timorem dñi ]. i. quō dominū  
m timere

timere debeatis. Rudes, quibus extra ecclesiam, tamen paterna affectione filios vocat, sicut Abraham diuitem, in inferno quoque positum legit appellasse filium. ¶ Docebo timorem domini, ex qua doctrina vitam habebitis: & hoc tali interrogatione dicit, quam omni assequatur assensu. Quis enim homo tam fatuus, qui aut dicat, vitam nolo, aut dies videre bonos non cupio? & hoc est: [Quis est homo qui vult vitam] nec dico de vita acta in miseria, sed quis est ille [qui diligit videre dies bonos], i. vitam æternam, scilicet, vitam actam in bonis diebus. ¶ Dico, docebo timorem domini, hunc scilicet [prohibe linguam tuam] scilicet [a malo], i. ne in aperto mala loquaris, nec etiam mala loquaris intentione bona & hoc est [ & labia tua ne loquantur dolum. ] ¶ Diuertere Jeri am. i. declina [a malo] opere. & quia hæc non sufficiunt addit [ & fac bonum. ] Et quia caro semper repugnat spiritui, & vult ut non faciat bonum, dicit: [inquire pacem] cum carne scilicet, reprime eam: & quibus nunquam inuenire possis, quia semper repugnat, tamen semper [persequere eam], i. opprime eam. ¶ Hic incipit quarta pars. Dico fac bonum, quia [oculi domini] sunt super iustos] per misericordiam: & si ipsi aliquid petunt [aures eius], i. clementia & potentia eius sunt paratæ [ad eorum preces] exaudiendas. ¶ Dominus exaudit iustos, malos autem damnat & hoc est: [Vultus autem domini], i. vultus ostendit, scilicet ira domini est [super facientes mala, ut perdat de terra] scilicet, viventium, non solum eos, sed etiam [memoriam eorum.] Tunc enim perdita erit memoria eorum, cum nullus sanctorum super eos aliqua pia actione mouebitur. Vnde dixit Abraham: Inter nos & vos magnum chaos firmatum est. ¶ Oculi domini super iustos: Et de hoc possumus esse securi, quia dominus exaudiuit priores patres: & hoc est [clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex

Lucæ. 15.

omni-

omnibus tribulationibus eorū liberavit eos. ] ¶ Et si-  
cut liberavit eos, sic [ est ] modo [ iuxta ] .i. benignus  
his qui tribulato sunt corde ] .s. cōpūctōne peccato-  
rum: & ipse [ saluabit humiles spū ] .i. illos qui nihil re-  
putant ex se, sed ex solo deo oīa. ¶ Dico saluabis eos,  
sed tamē remanent [ multæ tribulationes iustorū ] iu-  
storum em̄ propriū vt tribulent, & [ de his oībus libe-  
rabit eos dñs ] cū ducet eos in regnū suū. ¶ Tandem li-  
berabit eos dñs, & interim [ custodit oīa ossa ] .i. omēs  
virtutes & fortitudines [ eorū ] & q̄ nullū damnum de  
virtutibus suis passi sunt: & hoc est [ vnū ex his nō con-  
teretur ] quia dñs non sinet eos deicere. ¶ Isti non cō-  
terentur. [ Mors autē peccatorū pessima ] qua imminen-  
te, pētōres damnationē æternā incurrunt, & vitā tur-  
pissimā: & hoc est, q̄ qui oderunt iustū ] scy, ipi pētōres  
[ delinquent ] .i. peccabunt. Hic pro iustis contrariū.  
Continuatio: Mors peccatorū pessima est, [ animas at  
seruorū suorū redimet ] .i. redemptos per sanguinē filij  
deducet ad vitā æternā: & vitā eorū præsentem faciet  
mundam: & hoc est [ nō delinquēt qui sperāt in eo. ]

IN PSALMVM XXXIII.

Titulus. In finem Psalmus ipsi David.

**I**udica domine nocentes me ] Psalmus iste conue-  
nit David, id est Christi o, dirigens nos in finem. In-  
tendit enim nos admonere ad passionem. Materia  
est passio & resurrectio. Eam sic exequitur: In prima  
parte ponit orationem. In secunda enumerat passio-  
nem cum exultatiōe resurrectionis. In tertia, quid illa  
passio & resurrectio efficiat, sicut in psalmo. Deus de-  
us respice i me, passionē enumerat, sic in isto: sed quis de  
eodē dicat, tñ semp de eadē materia diuersa dicit. ¶ In  
oratiōe quā pponit, orat sibi & inimicis, tã cōuertēdis,  
q̄ non cōuertēdis nō cōuertēdos dāmones accipi-  
m ij mus



mus, & obstinatos Iudæos, quibus sic imprecatur: [Domine iudica] .i. damna [nocentes me] id est, demones, vel in conuertendos Iudæos: & ipsos [impugnantes] non tamen expugnantes [me] tu [expugna] .i. deuince. Expugnati erant in resurrectione Christi: quia non potuerunt eum retinere in morte, sicut putauerunt: & hic iam sibi incipit orare. ¶ Expugna dico, & ut possis expugnare, [apprehende arma & scutum] .i. qui ante occulte, modo euidenter operare in me arma, quibus possim inimicos deuincere: & scutum, quo me defendas. Hæc autem arma & scutum sunt voluntas dei, & tu qui aliquando videris sedisse, [exurge] manifeste [in adiutorium mihi] .i. ad cooperandum mihi. ¶ Exurge dico ad cooperandum mihi, & [effunde] id est, notifica mundo [frameam] .i. animam meam, qua tu diabolus deuicisti [ & conclude [inimicos, ne nomen eorum dilatetur: quod facere, erit [aduersus eos qui me persequuntur. ] Ipsi enim nomen meum volunt concludere, & suum dilatare. Quod per singula petam [dic animæ meæ] in ipsa impleriōe rei [ego sum sal<sup>o</sup> tua] omnimoda. ¶ Hic incipit orare de conuersione inimicorum quos præuiderat conuertendos. Effunde frameam [quærentes animam meam, confundantur] .i. habeant erubesceniam de peccatis suis, & deinde [reuerentur] .i. timeant me & honorent. ¶ Et non solum quærentes actu animam meam, sed etiam [cogitantur] a via sua mala, ita ut sint [retrosum] .i. sequantur me: & sic auersi [confundantur] .i. erubescant de peccatis suis præteritis: quæ memoria erit eis custodia virtutum. Et ponit per quod possint retrosum auerti, dicens: [fiant tanquam puluis ante faciem venti. ] Per uentum sancti spiritus impulsione accipimus, & orat<sup>o</sup> sicut

sicut puluis v̄to materiali à terra erigitur, ita isti à spi-  
 ritu sancto à terrenis ad amorem cœlestium eleuentur:  
 & si ipsi non assentiunt spiritui, sit [ angelus dñi ] siue  
 malus siue bonus [ coarctans eos ]. i. coërcens ad con-  
 uersionem, siue per pœnam, siue p̄ infirmitatem, siue  
 quolibet alio modo. In hoc versu duo generà corre-  
 ctionis notamus, vnum voluntariū, aliud coactū. ¶ Et  
 fiat via illorum ]. i. mala opera eorū, quæ prius eis luci-  
 da videbant, videantur [ tenebræ ]. i. tenebrosæ, vt vl-  
 terius timeant incedere per ea sicut per tenebras: & ea-  
 dem in qua se prius firmiter stare putabant fiat eis [ lu-  
 bricum ]. i. lubricosa, vt intelligant neminem firmiter  
 posse stare si hoc nolunt cognoscere, [ angelus dñi ] sit  
 [ persequens eos ] quacunq̄ impulsione. Hic quoque  
 notantur duo genera correctionis. ¶ Et [ quoniã ab-  
 sconderunt mihi interitum laquei sui ]. i. occultos la-  
 queos parauerunt mihi, qui laqueus erat causa interit-  
 us: absconderunt dico [ gratis ]. i. sine merito meo &  
 quoniam [ exprobrauerunt animã meam ] dicentes,  
 dæmonium habes & similia: & hoc [ superuacue. ] In  
 hoc quidem vacue, q̄a non erat quod dicebant: In hoc  
 superuacue, quia immunis à peccato fili⁹ dei erat. ¶ Et  
 quoniam hoc fecerunt, veniant eis pro illis malis bona  
 & hoc est [ veniat ]. i. paretur [ illi ] populo [ laque⁹ ]  
 .i. doctrina qua illa queetur [ quem ignorat ]. i. sicut mi-  
 hi ignoranter parauerunt laqueū, sic illis ignorantib⁹  
 paretur: & non tantum paretur laqueus, sed etiam [ ca-  
 dat ] populus ille in laqueum. i. ipsa doctrina efficax sit  
 in eis: ita dico in laqueum, quod [ in idipsum ]. i. laque-  
 us iste sit laqueo similis quem parauerunt, vt sicut la-  
 queo suo me prorsus retinere voluerunt, ita isti laqueo  
 isto retineantur. Si habeatur, in laqueo ipso, idem erit.  
 Dico laqueus apprehendat eos, ] & captio quam ab-  
 m in scon-

dit ] .i. mors quã Christo occulte parauerũt ] apprehẽ  
 dat eos ] .i. causa fit quẽ ipsi moriantur in peccatis suis.  
 Vel sic p̄t legi, ad malum : Isti conuertant̄, illi autem  
 [ fiant tanq̄ puluis ante faciẽ venti ] .i. moueant̄ in pri  
 mo ictu tentationũ [ & angelus dñi ] .i. diabolus, qui  
 ideo dicit̄ nuncius dñi, q̄a per eũ dñs irã infert malis sic  
 coarctans eos ] ad grauiora mala [ fiat etiã via illorũ ]  
 .i. institutio eorũ [ tenebrã ] vt per eam excãcari fiant  
 à cognitione veritatis, & fiat eis via ipsorũ [ lubricũ ]  
 .i. lubricosa, vt semp de vitio in vitium cadant, & p̄pter  
 hoc fit [ angelus dñi p̄sequens eos ] .i. deducens eos de  
 vitio in vitium vsq̄ ad interitũ. Et [ qm̄ gratis absconde  
 runt mihi interitũ ] laquei sc̄z, & [ qm̄ exprobrauerunt  
 animã meã superuacue ] vt supra [ veniat illi ] popu  
 lo [ laqueus ] .i. parẽt eis occulta destructio [ quẽ igno  
 rat ] .i. quẽ ipse nesciat, sicut cõpletum est in occulta de  
 structione per Titũ & Vespasianũ : & nõ tm̄ pareretur,  
 sed etiã habet efficaciam in eis : & hoc est [ cadat ] popu  
 lus [ in laqueũ ipsum ] vt supra expositũ est. Vel idẽ est  
 in laqueo vel cadat in laqueũ [ in ipso ] .i. ipsa machi  
 natione : & capuo quã abscondit apprehendat eũ ] sc̄z  
 illa vis quã ipsi parauerũt dñi, sit causa quẽ ipsi destru  
 antur corporalit̄. ¶ Hic incipit secunda pars. Illis ita e  
 ueniet [ anima aut̄ mea exultabit in domino ] & hæc  
 exultatio fuit in passione spe resurrectionis : [ & dele  
 ctabitur ] in ipsa resurrectione [ sup̄ saluari suo .i. de  
 saluatione, vel diuinitate sibi vnita. ¶ Et tunc [ dicent ]  
 in re ipsa [ omnia ossa mea ] .i. oēs virtutes meę [ o do  
 mine ] qui es [ eripiens ] ] per quandã violentiam [ ino  
 pem ] .i. genus hũanum [ de manu fortiorũ eius [ ino  
 pis .i. de manu fortiorũ diabolorũ : & etiã eripiens [ ege  
 num & pauperẽ ] .i. hũanum genus [ à diripientibus  
 cum ] .i. à ministris diabolorũ qui ex p̄cepto diabolico  
 genus



genus humanū ad diuersa peccata diripiunt. [Quis si-  
 milis tui? Inops dicit humanū genus, secundum hoc q̄  
 erat passibile & mortale & in diuio diaboli erat: egenū  
 secundū hoc q̄ sicut ille egenus est, qui victum suū cū  
 labore q̄rit, sic ipsum q̄q̄ querit aliq̄ cognitionē de deo  
 & tamē adhuc erat pauper, quia modicū in eius cogni-  
 tione proficiebat. ¶ Præmissa exultatione, de passione  
 narrare ingredit. Continuatio. Quāuis ita exultet ani-  
 ma mea, tamen nō remouent humana miseria. [Sur-  
 gentes iniqui testes] qui ideo iniqui dicunt, quia alter  
 mendaciū alterius testimonio cōprobat [interroga-  
 bant me]. i. accusationes imponebant mihi p̄ interro-  
 gationes [quæ ignorabā]. i. q̄ facta nesciebā. ¶ Retri-  
 buebāt etiā mihi mala, p̄ bonis [quæ fecerā eis, supple  
 in sancta doctrina. s. st̄ e rilitarē animæ meæ. ] In hoc  
 em̄ erat aīa mea sterilis, q̄ in incorporare eos mihi nō po-  
 terā. Cibus em̄ meus, eorū salus & fides. Vnde locutus  
 Samaritanæ, dixit discipulis rogātibus vt māducaret:  
 Ego cibū habeo quē vos nescitis. ¶ Ipsi retribuiebāt mi Ioan. 4.  
 hi mala [ego aut̄] nō vindicabā me de eis, sed [indue-  
 bā me]. i. cooperiebā diuinitatē meā [cilicio]. i. p̄iali  
 veste. Carnē suā vocat pœnitentialem vestē, q̄a in ea p̄  
 peccatis populi sustinuit pœnā. Coopta erat diuinitas  
 q̄ suā nō ostēdebat potētā. Induebar dicio cilicio [cū  
 illi mihi molesti essent]. i. quibus mihi molesti essent, cū  
 alij soleāt potētā ostendere. ¶ Et etiā [humiliabā ani-  
 mam meā]. i. affligebā animā meā [in ieiunio] sc̄z, q̄a  
 eorū salute non poteram refici, vel in ieiunio corpora-  
 li, & etiā orabā pro eis & q̄a nō reppererūt orationem  
 meam, illa [oratio mea in sinū meū cōuertēt]. i. mihi  
 erit vtilis: secundū q̄d ipse dñs in Euangelio dixit ap̄tis Matt. 10,  
 In quamcunq̄ domū intraueritis, primum dicite: pax  
 huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet su-  
 m iiii per

per eum pax vestra: sin autē, ad vos reuertē. i. si vestra oratio non proſit eis, vobis saltē proderit. ¶ Humiliabam & [ sic complacebam mihi ] vel deo patri: sic scilicet, habendo populum illū [ quasi proximum & quasi fratrem ] carnalem: quia tantum diligebā eū, quantum si frater meus carnalis eſſet: & cū nollet mihi acquieſcere [ humiliabar ], .i. affligēbar pro eis sic [ q̄ſi ] aliquis [ lugens & cōtristatus ] lugens in corpe, cōtristatus in anima. ¶ Ego sic humiliabar pro eis [ & ipsi tamē lætati sunt aduerſum me, & cōuenerunt ] scz, in hanc voluntatē, & [ congregata sunt super me flagella ], .i. multiplicata, & ego [ ignorauit ] q̄re hoc facerent, q̄a. s. non promerui. ¶ Etiā [ sunt dissipati ] vidētes eius miracula, cum dicerent alijs, q̄a bonus est, alijs autē non, sed seducit turbas & in passione ipsa cū viderēt terrā motus: Et quis eſſent sic dissipati, [ nunq̄ ] tamē sunt [ cōpūcti ] in quo maxime eorū nequitia aggrauat: sed potius tentauerunt me, adducentes ante me mulierē aduſteram: dicendo etiā: Si filius dei es, descende de cruce [ subsannauerunt me ] cum aliquā infirmitatē humanæ naturæ in me cognoſcerēt: & nō ad horā, sed [ subsannatiōe ], .i. assidue: & cū nihil in me mali inuenirēt, [ frenduerūt ], [ bestiali more [ sup me dēribus ] ], .i. corrosiōibus suis. ¶ Ipsi ita cōtra me faciunt, sed tu q̄dem [ quando respicies ] misericordit̄, vt de eorū potestate me liberēs: Respice dñe, & [ restitue animā ] redditam corpori, remotā [ à malignitate eorū ], .i. ab inferiorib⁹ Iudæis malignatibus, & [ vnicā meā ], .i. animā meam ipsam, quæ vnicā est: quia nullā partē habet: vel vnicā, .i. carnē meā, quæ vnicā est imūnis à pctō: [ restitue ] fac immortalē & impassibilē, creptā [ à leonibus ], .i. à principibus Iudæorū & alijs. ¶ Incipit tertia pars, in qua oñdit quid boni eueniat de sua passione & resurrectione,

Ioan. 8.

Matt. 26

ne, scilicet, laus dei, conuersio impiorum, exultatio iustorum. Restitue: Quod si feceris, [confitebor tibi] id est laudabo te [in ecclesia magna] secundum numerum quia de multis conficitur, nec tamē congregata de paleis, sed [in populo graui] .i. stabili per virtutem [laudabo te]. ¶ Ego laudabo te, illi autem qui aduersantur mihi, inique inferendo mala [nō supergaudeant], i. si gaudent ad tempus, non gaudeant vsq; in finem: nec illi [qui oderūt me gratis] .i. sine merito meo: [ & annuunt oculis ] id est, alios nutu oculorum prouocant ad derisionem meam. ¶ Non supergaudeant, nec debent supergaudere, [quoniam mihi pacifice loquebantur] & loquentes pacifice, [cogitabant dolos] in corde, & illi doli non erant, vt auferent mihi exteriora, sed [in iracundia] scilicet ad mortem meam intendentes, iracundiam dico [terræ] pro terra scilicet & suo regno retinendo. Timebant enim perdere locum & gentem, nisi Christū occiderent. ¶ Et dilatauerunt Ioan. 12. super me os suum ] cum dicerent. Crucifige, crucifige eum: & [dixerunt, euge euge] id est, bene bene [viderunt oculi nostri] de isto quod optauimus. ¶ Ita ipsi mihi fecerunt, sed tu [domine vidisti] id est, cognouisti eorū nequitiam, & meam innocentiam, & ideo [ne fileas] sed profer sententiam: & tu [domine ne discedas à me]. Quamuis sit securus q̄ deus nō discedat ab eo, tamē quia nihil scit se habere ex humanitate, orat, vt det alijs exemplum orādi, quia nihil prorsus in sua humanitate confidere debent. ¶ Dico ne discedas, potius [exurgere & intēde iudicio meo] .i. cōsidera quale iudiciū sit factū de me, tu dico qui es [deus meus]. Et quia si solum iudicium aspiceret, haberet eum furē quia inter fures damnatus est, addit: [ & attende causam meam ] id est, totam placitationem cōsidera, sci



licet. q. ego semper erga eos innocenter me habui, tu dico qui es [deus meus]. ¶ Intende in causam meam & [iudica me secundum iustitiam tuam] .i. secundum hoc quod exigit iustitia tua [domine de<sup>9</sup> meus] [ & non supergaudeant mihi ] scilicet [ non dicant in cordibus suis, euge euge anime nostrae ] de hoc quod retinimus cum in morte, nec dicant in ore [deuorauimus eum] .i. destruximus eum. Hic quoq; nō dubius de se orat, sed nobis proponit exemplū. Hoc nō dicāt, sed potius [qui gratulantur malis meis, simi] omnes [erubescant & reuercant] .i. timeant & honorēt me. ¶ Et non tantū qui consentiunt facientibus mihi mala sed etiā [qui loquuntur maligna super me, induantur confusione & reuerentia.] ¶ Isti erubescant, sed [qui volunt iustitiam] scilicet imitari [exultēt] in corpore, & in anima [letent] & illi [qui volūt] .i. diligūt, petūt [pacē serui eius] .i. illam pacē quā ego, qui sum seru<sup>9</sup> eius, posui inter deum & hominē: [ & dicant semper magnificēt dñs ] de pacē illa data hominibus. ¶ Isti magnificēt dñm [ & lingua mea meditabitur iustitiā tuā ] .i. meditate annūciabit, & nō tantū iustitiā tuam, sed [rota die] iustitia annūciabit [laudē tuā] .i. te laudabilē, sicut de creatione cœli Christus in propria persona laudem dei annunciat, & etiam per hos hodie, p quos loquitur, ipse aannunciatur. Quod dicit linguā meditari, quod cordis est proprium facere, ex vnione membrorum, quod cordis est, linguæ attribuit.

## IN PSALMVM XXXV.

Titulus. In finem seruo domini David.

**D**ixit iniustus ] Psalmus iste conuenit proprie prophete David seruo domini: qui bene in hoc psalmo cōprobatur seruus domini, quia  
in

in hoc psalmo ostēdit peccatorem omnia peccata sua non à deo, sed ex se omnia habere. Iustum vero nihil iustitiæ, nisi ex solius dei pietate habere. Psalmus dico dirigens in finem. i. Christum Materia est iustus, & secundario impius, Modus vero talis est: In prima parte psalmi, impium cum sua accusatiōe describit. Cum enim impius diceret, non possum me abstinere, quia sic sum creatus, talis est mea natura, ostendit eum falso queri de sua natura, & corruptionem non a sua creatiōe & natura, sed à sua voluntate habere. In secunda parte describit iustum non cum sua laude, sed cum laude dei. Iustus enim nihil boni ex se, sed omnia bona ex solo deo hic ostēditur obtinere. Intēdit autem nos admonere, vt vitia ex nobis esse, bona autē à deo cognoscamus. ¶ Nolite vos excusare de peccatis vestris, quia [dixit]. i. deliberavit quidam [vt delinquat in semetipso]. i. non ex sua natura, nō ex coactiōe, sed ex sua voluntate hoc fecit, nec etiā attēdit deū iudicē futurū unicuiq; secūdū merita, & hoc est [timor dei] qui omnibus prepositus est, [nō est ante oculos eius]. i. in sua cōsideratiōe vt vel inde cogitet. In hoc maxie notatur nequitia ipsius, q; ex volūate peccat, & nullatenus timore futuri iudicij refrenat. ¶ Bene dico q; timor dei nō est ante oculos eius, [qm̄] ipse [dolose egit] cū diceret se non ex sua voluntate, sed ex sua natura & creatiōe ex necessitate peccare, quod quidē dolose erat, quia licet hoc diceret, tamen in sua conscientia ex se ipso peccatum esse sciebat, & hoc tantū in cōspectu hominū, quia hoīes putabant eum verū dicere, sed in cōspectu dei intātum dolose egit [vt iniquitas eius] ab ipso eodem [inueniatur ad] dei & hominū iustore pertinere [odii]. ¶ Iniquitatē p partes exequitur, & ostēdit iniquitatē ei⁹ & in cogitatiōe & in verbis & in  
actu.

actu. Continuatio, Bene dico iniquitas eius, quoniam  
 [verba oris eius iniquitas & dolus] natura: iniquitas  
 i. blasphemie contra deum, & dolus est in proximum,  
 quia etiam si bona dicat, tamen hoc seductoria inten-  
 tione facit: & ne ille per ignorantiam se excusaret, ostē-  
 dit eum inexcusabilem, cum dicit, [noluit intelligere  
 cum bene ageret] vel in verbis vel in factis. Dederat enim  
 deus homini rationem, qua quicquid sibi esset agen-  
 dum posset intelligere: & librum arbitrium restituē-  
 rat, quo posset diuinæ gratiæ assentire. ¶ Verba sunt  
 iniquitas, & etiam in cognitione est iniquitas: & hoc ē  
 [iniquitatem meditatus est in cubili suo] .i. in corde  
 quod cubile ideo dicitur, quia sicut in cubili suo aliquis,  
 sic in corde anima stultis occupata cogitationibus, re-  
 quiescit: & non tantum mediatur iniquitatem, sed etiam  
 [astitit] diutissime immorando [omni viæ non  
 bonæ] omni malæ operationi, scilicet, cum furibus fu-  
 raturus est, cum mœchis mœchaturus est, &c. Et cum na-  
 tura exigeret, ut ipse in se, & in alijs mala odiret [mali-  
 tiam non odiuit] & hic illius nequitia maxime aggra-  
 uatur. ¶ Hic incipit de secunda parte. Continuatio: In-  
 iustus habet ex se sua peccata, sed o [domine miseri-  
 cordia tua ē in cœlo] .i. misericordia tua facit aliquos  
 esse cœlos .i. iustos, quia nemo per se, sed omnes per te  
 habent iustitiā, [ & etiam veritas tua ] .i. cognitio ver-  
 ritatis protenditur [ vsq; ad nubes ] .i. sanctos aposto-  
 los: qui ideo nubes dicuntur, quoniam pluunt rorem  
 cœlestis gratiæ fidelibus, ex illis nubibus venit ad nos  
 illa cognitio veritatis. Misericordia ex deo, veritas ex  
 deo, iustitia etiā ex deo: & hoc est, [iustitia tua] id est,  
 iusti sunt [mōtes dei] .i. comparabiles montibus. Nā  
 sicut in montibus sol mane relucet, & inde descendit  
 in valles, sic cognitio dei in ipsīs apostolis reluxit, & ex  
 inde



inde ad alios homines per eosdem apostolos descēdit  
 & ne per mōtes accipiamus elatos huius seculi, addit  
 [ dei ]. Et ne aliquis diceret, quare hos potius elegit, &  
 hos reprobauit, subdit: [ iudicia tua abyssus multa ]. i.  
 tanta profunditatis, quod eam nemo potest cogno-  
 scere. ¶ Vere iudicia tua abyssus multa, quia tu salua-  
 bis vtrosq; & rationales & irracionales: & hoc est o  
 [ dñe ] tu [ saluabis ] spirituali saluatione, [ homines ]  
 id est, rationales: [ & iumenta ], i. irracionales, faciens  
 eos rationales, sicuti fecisti Paulū: vel saluabis corpo-  
 rali saluatione, ministrando eis necessaria huius vitæ,  
 & etiam multis alijs modis [ multiplicasti misericor-  
 diam tuam ] hoc faciendo [ quemadmodū ], i. quan-  
 tū multiplicasti misericordiā tuā. Sciendū quod licet  
 David & Apostolus aliquid cognouissent de consilio  
 dei, quare quosdā eligeret, quosdā reprobaret, tamen  
 noluerunt aperire, quia cognouerunt quod hoc po-  
 tius noceret q̄ prodesset. ¶ Tu saluabis homines & iu-  
 menta, sed illi irracionales male vtūtur saluatione tua  
 quia non sperant in te: [ filij autem hominum ] i. rati-  
 onales [ sperabunt in tegmine alarum tuarum ] quia  
 sicut pulli non possunt nurriri, nisi sub alis matris, sic  
 intelligunt se non posse subsistere contra estū diaboli,  
 nisi protecti alis. i. misericordia & veritate dei. Vel ita,  
 Tu saluabis bonos & rationales spirituali saluatione,  
 & ipsi non erunt ingrati, sed sperabunt in tegmine ala-  
 rum tuarum. ¶ Ipsi sperabunt in te, nec fraudabuntur  
 à sua spe, quoniam [ inebriabūtur ab vbertate domus  
 tuæ ] i. spiritualibus donis, quibus abundat domus  
 tua. i. ecclesia. Inebriabūtur dicit per simile, quia sicut  
 aliquis inebriatus solutus est à curis, sic iustus per spiri-  
 tus sancti habitationem vacuus est ab appetitu terre-  
 norum, & etiam [ potabis eos ] spiritu sapientiæ, cui  
 nemo

nemo possit resistere, & hoc est quod dicit [torrente]  
 [spiritu dico vel torrente voluptatis tuæ] .i. gratiæ,  
 quia gratuito das illum hominibus. Vel [voluntatis  
 tuæ] in qua maxime delectaris, quoniam multū tor-  
 renstibi placet. ¶ Dico potabis eos, & bene poteris  
 [quoniam apud te est fons vitæ] .i. origo totius bo-  
 ni, [ & in lumine tuo ] .i. Christo, scilicet, in cognitiōe  
 tui, iuxta illud. Qui videt me, videt & patrem, & cum  
 videbimus lumen, .i. patrem, & spiritum sanctum. ¶ Et  
 Ioan. 14. vt possim⁹ videre lumē illud, ] prætende ] nō illis qui  
 volunt te scire, sed [ sitientibus te ] .i. credētib⁹ in te,  
 & prætēde [ iustitiam his qui recto sunt corde. ¶ [ Et  
 vt possim puenire ad lumē illud, [ nō veniat mihi pes  
 superbiq. i. affectio supbiq. Per superbiā omne peccatū  
 accipimus; quia in omni peccato superbia est. .i. contē-  
 ptus dei. Pes singulariter & non pluraliter dicit, quia  
 qui stat in superbia, nunquam stat firmiter, sed sem-  
 per est pronus ad ruinam, sicut ille qui stat vno pede.  
 Modo orauit q̄ nō veniat superbia, .i. effectus peccatū  
 ex se, nunc orat vt alterius suggestio cum ad peccan-  
 dū non moueat, dicens, [ & manus ] .i. persuasio [ pec-  
 catoris nō moueat me ] à bono proposito. ¶ Dico nō  
 veniat pes superbiq. quia [ ibi ] .i. in pede superbiq. [ ce-  
 ciderūt qui operantur iniquitatem ] & inde [ expulsi  
 sunt ] à regno dei, & postea [ non potuerūt stare ] .i.  
 regnum dei vltius obtinere.

## IN PSALMVM XXXVI.

Titulus. In finem psalmus David.

**N**oli æmulari ] Psalmus iste conuenit David  
 prophete vel cuiuslibet iusto, dirigens in finem  
 id est, in Christum, sicut & ceteri psalmi. Vidēs  
 propheta vel quilibet iustus, qui hic loquitur, impios  
 prosperari, & iustos conculcari ab impijs, & quod qui-  
 dam

dam simplices iusti inuiderent potentia illorum, & vellent vlcisci iniurias ab eis illatas, aliquando etiam vellent conformes fieri eis, ponit contra hanc saluberrimam doctrinam, quam Augustinus saluberrimum potum nominat. Materia est iustus, & e contrario impius secundario tamen. Modus est talis, quod eam materiam sic diuidit. In primis agit de iusto, admonendo eum ne moueatur inuidia erga impium, vel imitatione, vel ira, in intermiscendo quaedam de impio. In secunda parte ponit, quid impius erga iustū faciat, admonendo ipsum vt patienter sustineat. In tertia parte ponit premia iusti, cum admonitione & damnatione malorum, per quod iustum, ne malum velit imitari, deterret. Intentio est, per hec omnia simplices consolari, vt nullatenus propter impiorum nequitiam vel iniuriam moueantur. ¶ Veluti si dicat propheta vel iustus ille qui loquitur: Frater simplex [noli emulari]. Aemulari dicitur moueri erga aliquem, siue ad dilectionem, siue ad inuidiam. Vnde Apostolus: Aemulor enim vos dei emulatione. Et de vtroque hic simplex admonetur, vt neque imitetur malignantes, imitando eorum malitiam, neque inuidendo eis. Noli emulari dico [in malignantibus]. i. in consideratione malignantium. i. maleuolorum, vt vel imiteris, vel inuideas [neque zelaueris]. i. persequaris [facientes iniquitate]. In zelare quandam notamus maiorem affectionem, quam emulari. ¶ Ponit causam quare iustus simplex non debeat erga malos inuidia moueri [quonia tanquam fœnū arefcet] neque hoc differetur, sed [velociter] fiet. Fœno comparamus potentes huius seculi, quia sicut fœnum floribus ornatum & viridie cito arefcit, sic isti ornati, & virentes in gloria huius seculi cito deficiunt, & cito decidunt, quemadmodum olera herbarum ]

2. Cor. II  
id est



id ē, olera in horto non bene culto, sed agresti, quibus  
 plebs inferior comparatur, quæ & si viret cito, tamen  
 deficit. ¶ Et quia cito deficiunt hæc, ideo tu bone ho-  
 mo [spera] non in his presentibus, sed [in domino]  
 [ & fac bonitatem ]. i. plura bona, Bonitas enim non  
 de vno, sed de pluribus dicitur: [ & ] sic [inhabita ter-  
 ram ]. i. ecclesiam [ & pascere in diuitijs eius ]. i. reficie-  
 ris sanctis scripturis, & multis spiritualib⁹ donis. ¶ Et  
 multis [delectare in domino] quasi re tibi iā lepida.  
 Hæc enim consuetudo est, vt si quis accedat ad domi-  
 num, in primis quasi durum reputet, postq̄ vero con-  
 sueuerit, in eo maxime delectetur, delectare dico [ &  
 ipse dabit tibi petitiones cordis tui ] nō carnis sed spi-  
 rituales. ¶ Et quia aliqui simplices possent dicere. Nō  
 possum delectari vel sperare in domino, quia multa  
 habeo peccata, contra hoc salubre dat cōsiliū: [ Re-  
 uela domino viam tuam ] per confessionem tuam. i.  
 mala opera per quæ incedis, & his reuelatis [spera in  
 eo] [ & ipse ] dominus [faciet iustitiā tuam] tibi sci-  
 licet [ & iudicium tuum ]. i. discretionē dabit tibi, qua  
 secernas, bonum à malo. ¶ Et ne diceret aliquis, licet  
 habeam hoc, tamen semper vilis ero, commēdat hæc  
 dona, [ Dominus iustitiam faciet ] & illam [educet]  
 de tenebris huius vitæ, in qua obscura & vilis reputa-  
 tur, [quasi lumen]. i. faciet omnibus lucidā, cū dicent  
 mali in iudicio, Nos insensati vitam illorum æstima-  
 bamus insaniam, ecce quomodo cōputati sunt inter  
 filios dei, [ & iudicium tuum educet tanq̄ meridiem ]  
 i. in maxima constituet claritate, vt omnibus apertū  
 sit, dico, reuera viam tuam, & spera in domino, & ac-  
 ceptus donis ab eo, semper [subditus esto domino]  
 i. famulare ei [ & ora eum ]. ¶ Et ne simplex admoni-  
 tus sic diceret, Ecce siue malignētur, siue mala faciant  
 dum

Cōfessio  
 peccato-  
 rum.

Sapi. 5.

dum iustis non noceant, non mouebor erga eos, sed si  
 prosperentur, non nobis mala inferant, quin mouea-  
 mur cessare nō possumus: contra quod propheta item  
 ponit salubrem admonitionē: Dico subditus esto do-  
 mino, & si impius prosperat, noli æmulari ] neq; imi-  
 tando, neq; inuidendo [ in eo ] .i. in consideratione illi-  
 us [ qui prosperatur in via sua ] .i. mala operatione, q̄  
 incedit ad interitum: & [ in homine faciente iniustiti-  
 as ] .i. bonorum persecutiones. ¶ Ne æmuleris dico:  
 & si in aliquo modo motus es, dimitte: & hoc est [ de-  
 sine ab ira ] & si longo odio motus es, desine: & hoc ē  
 [ derelinque furorem ] & si aliquando furere voluisti  
 desine: hoc est [ noli æmulari, vt maligneris. ] ¶ Et id-  
 eo dico noli malignari, [ quoniā qui malignant, exter-  
 minabunt ] .i. & maleuoli, & mala facientes, scz, extra  
 terminū supernæ Hierusalē eijcient [ sustinentes at̄ do-  
 minum ] i cū longanimitate mala huius vitæ tolerā-  
 tes, dñm remuneratorem attendentes [ ipsi hæredita-  
 bunt terram .i. hæreditario iure cœlestem possidebūt  
 patriam. ¶ Dico hæreditabunt patriam. Et ne aliquis  
 diceret: Quis tam diu poterit sustinere? dicit: [ & adhuc  
 pusillum ] quasi, non deficias sustinēdo, tempus enim  
 breue est, ne dum vita hominis. Dico sustine pusillum  
 [ & non erit peccator ] nō q̄ peccatoris substantia pe-  
 reat, sed non erit, .i. peccare non poterit: & concedatur  
 quod tunc [ quærās locū eius ] .i. an aliquo modo in a-  
 lia vita peccator sit necessarius ] [ & non inuenies. ] In  
 hac vita tantummodo peccator est necessarius, in qua  
 per eum iusti examinantur. ¶ Dixerat quia sustinentes  
 dñm, hæreditabunt terram: nūc determinat quō susti-  
 nentes, scz, non qui inuiti & murmurantes, sed qui in  
 mansuetudine & simplicitate. Ad hoc continuatur: lo-  
 cum peccatoris non inuenies in alia vita. [ Mansueti  
 n aut̄

vira. [ Mansueti autē hereditabunt terram ] viuentiū  
 [ tibi delectabunt in multitudine pacis. ] ibi in aternū  
 viuentes, nec à diabolo, neq; à carne sua aliquo modo  
 impugnantur, nec aliqua penitus inquietudine tur-  
 bantur. ¶ De secunda parte incipit, mansueti delecta-  
 buntur in pace, sed interim in hac vita [ peccator iustū  
 obseruabit ] diligenter vitā ipsius inquireret, attendens  
 si in aliquo ei nocere possit: & cum nihil possit contra  
 eum ratione, quasi bestialis [ stridebit super eū denti-  
 tibus suis ] id est, liuidis corrosionibus & detractio-  
 nibus. ¶ Sic stridebit peccator super iustum tu autem  
 vir bone ne cures, sed deride eum, quia [ dominus iri-  
 debit eum. ] Benedico iridebit eum [ quoniam pro-  
 spicit q; veniet dies eius ]. i. iudicium. Iudicium nomi-  
 nat diem, quia ibi erunt omnia manifesta quasi in die.  
 ¶ Merito iridebit eos dñs, qm̄ [ peccatores g'adium ]  
 .i. mala opera sua [ euaginauerunt ] scz, de cogitationi-  
 bus suis, vbi abscondita erant, in manifestum deduxe-  
 rūt: sicut aliq; gladiū su euaginat, & etiā [ intenderūt ar-  
 cū suū ] .i. dolos suos, qbus occulte vulnerēt sicut aliq; occulte arcu ferit. ¶ Ad hoc intēderunt arcū [ vt decipi-  
 āt pauperē ] .i. simplicē, q nō dū satis, p̄fecit in cogniti-  
 one dei [ & inopē ] eundē accipe, q inops dicit, qā passibi-  
 l; & mortalis, & multis opp̄ssus miseris hui⁹ mūdi, ad  
 hoc euaginat gladiū [ vt trucidāt rectos corde ] ¶ Ipsi  
 euaginauerūt gladiū, & [ gladius eorū intret in corda  
 ipsorū ] .i. dum occidunt sanctos, occidant & ipsi inte-  
 rius [ & arcus eorū confringāt ] .i. dolus eius inefficax ha-  
 beatur, ne bonos possint decipere, & sibi conformes  
 efficere, ¶ Hęc omnia faciet tibi impius, & etiam cum  
 tu eris pauper, ille prosperabitur, sed tu omnia patien-  
 ter omnia sustine, quia [ melius modicum iusto ] id est  
 sua modicitas & paupertas [ super diuitias peccatorū  
 multas



multas. ¶ Et bene dico, melius est [ quoniã brachia ]  
 .i. fortitudines & potestates [ peccatorum conteren-  
 tur ] .i. destruentur, & inutilia omnino inuenientur  
 [ iustos autem ] quamuis modicos & pauperes [ con-  
 firmat dominus ] in bono proposito, & spe futurae be-  
 atitudinis. ¶ Et bene dico confirmat iustos: falsa nan-  
 que eorum sententia est, qui putant dominum non co-  
 gnoscere hæc quæ aguntur in hac vita, quia [ dñs no-  
 uir dies immaculatorũ ] [ & ] ipse dñs [ erit hæreditas  
 eorum ] .i. iustorum [ in æternum ] Dominus dicit hæ-  
 reditas iustorũ, quia sicut hæreditas pascit & sustentat  
 possessorem, sic dñs in hac uita suis, & tandẽ in alia vi-  
 omnimoda erit refectio. ¶ Et ideo [ non confunden-  
 tur ] imò voluntas eorũ implebitur [ in tempore ma-  
 lo ] .i. in die iudicij, quod malum erit impijs, qui tunc  
 damnabuntur in æterna damnatione, tunc iusti non  
 confundentur, & in hac uita plene à deo reficiuntur, q̄  
 est [ diebus famis ] .i. in uita hac qua esuriunt sancti &  
 sciunt iustitiam [ saturabunt ] spiritualibus cibis econ-  
 trario fiet peccatoribus, & hoc sub probatione ponit  
 sci iusti nõ confundentur in tempore malo, q̄a soli pec-  
 catores peribunt ¶ Tunc quidem peccatores peribũt.  
 In hac uero uita [ inimici domini ] id est, ipsi peccato-  
 res [ mox uel honorificati ] id est, habiti in reuerentia  
 [ & exaltati fuerint ] per potentias & dignitates [ defici-  
 entes ] assidue, & hoc est [ deficient ] paulatim enim  
 deficient, labedo quoridie in grauiora delicta [ quem  
 admodum fumus. ] Sicut enim fumus quanto altius  
 ascendit, tanto magis attenuatur & deficit: sic mali  
 quãto altiores occupant sententias, tanto magis à bo-  
 no deficient. Per multas partes ostendit, quod melior  
 est modicitas iusti quàm diuitiæ peccatorum. ¶ Ecce  
 ponit causam q̄re peccator deficiat, q̄a [ mutabit pecca-  
 n ij tor]

tor] à deo [ & non soluet. ] Mutuamur quidem à deo  
 quicquid habemus, quæ bene soluit qui ad hoc vritur  
 donis dei, ad quæ deus instituit: vt si habeat diuitias, di-  
 spendet eas pauperibus, & in cæteris donis similit: pec-  
 cator no soluit, iustus autem bene soluit, scz [ misere-  
 tur, .i. pia affectione erga afflictos mouet, quod vtriq; sa-  
 tis illi est, qui non habet qd tribuat. Iustus autē miseret  
 [ & etiam retribuet ] si quid habet. ¶ Ideo miseretur et  
 etiam retribuet, [ quoniã benedicentes ei ] dño ] id est,  
 gratias agentes, soluentes ea quæ à dño mutuati erāt:  
 hæreditabunt terram ] viuentium: [ maledicētes autē ],  
 .i. non agentes illi dño dignas gratias de acceptis mu-  
 neribus [ disperibunt. ] ¶ Bene dico, q; iusti hæredita-  
 bunt terram, quod eis per hoc eueniet, quia à dño diri-  
 guntur opera eorū: hoc dicit: [ gressus [ .i. affectiones  
 & opera [ hominis ] bene ratione vrentis [ dirigunt ]  
 .i. recti inueniuntur [ apud dñm ] .i. in dispositione do-  
 mini: sicut si diceretur de aliquo potente, qui bene dis-  
 poneret de aliquo apud eum bene opera ipsius dirigū-  
 tur: dñs dirigit gressus iusti [ & viam ] .i. vitam bonam  
 istius iusti directi [ volet ] dñs. Vel [ viam ] .i. præcepta  
 & institutiones eius dñi volet sequi ille homo. Vel [ vi-  
 am ] .i. bona opera quæ fecit Christus. ¶ Ideo cū ceci-  
 derit [ .i. peccauerit homo ille [ non collidetur ] .i. neq;  
 criminaliter peccabit, neq; in venialibus permanebit,  
 [ quoniam dñs supponet manus suas ] .i. auxilium su-  
 um quo sustineatur. Habet alia translatio: quia domi-  
 nus confirmat manum eius: secundum qd ita legerur:  
 [ Cum ceciderit [ corporaliter scilicet, cū occidetur &  
 & flagellabitur [ non collidetur ] in animo. .i. non pec-  
 cabit in animo, [ quia dominus cōfirmat manū eius ]  
 .i. operationem eius. ¶ Bene dico, q; non collidetur quia  
 ego vidi iustum custoditum à dño in omni tempore,  
 &

& dum iustitia inuenis esset, & paruula, & dum perfecta, & dum in senio: si loquatur totum corpus sanctorum: quasi diceret: [Iunior fui] .i. inuenis, vt in tempore Abel & aliorum, quando iustitia per solam legem naturalem colebatur aliquantulum, adulta fuit, cum legem scriptam recepit, & in tempore gratiæ perfecta fuit: probat quia iunior fuisset, dicens: [etenim senui] .i. ad reuerendam ætatem veni. i. ad tempus illud in quo frigescit charitas multorum, sicut futurum est in tempore Antichristi. Si loquat vnus solus iustus, dicit [iunior fui] .i. similis sum illis primis iustis [ & senui] .i. similis sum illis nouissimis iustis, in quorū tempore erit iustitia in decrepita ætate: non quod iusti deficiant, sed in multis qui iusti videbantur, frigescit charitas. Sic se comparat Apostolus illis nouissimis, vbi dicit: Nos qui viuimus, qui residui sumus, rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra. Dico iuuenis fui & senui, [ & in nullo tempore vidi iustum derelictū ] à dño, quin conferret ei dñs spirituale auxilium: [ nec semen ] .i. opera [ eius ] [ quærens panem ] .i. indigens pane, scz spiritali viuificatione. Custodit enim dñs fideles suos, & eorum opera viuificat, & sibi placere facit. ¶ Ideo deus nõ derelinquit iustum suum, quia talem se exhibet, quæ dominus digne respicere debeat, scz [ tota die ] .i. assidue [ miseretur ] pia affectione [ & ] si quid habet [ commodat ] .i. tribuit necessitatem patienti. Commodat proprie dicit, quia qui dispensat, sibi reddi expectat, non à panpere, sed à dño: & quia iustus ita commodat, ideo [ semen illius ] .i. bona operatio illius [ in benedictione ] .i. in incremento [ crit. ] Hæc est enim manifesta veritas, quod si quis libere dispensat aliquod bonum sibi à deo commissum, rãto magis abndat in eodem: vt si quis doceat alios, vel bona sua in eleemosynas dñi n in sribuat



**I. Cor. 9.** sribuat. Vnde Apostolus monens ad eleemosynas dicit: Et auget incrementa frugum iustitiæ. ¶ Et quia dominus ita facit iustis, ideo tu frater simplex [declina à malo] & quia non sufficeret cessare à malo, nisi fieret bonum subdit: [ & fac bonum ] & sic [ inhabita ] cœlum [ in seculum seculi ]. i. in æternum. Habitāt quidem iusti in hac vita spe cœlum, qđ possidebunt in alia vita in re. ¶ Dico fac bonū, & facere debes [ quia dñs amat iudicium ], i. discretionem, qua separent iusti bona à malis: & ipse dñs [ non derelinquet ] in hac vita [ sanctos suos ] imò [ conseruabunt ] ducēdo [ in æternum. ] ¶ Ex quo dixi junior fui, incipit pars tertia. Dico, conseruabuntur & obtinebunt illam hæreditatem ad quam conseruabunt. & hoc habemus interposito versu vbi dicitur: Iusti autē hæreditabunt terrā viuētiū, & hoc non ad tempus, sed æternaliter. Quod dicit, & habitabunt in seculum seculi super eam, superius benedixit, qđ possessores & dñi erunt terræ illius. ¶ In terposuit de impijs, vt per pœnā eorū deterreat iustos. Continuatio: Iusti conseruabunt in æternū, sed impij punient in æternum [ & semē ]. i. opera [ impiorū peribit ] quia nullam conferet utilitatem. Iusti autē hæreditabunt terrā & c. Dixit qđ dñs illā hæreditatē dat sanctis suis, mō ne aliquis paruipenderet eā, describit eam & dignam ostendit. Continuatio: ¶ Sancti hæreditabunt terram quæ est valde digna, qđ ibi [ os iusti ], i. cor qđ ideo os nominat, quia aperit sicut os, & deus implet illud, [ meditabit sapiētiā ] non dubiā cogitās sed certā habens de dei cognitione [ & lingua eius ], i. affectio [ loquet ] modo suo: laudabit deū, scz, de sua restitutione. ¶ Et etiā ibi [ lex ], i. voluntas [ dei eius ] qui dicit deus eius, qđ multa bona fecit ei: erit [ in corde ipsius ], i. in voluntate ipsius. Ea enim vult ibi iustus,

ftus, quæ sciet deum velle: [ & non supplantabunt ] i.  
 impedientur [ gressus eius, id est, affectiones & opera  
 eius quin impleantur omnes affectiones eius. ¶ Nece  
 tiam erit ibi, qui velit supplantare gressus eius. i. iusti,  
 quia [ peccator ] diabolus vel homo [ considerat & q̄  
 ri r ] inuidiosa affectione [ mortificate eum. ] Inuidia  
 quidem tormentum animarum eorum erit, qui inui-  
 dia in hac vita peccauerunt. ¶ Peccator quærit mortifi-  
 care iustum [ dominus autem non derelinquet eum ]  
 iustum [ in manibus eius ] i. voluntate vel peccatoris  
 potestate, vt possit iustum damnare [ nec ] ipse domi-  
 nus [ damnabit eum ] iustum [ cum iudicabitur ] i. dñs  
 nabitur impius [ illi ] i. ad honorem iusti. Recipit em̄  
 vindictam iustus, cū damnabitur impius. ¶ Possumus  
 & ita legere prædicta: Ideo iusti hæreditabunt terram  
 quia in hac vita [ os iusti meditabitur ] studiose ] sapi-  
 pientiam ] i. cognitionem dei [ & lingua eius loquet̄  
 iudicium ] ad literam: [ lex etiam dei eius ] i. præcepta  
 eius, erunt [ in corde ipsius ] i. in voluntate eius. i. vo-  
 let legem ei implere [ & non supplantabuntur gressus  
 eius ] iusti scz, id est, non potest impediri quin impleat  
 affectiones eius, nec deest qui velit supplantare: quia  
 [ considerat peccator iustum ] id est, diligenter atten-  
 dit, an in aliquo possit impedire eum [ & quærit mor-  
 tificare eum ] & voluntate & opere. [ Dominus autē  
 non derelinquet eum ] iustum [ in manibus ] id est, in  
 potestate [ eius ] peccatoris [ nec ] ipse dominus [ da-  
 mnabit eum ] iustū [ cum iudicabitur illi ] vt supra. Vt  
 [ damnabit cum iustus iudicabitur illi ] id est, ad volū-  
 tatem peccatoris. Licet em̄ iustus aliquñ ab impijs flagel-  
 let, occidatur, & alijs modis iudicet, tamē non damnat  
 eū dñs, sed seruat illæsum interi⁹. ¶ Et qa dñs ita custo-  
 dit iustos, ideo tu [ expecta. ] p̄ longanimitatē [ dñm  
 n iij & cu

& custodi vias, ] .i. p̄cepta [ eius ] [ & ipse dñs exal-  
 tabit te [ dando virtutes [ vt hæreditate capias terrã ]  
 viuientium: nisi enim ita exaltaret homo, indignus eēt  
 capere rem tuã arduã, quam terrã de qua simpliciter  
 modo credis [ videbis cū peccatores perierint. ] ¶ Et  
 bene dico q̄d peccatores peribunt, quia ego [ vidi im-  
 pium super exaltatum ] super aliquos minores, [ & ele-  
 uatum sicut cedros Libani ], .i. transcendentem alios  
 potentes in altitudine huius seculi, sicut cedrus Libani  
 alias in altitudine superat arbores. ¶ Vidi sic exaltatũ,  
 [ & transiui hæc ] p̄sentia, & p̄uidenti mentis affecti-  
 one & agilitate futura: [ & ecce ] ibi [ non erat ] pecca-  
 tor [ & quæsiui eum ], .i. diligenter considerauit quare  
 ibi non esset [ & nō est inuentus locus eius ], .i. cognouit  
 quod non habeat locũ. ¶ Et quia ibi impij nō habent  
 locũ, ergo vt ibi tu possis habere locũ [ custodi in-  
 nocentiam ] custodi bene dico: quia multi malis p̄sua-  
 sionibus volunt eam tibi furari [ & vide æquitatem ]  
 .i. equum cognosce te semper puniendum ad tuam ex-  
 aminationem: ideo videt æquitatem [ quoniam ho-  
 mini pacifico ] .i. qui patienter portat aduersa huius  
 vitæ, & sibi debita deputat [ sunt reliquiæ ], .i. vita æter-  
 na, quæ sibi in posterum reseruatur. Vel [ reliquiæ ], .i.  
 bona fama post mortem. ¶ Iustus sunt reliquiæ [ iniu-  
 sti autem disperibunt ] .i. damnabuntur [ simul reliquiæ  
 impiorum interibunt. ] Impij relinquunt sibi secundũ  
 p̄sumptionem suam vitam post mortẽ, quæ reliquæ  
 interibunt eis, quia nullo modo vitam æternam habe-  
 bunt, vel reliquiæ .i. famã, domus, & cætera quæ relin-  
 quunt, interibunt .i. destruuntur. ¶ Modo ne diceret sim-  
 plex admonitus, sufficientes habeo causas quare bene  
 agere debeo & impium sustinere, non possum autem:  
 ostendit ei propheta nō deesse potentiam, vt sic dicat:

iniusti



Iniusti peribunt, [salus, autē iustorū], i. remisso peccatorū. i. potestas bene operandi est [a dño] [ & ] ipse dñs est [protectōr eorū in tēpore tribulationis], i. in hac vita, ne ledant̄ telis inimici. ¶ Et abūdat eos dñs ] ad bene operandum [ & liberabit eos [ā p̄c̄nis exterioribus, vt iam nullo modo vexentur etiam in corpore: [ & eripiet eos ā peccatoribus ] cum ducet eos de vita hac: [ & salurabit eos ] eterna saluatione, propter hoc, [quia sperauerunt in eo.]

## IN PSALMVM XXXVII.

Titulus. In finem psalmus David

in remoratione sabbati.

**D**omine ne in furore]. Psalmus iste cōuenit David prophete vel alij p̄c̄nitēti, habitus in remoratione sabbati. i. aeternę requiei, cuius cum memorē se facit p̄c̄nitens qui hic loquitur, multis se affligit modis, vt ad illam peruenire possit, psalmus dīco dirigens nos in finem. i. in Christum. Habent quidam libri, in cōmemoratione peccatorū. Est enim in hoc psalmo materia p̄c̄nitēs, multis quidem affectus miserijs pro peccatis suis. Mod⁹ est talis: In prima parte orat, quod sic purgetur p̄ miserias quas hic sustinet, vt post hanc vitā nihil patiatur. In secunda parte enumerat miserias quas hic sustinet. In tertia parte ostendit se nunquam deū inter tot mala deseruisse, sed semper in eo sperasse, & ad grauiora patiendum se paratū esse. In fine ponit in conclusione quandam exultationem de impetrata venia. Intendit nos admonere, non vt timeamus, sicut fecit in alio p̄c̄nitētiāli psalmo, sed vt iam patienter sustineamus quacūq; mala ad purgationem peccatorum, ac si ita moneret p̄c̄nitēs qui loquitur. ¶ Noli frater rogare deum, vt mala huius vitę remoueat ā te, sed per hęc, aeterna remoueat, exem

plo mei, qui non de istis oro, sed de illis, sic: [Domine  
 ne in furore tuo arguas me] Legat istud sicut in alio  
 psalmo expositum est. ¶ Nec debes post hanc vitā ar-  
 guere, quoniam in hac vita multa mala sustineo. Hoc  
 dicit, [quoniam sagittę tuę .i. pœnę illę peccatorum  
 quas infixisti Adę. Minatus est enim deus Adę, quasi  
 arcu inteso: In quacunq; die comederis de ligno sci-  
 entię boni & mali, morte morieris. Eo autem infrin-  
 gente obedientiam, sunt ei infixę, sagittę dei, scilicet,  
 factus est mortalis & patiens peccati, quę manent  
 ecclesię in filijs Adę, de quibus pœnitens hic dicit, in-  
 fixę sunt mihi, & tu domine nō extraxisti à me sagittas  
 illas, nec alleviasti, sed [confirmasti] quasi magister su-  
 pra incorrectum discipulum [manum tuam] .i. vin-  
 dictam tuam [super me] id est, per illa mala compri-  
 mens me. ¶ Et interim confirmasti manum super me  
 quod iam [non est sanitas in carne mea] quia omni-  
 bus malis est caro mea possessa, vt fame, & lassitudi-  
 ne, & alijs huiusmodi, non est sanitas mihi dico, &  
 hæc [à facie] id est, à præsentiā [irę] id est, vindictę  
 [tuę], habens quidem in præsenti consideratione  
 vindictam, quam facturus est de peccatis, nullam car-  
 ni meę quæro quietem, [non est pax ossibus meis]  
 id est, robora animę conturbantur, & inde non accu-  
 so te domine, sed hæc rota turbatio est mihi [à facie]  
 .i. propter præsentiā [peccatorum meorum] Con-  
 siderans enim peccata sua, timens vindictam dei pro  
 peccatis illis, conturbatur & in corpore & in anima.  
 ¶ Bene dico turbor p peccatis, quia mea peccata mul-  
 ta sunt, hoc est, [quoniam iniquitates meę supergres-  
 se sunt caput meum] & sibi subiecerunt mentem me-  
 am, [ & sunt grauatę super me sicut onus graue ], Si-  
 cut enim onus graue portantem deprimat, sic istę ini-  
 quita-

quitaees deprimūt animū. ¶ Hic incipit, scz, enumerare  
 re miseras quas sustinet, quas simul in praesenti versu  
 comprehendit. Ideo dico q̄ supergressae sunt, q̄a [cica-  
 trices meae putruerūt & corruptae sunt]. A similitudine  
 dicit: q̄a sicut cicatrices prius putrescūt, postea rūpitur  
 caro, sic peccata sanata in baptisate putrescūt, q̄n co-  
 gitamus ea renouare: corrūpunt, q̄n ad actū p̄ducim⁹  
 Habēt aliqui libri, corruptae sunt & putruerūt, & tūc ē  
 cōuersus ordo, quia prius corrūpūt cū dicūtur ad actū  
 deinde putrent, cū alijs dant exemplum peccādi, sicut  
 vulnera corrumpuntur prius, deinde emittunt fetore-  
 rem. Putruerunt dico [ā facie insipientiē meae]. i. pro-  
 pter sapientiā meā, quae mihi semper praesens est. ¶ Et  
 in tantum putruerunt, quod ego [miser factus sum]  
 i. miserum me reputans [ & curuatus ]. i. iam non re-  
 spiciens caelum sicut deberem, sed sola haec terrena si-  
 cut brutum animal, curuatus dico mea reputatione  
 [ vsq̄ in finem ]. i. in tantum, quod nulla bestia sit ma-  
 gis turbata, quam ego mea reputatione. Vel ita: Quia  
 sic putruerunt cicatrices meae, ideo miser factus sum  
 sicut portans multas miseras, siue ego mihi ipse faciā,  
 siue aliunde mihi inferantur, & in tantum miser, quod  
 ego curuatus sum, id est, depressus pondere miseriae  
 vsq̄ in finem vitae meae, vel vsq̄ in finem, id est, in tan-  
 tum quod nullus iam potest deprimi ultra me ali-  
 quibus miserijs, & quia sic sum factus miser & curua-  
 tus, ideo [ tota die ], id est, assidue [ contristatus in-  
 grediebar ] de tristitia in tristitiā. Vel [ ingrediebar ]  
 id est, conuersabar inter homines contristatus. ¶ Ideo  
 quidem contristatus ingrediebar, non pro aliquo da-  
 mno temporalis rei, sed [ quoniam lumbi mei ] id  
 est, fragilitas meae carnalitatē [ impleri sunt illusioni-  
 bus ] id est, deceptionibus diaboli. Per lūbos, vbi sedes  
 libi-



libidinis, i. carnalis voluptatis, accipimus quamcunq;  
 carnis voluptatem, & in tantū sunt lumbi mei impleti  
 illusionibus, quod iam [ nō est sanitas in carne mea ]  
 i. nullū genus voluptatis ē in quo nō sim illusus. ¶ Et  
 quia ita sum illusus, ideo [ afflictus sum ] in corpore  
 [ & humiliatus sum ] in anima [ nimis ], i. valde, & eti-  
 am gemebam in corde meo, [ & ab illo gemitu cor-  
 dis mei rugiebam ], i. prorumpēbam in rugitum, i. cū  
 magno desiderio in clamorem, sicut leo rugit, cum ali-  
 quam escam desiderat. ¶ Ego rugiebam, [ & omne de-  
 sideriū meum o domine est ante te ], i. nihil desidero  
 nisi quod tibi placet, [ & gemitus meus non est à te ab-  
 sconditus ] imò tibi bene cognitus, & à te probatus.  
 ¶ Bene dico gemitus, quia tantus est gemitus mihi, &  
 [ cor meum ], i. anima mea [ cōturbatū est ], & quod  
 cor sit turbatum ostendit, dicens virtutem animi defe-  
 cisse & rationē, & hoc ē: [ derelinquit me virt<sup>o</sup> mea ]  
 i. fortitudo animi sic defecit, quod iam nihil tolerare  
 potest: [ & etiam lumen oculorum ], i. ratio [ non est  
 mecū, & ipsum ] quamuis mihi naturale esset, vel [ ip-  
 sum ], i. quantulumcunq; erat, i. perdidit discretionem  
 boni & mali. ¶ Et ad cumulū omnium malorum ] a-  
 mici mei ], i. illi qui mihi pio ac fideli amore putabant  
 esse coniūcti sine aliqua cognatione carnis, & qui mi-  
 hi solatio esse debuissent [ & proximi mei ] secundum  
 carnem [ adpropinquauerunt ] paulatim accedendo  
 [ aduersum me ], & steterūt, i. perseuerauerūt erga me  
 in malis actibus. ¶ Amici mei fuerūt contra me, & qui  
 non fecerūt mihi mala, nullum fecerunt solatium: hoc  
 est, [ & qui iuxta me erant ], i. coniūcti mihi aliqua co-  
 gnatione vel amicitia [ de longe steterunt ], i. recesserunt  
 à me nullū ferentes solatium, & tunc mihi sic de-  
 relicto, illi [ qui quærebant animam meam ] tollere, i.  
 damo

demones & ministri eorum [ vim faciebant ] .i. mani-  
 festa mala inferebant. ¶ Et non tantū mala inferebāt,  
 sed etiam mala dicebant manifeste & occulte: & hoc  
 est, [ qui inquirebāt mihi mala, locuti sunt vanitates ]  
 .i. manifesta mendacia: vt cum dicerent hæc mudana  
 sufficere ad beatitudinem, & similia, & non tantū ma-  
 nifeste dicebant mala, sed etiam [ tora die meditabant  
 dolos ] .i. si aliquando dicebant bona, non bona, sed  
 seductoria intentione dicebāt. ¶ Ego autem non au-  
 diebam ] .i. non monebar de eorum maledictis: ego  
 dico in hoc existens [ tanq̄ surdus ] .i. sicut surdus non  
 habet aliquem actum auditus, sic nec ego aliquē actū  
 motionis: & erā erga maledicentes [ sicut mutus ], &  
 quia mutus & si non expressa voce, tamen aliquo mu-  
 gitu vel indicio iram suam exprimit, vt suā ma-  
 nifestet constantiam, dicit [ & non aperiens os suum ]  
 .i. nullo modo respondens impropertantibus. ¶ Et nō  
 tantum non habebam actum audiendi, sed nec poten-  
 tiam, & hoc est, [ factus sum sicut homo nō audiens ]  
 .i. non potens audire: & cum superius dixisset, sicut mu-  
 tus non aperiēs os suum, ne inferret aliquis, ideo mu-  
 tus eras, quia non habebas vnde respōderes, ideo sub-  
 dit, [ & non habēs in ore suo redargutiones ] contra  
 persequentes. .i. quamuis haberem vnde possem repre-  
 hendere, tamen fui quasi non habens. ¶ Hic incipit de  
 terra parte. Continuatio: Ira tribulor, sed tamen spe-  
 rari in te. Et [ quoniam speravi in te ] ideo [ tu domi-  
 ne deus meus exaudies me ], ¶ Exaudies & debes ex-  
 audire [ quia ] ego [ dixi ] id est, deliberaui [ ne inimici  
 mei ] .i. diaboli & eorum ministri, & si modo gaudent  
 super me [ nequando ] .i. in fine [ gaudeant pro me  
 deuicto, & reuera gauderent, quia [ dum commouent  
 pedes mei ] .i. dum fuerit cōmori [ locuti sunt magna  
 super

super me ]. i. contra me, quia de mea infirmitate gaudebant. ¶ Et ideo exaudies, quia licet iam multa mala sustinui, tamen multo plura paratus sum sustinere, & hoc est, [ quoniam ego in flagella ] sustinenda ire [ paratus sum ] pro amore tuo, & semper peccatorum memoriam habeo, & hoc dicit, [ & dolor meus in conspectu meo semper ] id est, precedentium peccatorum memoriam semper habeo in corde. ¶ Ideo quoque exaudies [ quoniam annuntiabo ] id est, confitebor [ iniquitatem meam ] [ & cogitabo ] . i. sollicitus ero [ pro peccato meo ] faciendo opera per quæ mihi peccatum relaxetur. ¶ Ego tot mala sustineo quod etiam morior, & hoc est quod dicit, [ inimici autem mei viuunt ] . i. existimant vitam esse in his mundanis, [ & confirmati sunt super me ] scilicet ad inferenda mihi mala: [ & multiplicati sunt ] & numero & grauius nocendo [ qui oderunt me inique ] . ¶ Et non tantum inferebant mihi mala, sed etiam [ detrahebant mihi ] illi [ qui retribuunt mala pro bonis ] & hoc totum faciebant nulla alia causa, nisi [ quoniam sequebar bonitatem ] . ¶ Hic ponit exultationem. Continuatio: Ego hæc omnia patior, & tu [ dñe deus meus ] salutis meæ dator, . i. qui iam exaudisti me [ ne derelinquas me ] . i. ne permittas me cadere in criminale peccatum. Permittit enim deus cadere aliquando suos ad correctionem maiorem, vt Petrum, & si aliquando derelinquas, [ ne discesseris a me ] . i. ne permittas me perseverare in peccato, sed [ intende in adiutorium, meum ] id est, da te intentum, vt me adiuues ad bene operandum.

## IN PSALMVM XXXVIII.

Titulus. In finem canticum David pro Idithū  
**D**ixi custodiā. Volens Ezdras honorem facere Idithū, qui fuit vnus de quatuor precatoribus, cum  
 arcam



arcam domini de Sylo reducerent, ad memoriam ip-  
 sius ponit nomen eius in ipsius psalmi in titulatio-  
 nem. Licet autem in quibusdam scripturis inuenia-  
 mus, hunc psalmum fecit Idithum, & hunc Emam,  
 &c. tamen intelligendum est à David omnes factos  
 esse. Hi autem fecisse dicuntur, quia recensuerunt, &  
 non tantum propter hoc, sed maxime ideo, quia inter-  
 pretatio huius nominis, Idithum, ipsius psalmi pro-  
 prietatem ostendit. Idithū namq; transiliēs interpretat,  
 & hic detransiliēte oīa tēporalia agitur. Hunc psalmū  
 ideo canticū nominat, quia hic quondam exultationē  
 proponit, scz, finē nostrum .i. Christū, & licet hic que-  
 dam tristitia proponantur, tamen ipsa læta reputantur  
 spe finis illius. Titulus sic exponitur: Canticū istud cō-  
 uenit David propheta: transilienti vel cuiq; transiliētī  
 habitū pro Idithū .i. ad honorē Idithum .i. transilientis.  
 Cum em̄ ostendit talē esse transilientē, vt relictis mū-  
 danis, ad cœlestia saliat, magnū honorē exhibet, can-  
 ticum dico, dirigens in finem .i. in Christū. Materia est  
 transiliens .i. perfectus ille, qui omni mundanorū volu-  
 ptate postposita, solis cœlestib⁹ inhiat, & etiā talis, qui  
 adeo [perfectus est, vt etiā linguā suam à peccato om-  
 nino cohibeat, hāc p̄ partes itā disponit. In prima ostē-  
 dit ille transiliens se tacere mundo, .i. hominibus, & lo-  
 qui deo. In secūda parte cōparat hęc mūdāna cū cœ-  
 lestibus, ostendens hęc esse vana, illa apperēda. In ter-  
 tia parte ponit orationē, vt à malis liberetur, & cœle-  
 stia valeat obtinere. Intentio est iustos admonere, vt  
 mūdānis postpositis, ad cœlestia transeant. ¶ Vos iu-  
 sti nolite hęc mūdāna appetere, sed cōsiderate me quī  
 [dixi] .i. deliberaui apud me ipsum, [custodiam vias  
 meas] quibus debeo ad deū accedere, nō iā dico ab-  
 stinēdo à furto, vel à talibus, quę oīa iā remouī à me,  
 sed

sed sic custodiam, [vt] iam deinceps [non delinquā  
in lingua mea]. ¶ Et vt non delinquam [posui ori  
meo custodiam] tunc [cum cōsisteret peccator aduer  
sum me] .i. qui volebat ad maledicta prouocare, &  
sic cū cōsisteret peccator aduersum me, posui ori meo  
custodiam, sed quia omnis actio, quæ fit ex delibera  
tione, fit certior, præmittit, dixi custodiā n, a, o, m. Cu  
stodit rationē, quæ vt bonus ianitor emittit emittēda  
retinet non emittenda. ¶ Posui custodiam, scilicet [ob  
mutui] & hoc non ex ira, sed ex humilitate, & hoc est  
[& humiliatus sum] mente scilicet. Et non tantū ob  
mutui non dicendo mala, sed etiam tacui bona, & hoc  
est, [& filii a bonis]. Iuste tacet iste bonus illis obsti  
natis, quos videt paratos ad conculcandum verbum  
dei. Dominus enim dicit in Euangelio: Nolite sanctū  
dare canibus, neq; margaritas ante porcos spargere,  
Silui dico a bonis, [&] ex hoc [renouatus est dolor  
meus], Doluit em̄ iste iustus super peccatorē, cum eū  
peccator prouocaret ad irā: Nūc vero renouatur dolor  
iste, cū eos ita obstinatos cognoscat, vt eis etiā bonū  
non audeat prædicare. ¶ Postq̄ ostendit se tacere mū  
do, ostendit se loqui deo. Continuatio: Istis tacui, sed  
[cor meū] .i. affectio mea [concaluit intra me] igne  
dilectionis, & non tantum concaluit, sed etiam ardet  
ibi, & hoc ē: [& in meditatione mea exardescit ignis]  
i. meditor exardenti dilectione. Si habetur, exardescet,  
per illud futurum norabitur perseverantia. ¶ Ignis ex  
ardescit in mea meditatioe, & ab illa [locutus sum in  
lingua mea] .i. aunciāns ea quæ ardens meditatio  
ministrabit, illud scilicet loquutus sum [domine notū  
fac mihi finem meum] .i. da mihi veram cognitionē  
de filio tuo Christo, vt intelligam eum consummaro  
rem meum qui me redimat, & immortalitatem mihi  
retri-

restituat. ¶ Et [notum fac mihi [numerum dierum] quibus vivo [quis est]. i. qualis est, scilicet, vt intelligā presentes dies defectiuos esse, & sic æternos inquirā. Vel ita: [Notum fac numerum], i. infinitatem. i. eternitatem [dierum meorum] scilicet, quibus viuam in alia vita. i. fac me intelligere, scilicet, quod iusti in alia vita habeant eternitatem. Dico notum fac domine finem & numerum, vt istis cognitis, [sciam] & intelligam [quid desit mihi]. i. Christum. Cognoscēs enim iustus Christum esse finem nostrilaboris, & remuneratorem in iudicio secundum merita vniuscuiusq; scit ad eum festinandum, nec in istis mundanis vltius esse confidendū. ¶ Dico quid desit, quia vere deest, & [ecce] [quid desit,] posuisti dies meos mensurabiles] in quibus vivo. i. nō æternos, sed defectiuos. Alius enim tres dies vel annos, alius cētum, alius sexaginta habet & quisq; cum certa mensura, [ & substantia mea] scilicet, non renouatio quam fecit Christus, sed vetus essentia corruptibilis, quā traximus ab Adam, est [tanquam nihilum ante te] non dico in conspectu hominum, qui magnificant hominem ad comparisonem bestiarum, sed [ante te], i. in presentia tua. ¶ Sed tamen ita sunt fragiles, substantia sic indigna. ¶ Sed tamen quamuis hoc non attenderet [omnis homo] quantumcunq; sit iustus [viuens] [futurum est enim aliquñ, quando subditus non erit, est] [vniuersa vanitas] id ē subditus est vniuersæ vanitati, scz, his mundanis. Licet enim iustus spiritualiter non subiiciat se his mundanis, secundū corpus tamen necessario subiacer. Oportet enim cogitare de victu & vestitu. Vnde Paulus: Vanitati creatura subiecta est non volēs. ¶ Hic incipit secunda pars. Continuatio: Omnis homo est subditus vanitati, propter hoc debere cessare à peccato. Diapsal  
 o ma.

Rom. 8.



ma. [ veruntamen pertransit homo ] de peccato in peccatum, ita vt non tantum sit subditus vanitati, sed etiam de peccato in peccatum pertransit, quanquam existat [ in imagine [ dei, id est, sit similis ei per rationem. Hanc sententiam comprobatur alia rāssatio, quæ habet quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vane conturbatur. Dico pertransit homo, & nō tantum pertransit, sed etiam [ conturbatur ] multis passionibus animi, scilicet, gaudio, dolore, spe, timore, & similibus, & hoc [ frustra ] quia omnes istæ perturbationes in vriles sunt. ¶ Hic eligit quoddam genus vitiorum, in quo est & pertransitus, & conturbatio, scilicet, auaritiā. Pertransit enim homo & conturbatur, quia [ thesaurizat ] in quo magnus transitus: quia declinat in hoc homo ad auaritiā, & in eo quod perturbatur timore ne perdat vel minuatur: thesaurizat & stultus est: quia [ ignorat cui congregabit ea ] quæ congregauit. Sæpe enim possidet inimicus, quæ congregauit auarus. ¶ Ostensa qualitate præsentis vitæ, ponit oppositum, scilicet, quid sit omnibus appetendum. Continuatio: Sic conturbatur homo [ & nunc ] id est, hoc considerato [ quæ est expectatio mea? ] id est, quæ debeo expectare? An hæc mundana? An deum? [ nonne dominus? ] Certe dominus expectatio mea: [ & substantia mea ] .i. puritas meæ conscientiæ renouatæ per Christum [ est apud te ] .i. digna vt eam approbes. Nulla enim substantia, nisi quæ sit renouata per Christum, digna est in tua præsentari præsentia. ¶ Quandoquidem mea substantia apud te est, ergo domine [ erue me ab omnibus iniquitatibus meis ] ne ipsæ mihi valeant dominari: & debes eruere, quia tu [ edisti me opprobrium insipienti ] in quem inspiēs iaceret opprobria. ¶ Et ego ea bene sustinui, & hoc est [ obmutui,

mutui & nō aperui os meū ] vt in alio psalmo, nō aperui nec istā pœnitentiam ex me habui, sed quoniā [ tu fecisti ] in me hanc patiētiam, & quia sustinui sic, ideo tu domine, amoue à me non tantum iniquitates, sed etiam pœnas iniquitatē, & hoc est [ amoue à me plagas tuas ] potest etiam cum hoc quod supra legimus continuari, sic, quoniā tu fecisti, iam amoue à me plagas illas, quoniam &c. ¶ Dico amoue, & opus est vt amoueat, quoniam [ ego defeci ] id ē, non potui sustinere [ à fortitudine manus tuæ ] .i. forti vindicta tua [ in increpatonib<sup>9</sup> ] notat deum vindictā suam facere ad hoc, vt retrahat hominem à peccato. Continuatio Dico, plagas tuas & fortem manum tuam nō accuso sed confiteor me habere iniquitatē: & [ propter iniquitatem corripuisti ] me [ hominē ] disciplinis tuis. Hic notatur iudicium, & misericordia dei. In hoc iudicium quod propter iniquitatem flagellat, & in hoc misericordia, qđ correptorie quasi pater flagellat, vt ad viam veritatis reducat. ¶ Corripuisti, & in tantū quod [ fecisti animam eius tabescere sicut araneam ]. Sicut enim aranea ad inutile opus faciendum, interiora sua extrahit, sic peccator animæ suæ in appetitu mundanorum consumit, quæ ita vana sunt, vt virtutes animi nihil in eo operentur. Hoc etiam facit deus ad correctiōnes, vt cum homo se vilē sic cōgnouerit, saltem conuertatur, & licet ita deficiat in istis inutilibus, [ verumtamen omnis homo ] carnalis scilicet [ conturbatur ] i. multis passionibus afficitur. Poteest etiam sic legi in bonum: Continuatio: Corripuisti hominem: & ita corripuisti, vt se penitus mundo mortificaret, sicut aranea se mortificat in suo corpore, & hoc est: [ tabescere ] id est, deficere, in ira, quod iam non irascere: & in concupiscentia, quod nihil cuperet,

nulli inuideret, & prorsus mundo se mortuum redderet. Pinguis enim anima quæ ira & talibus plena est, tabescere dicitur, sicut aranea, quæ seipsam mortificat. Iustus sic tabescit in appetitu cœlestium [veruntamen omnis homo] carnalis, in appetitu mundanorum, nō respiciens iustum, & hoc [vane] est quod [conturbatur.] ¶ Alij conturbantur, & ego non conturbor pro his mūdānis, & ideo tu [domine] Diapsalma: [exaudi orationem meam] scilicet: vt finem quem peto mihi notifices: [ & deprecationem ] vt iniquitatē & plagā à me remoueas, quas precor remoueri, quæ oratio & deprecatio dignæ sunt exauditione, quia cū lachrymis sunt, & hoc est: [auribus precipe lachrymas meas.] ¶ Exaudi dico orationem, & interim donec complaceas [ne fileas]. i. ne subtrahas mihi gratiam, sed responde mihi conferendo gratiam in hac vita, & debes respondere, [quoniam ego sum apud te]. i. de familia tua sum, & maxime propter hoc, quia ego sum [ad uena] scilicet, de ciuitate diaboli in qua natus sum per peccatum Adg, translatus sum ad tuam ciuitatem per gratiam Christi, & nondum habeo certam mansionē ibi vel sedem, sed ad huc sum [peregrinus] tendēs ad illam supernam ciuitatem, [sicut omnes patres mei] scilicet, Abraham, Isaac, Iacob, & alij qui vt se peregrinos in hac vita significarent, & ad illam ciuitatem veram tendere, non fecerunt sibi in hac vita domos, sed in tentorijs morati sunt, teste Apostolo. ¶ Et quia ita sum apud te, ideo [remitte æstus]. i. fomitem peccati [vt refrigeret priusq̄ abeā] ab hac vita. Etenī si irrefrigeratus abiero, quin mortificent in me suggestiōes malæ [amplius nō ero]. i. nō habebō verum esse, sed potius tormentis affligar.

IN PSALMVM XXXIX.

Titu-



Titulus. In finem psalmus David  
**E**Xpectās expectaui dominū]. Psalmus iste con-  
 uenit ipsi David. i. Christo, nō tantū in propria  
 psona sed etiam in persona priorū patrū, & in  
 persona ipsius Christi, & in persona sequentium Chri-  
 stum vsq; ad nouissimū iustum. Materia est Christus,  
 secundū hoc quod ipse ponit omnib<sup>9</sup> legalibus obser-  
 uatijs modū, & inutiles reddit, & in se nobis perfecti-  
 onē proponit, de qua sic agit: In prima parte ponit te-  
 stimoniū huius nouitatis, scz. patres primos hāc expe-  
 ctasse & annunciasse. In secunda parte inducit ipsam  
 Christū legalia destruentē, & suam innouationē con-  
 firmantem. In vltima parte inducit sequaces Christi. i.  
 annunciantes. Intēdit persuadere legalia instituta iam  
 habere finem, & per Christū ad deum ascēdendū esse.  
 ¶ Vox priorum iustorū, ac si ita dicerent: Noli sperare  
 in legalib<sup>9</sup> institutis, sed expecta dominum, sicut ego  
 nunq̄ confidens in istis obseruatijs [expectaui domi-  
 num,] Et non dico quod expectassem aliquando, sed  
 [expectās] assidua expectatione, & non fuit cassa ex-  
 pectatio mea, quia dñs [intendit mihi]. i. intentum se  
 mihi prębuit. ¶ Et non tantum propter expectationē  
 mihi intendit, sed etiā [exaudiuit.] Et quomodo ex-  
 audisset subiungit dicens: [ & eduxit me de lacu mise-  
 rię ]. i. mundo isto, in quo continētur multę miserię,  
 i. peccata, quę faciunt miseros & lutulēros. Vnde sub-  
 dit, [ & de luto fecis ] Fuerunt enim iusti illi per Chri-  
 stum à peccato liberi, quamuis non essent prorsus de-  
 leta origenalia peccata, donec Christi sanguis effunde-  
 retur. ¶ Et non solum mala remouit, sed bona dedit,  
 hoc est: ] & statuit supra petram ]. i. super Christum  
 [pedes meos]. i. affectiōes meas: vt qui prius incerti  
 eramus, in quo nobis confidendum esset, iam Christū

certum fundamentum nostræ fidei babeamus. Et sta-  
 titus pedibus [dixit gressus meos]. i. opera mea fe-  
 cit directa. ¶ Et immisit in os meum canticum nouū ]  
 i. fecit me annunciare incarnationē filij sui: quod [car-  
 men] est canticum vel hymnus, non loui vel alicui si-  
 militudo deo, sed [deo nostro]. ¶ Et hoc quod annunciamus  
 [videbunt multi & timebunt] timore bono, vi-  
 dentes miracula [ & sperabunt in domino. ] ¶ Et ne  
 aliquis diceret parum esse, & nihil conferre sperare in  
 domino, ostendit sperantes beatos esse, cū dicit: [Bea-  
 tus vir cuius est nomen domini spes eius], i. qui hono-  
 rat nomen domini, credens eum redemptorem, & si-  
 milia de ipso, nomen dico, spes eius, i. ex hoc quod no-  
 men ita recipit & honorat, sperat in ipso, secur⁹ quod  
 per hoc vitam habebit, & ita dico beat⁹, si postea [nō  
 respexit]. i. inclinauit nomen [in vanitates]. i. ad de-  
 lectationem mundanorum, vel ad legales obseruan-  
 tias [ & insanias falsas ] vt lapidē credere deum. ¶ Et  
 non debent homines talia respicere, qa [tu deus me⁹  
 fecisti multa mirabilia] sicut cœlum & terram, & alia  
 quæ ipsi possunt admirari, mirabilia dico [tua]. i. ad  
 tuam laudem, & hoc non alicuius indicio, sed tuis [co-  
 gitationibus]. i. propria tua sapientia, & ideo apparet  
 qa [non est] aliquis [qui similis sit tibi. ] ¶ Et hæc tua  
 mirabilia [annunciaui] per priores patres, & ego ipse  
 postea in propria persona [sum locutus] tua mirabi-  
 lia, & me loquente [sum multiplicati] credentes in te  
 [super numerum] priorū credentiū, vel super nume-  
 rum prædestinatorum ad vitam, quia multi credide-  
 runt, q postea a fide recesserūt. Vbi dicit locutus sum,  
 incipit de secunda parte. ¶ Ideo sum loquutus, quia tu  
 [noluisti sacrificium]. i. immolata animalia, quæ non  
 tota cremabant, non placuerunt tibi: [ & oblationē ]  
 de

de cadelis & de pane, & hæc talia [ noluiſti. ] [ aures au-  
 rem ] id eſt, intelligentiam [ perfeciſti mihi ] id eſt, per-  
 ſectam dediſti mihi, idem eſt quod alia translatio ha-  
 bet, perſudiſti mihi. Apoſtolus autē dicit, corpus ada-  
 ptaſti mihi, id eſt, aprum, corpus feciſti in quo lateret  
 diuinitas. ¶ Nec ſolū iſta noluiſti, ſed [ holocauſtum ]  
 id eſt, hoſtiam vbi totum animal incenditur. Holos  
 enim totum eſt, cauſtum incenſum eſt, [ non poſtula-  
 ſti: ] [ & ] etiam ſacrificium, ſcilicet, [ pro peccato ] qđ  
 genus hoſtiæ eſt, ſcilicet, hircus, cui imponebātur pec-  
 cata, & mittebatur in ſolitudinem: [ tunc ]. i. conſide-  
 rato quod deo talia non placerent ſacrificia: [ dixi ]. i.  
 deliberauit [ ecce venio ]. i. vnio mihi humanitatem.  
 ¶ Ad hoc ſc̄z. venio, vt faciã tuam voluntatē deus: &  
 bene debeo venire, quia, [ in capite libri ]. i. in primo  
 pſalmo vbi dicit: In lege eius meditabit die ac nocte,  
 &c. [ ſcriptum eſt de me ] hoc ſcilicet [ vt facerem vo-  
 luntatem tuam ] ſcilicet, vt implem inunctam obe-  
 dientiã, ſc̄z, vt funderē ſanguinem in reparationē hu-  
 mani gñis, tuam dico [ deus meus ] Ego venio vt faci-  
 am voluntatem tuã, & [ volui ] facere eam [ & legē ]  
 .i. præcepta tua habui [ in medio cordis mei ] ſicut in  
 primo pſalmo legitur: In lege domini voluntas eius.  
 Vel [ in capite libri ]. i. in diuinitate Chriſti, quæ eſt ca-  
 put humanitatis, eſt ſcriptum. i. præſc̄itum & diſpoſitū  
 de me, vt faciã voluntatem tuam. Chriſtus dicitur li-  
 ber, quia propoſitus eſt nobis exemplar, vt ſimilitudi-  
 ne ipſius vias noſtras dirigamus. ¶ Ego ſum locutus  
 in perſona mea, & [ annunciaui in eccleſia magna ]. i.  
 ipſam magnã eccleſiam annunciare feci [ iuſtitia tuã ].  
 i. quod nō ex legalibus inſtitutis iuſtitia fiat, ſed ex te:  
 [ ecce labia mea nō prohibebo ] id eſt, ſi aliqui volunt  
 prohibere meos ne loquantur, tamen non tacebunt



quod pro me dicitur de martyribus: & hoc est [ dñe tu  
 scisti ] .i. tu ita ordinasti, vel tu cognouisti esse futurū.  
 ¶ In hoc versu incipit de tertia parte. Nec timebo aliq̄s  
 nec tacuero, & hoc est [ iustitiam tuā non abscondi in  
 corde meo ] sicut ille qui talentum dñi sui abscondit ī  
 terra, & [ veritatem tuam dixi ] .i. annuntiabo te vera  
 cem esse in omnibus promissionibus [ & salutare tu-  
 um ] .i. ex te esse saluationē omnium gēitium. ¶ Et nō  
 rantum coram paucis loquar veritatē tuam, sed [ a cō-  
 cilio multo ] .i. a multitudine hæreticorum [ non abs-  
 condi misericordiam & veritatem tuā. ] ¶ Ego annū-  
 ciabo, & necesse est, vt tu dñe efficaciam meæ annunti-  
 ationi des: & hoc est, [ tu autē dñe ne longe facias mi-  
 serationes tuas a me ] nec debes mihi elongare, quia  
 hæcenus nunq̄ elongasti, & hoc est: [ misericordia tuā  
 & veritas tua semper ] .i. in omni tempore omnium  
 iustorum [ susceperunt me ] ad custodiendum. ¶ Ideo  
 non debes miserationes tuas elongare a me, [ q̄a ma-  
 la ] .i. peccata [ quorum nō est numerus, circū dederūt  
 me ] .i. eos quibus ego annuncio, qui mei futuri sunt.  
 Tunc circumdant homines peccata, quando appropin-  
 quant eis per malas cogitatiōes [ & iniquitates meæ ]  
 .i. eorum qui mei futuri sunt [ comprehēderunt me ]  
 id est, ad actum perduxerunt hi qui mei erunt [ & non  
 potui vt viderem ] id est, sic opprefferunt eos illæ ini-  
 quitates, quod non potuerunt habere aliquem vsū  
 rationis. ¶ Multiplicatæ sunt super capillos capitis ] .i.  
 infinitæ sicut capilli, & bene capillis peccata comparat  
 quibus abrafis in veteri lege peccata putabantur dele-  
 ri, & in tantum sunt multiplicatæ, quod [ cor meum ]  
 .i. oīs virtus cordis [ dereliquit me. i. defecit. ] ¶ Iniquita-  
 tes sunt multiplicatæ, ergo complaceat ] id est cum pa-  
 tre; & spiritu sancto placeat [ tibi domine ] .i. verbum  
 hoc

hoc scilicet [ vt eruas me ] id est, illos quibus annuncio  
 & mei sunt futuri, libera a peccatis domine: & tu do-  
 mine quem ego precor [ adiuuandum me respice ] sci-  
 licet, miseriam illorum meorum cooperando, vt si cie-  
 nare voluerint, tu iuuua, &c. ¶ Hic orat pro inimicis:  
 sic me adiuua, & libera, & illi [ qui [ toris virib' ] qua-  
 runt animam meam ] non admirandum, sed [ vt aufe-  
 rant eam ] .i. deleant eam, erubescant de peccato, & hoc  
 est, [ confundantur & reuereantur ] .i. timeant & ho-  
 norent dominum similiter qui volunt me perdere.  
 ¶ Et non tantum qui quarunt vt me auferant, sed eti-  
 am [ qui volunt mihi mala ] auertantur a via mala, vt  
 sint [ retrorsum ] .i. sequantur te deus [ & reuertantur ]  
 ¶ Et [ qui dicunt mihi euge euge ] .i. adulatorie loqui-  
 tur mihi, dicendo: bene bene est tibi [ ferant confusio-  
 nem ] .i. erubescant, & hoc sine dilatione, & hoc est, [ cō-  
 festim ] ferant, ideo dicit, vt notat magnam confusio-  
 nem que comprimat superbiam eorum, sicut aliquod  
 onus comprimit ferentem. ¶ Inimici conuertan-  
 tur, amici autem [ exultent & lætentur ] scilicet [ om-  
 nes quærentes te ] & [ qui diligunt salutare tuum ] id  
 est, saluationem quam tu facis, & [ dicant semper ma-  
 gnificetur dominus ]. ¶ De dño dicant magnificetur  
 dominus de se autem dicant: [ ego sum mendicus ] .i.  
 quærens cognitionem de deo, & quantumcumq; ad  
 hoc laborem, tamen semper [ pauper ] id est, insuffici-  
 enter habens cognitionem de deo, quam nullus ple-  
 narie in hac vita habet, & quamuis ita sim pauper, ta-  
 men dominus sollicitus est mei ] &, non deficio, quia  
 sic mihi ministrat omnia necessaria. ¶ Et [ tu ] domi-  
 ne qui [ es adiutor meus ] in cooperando: [ & prote-  
 ctor ] in defendēdo [ ne tardaueris ] quin mihi facias  
 quicquid facturuses, Vel potest legi in persona Chri-  
 o v. sti

fiti ita: dominus deus magnificetur, ego autē sum me-  
 dicus secundum humanitatem [ & pauper ] id est, egēs  
 tua liberatione, id est, nunquam copiosus in istis tem-  
 poralibus, Ideo Christus hoc dicit, ut proponat humi-  
 litatem omnibus suis, scilicet, cum dicat se pauperem,  
 nullus suorum audeat de se præsumere. Ego iam pau-  
 per, sed [ dominus sollicitus est mei ] id est, me custodit  
 immunem à peccato, & subministrat omnia necessa-  
 ria. ¶ Et tu domine qui es deus meus & protector me-  
 us, ne tardaueris facere quicquid facturus es per me. In  
 reparare genus humanum, &c.

## IN PSALMVM XL.

Titulus. In finem intellectus filijs Chore.

**B**eatissimus qui intelligit super egenum. ] In seditione  
 contra Moysen & Aaron de pontificio ipsius A-  
 ron, cum thurificaret cum filijs suis Chore, com-  
 bustus est ipse cum filijs suis proprio igne. Inde etiam  
 comparantur hodie filijs Chore illi, qui sunt rebelles  
 placis suis iniuste. Fuerunt & aliqui boni de filijs Cho-  
 re, qui cum cæteris præcentoribus, quos David consti-  
 tuit in tabernaculo, recitantes psalmos multum value-  
 runt ad amplificandum cultum dei: vnde Ezdras iudi-  
 cans eos dignos memoria, secundum nomen eorū in-  
 titulauit quosdam psalmos, at tēdens tamen maxime  
 interpretationem nominis proprietati psalmi conue-  
 nire. Chore namq; caluaria interpretatur, & quia in illo  
 loco crucifixus est dñs, per continens contentum, scz,  
 crucem Christi intelligimus. Filij autē crucis, scz, Cho-  
 re, sunt Christiani, & maxime martyres, qui nunquam  
 eum crucifixum confiteri erubescunt. Titulus sic expo-  
 nitur: Intellectus i. psalmus iste qui vocatur intellectus,  
 quia exponit nobis quēdam intellectum. i. rem valde  
 secretam, id est, Christum non simpliciter hominem,  
 sed



sed etiam deum fuisse. Hic talis intellectus, proponitur  
 filijs Chore ad intelligendum, id est, filijs crucis, directus  
 in finem, id est, in Christum, si hæc intelligant. Materia  
 est Christus deus & homo, secundum humanitatem ini-  
 iuriatus per diuinitatem glorificatus. Modus talis est.  
 Facit tres partes in psalmo. In prima parte admonet,  
 cum bonis promissionibus, vt intelligatur Christus pater  
 ter hominem deus. In secunda parte ponit, quare qui-  
 dam simpliciter hominem putauerunt, scilicet, quia mul-  
 tis modis iniuriatum viderunt. In tertia parte nos red-  
 dit certos eum plus esse quam hominem, scilicet deum  
 fuisse. Intentio est nos admonere, vt credamus eum  
 deum fuisse supra hominem. ¶ Vox Christi dicentis:  
 Intelligite me supra hominem, quia [ beatus ] est ille  
 [ qui intelligit super egenum & pauperem ] id est, qui  
 cum videt me egenum & pauperem, propter quod  
 dam putauerunt me hominem solummodo esse, intel-  
 ligit me deum esse: & verè talis est beatus, quia [ in die  
 mala liberabit eum dominus ] ab omni malo. Dies iu-  
 dicii mala dicitur, quia in malis mala reddentur. ¶ Po-  
 nit orationem pro tali intelligente, in die iudicij libe-  
 rabit eum dominus, sed interim [ conseruet eum domi-  
 nus ] à persecutoribus [ & vivificet eum ] vera vita per-  
 fidem: [ & beatum ] id est felicem [ faciat eum ] in vir-  
 tutibus, & etiam in temporalibus: & hoc est, [ in ter-  
 ra ] id est, in hac vita: [ & ] cum inimici tunc maxime in-  
 videant ei [ non tradat eum in manus ] id est, in vo-  
 luntates, etiam si tradat eum deus in manus [ inimico-  
 rum ] tam spiritualium, quam carnalium [ eius ] id est,  
 intelligentis. ¶ Et quia impossibile videretur esse  
 quod aliquis in hac tam misera vita beatus posset  
 esse, orat CHRISTVS, vt huic intelligenti sic fe-  
 rat opem, per quam beatus possit esse. Continuatio:  
 Dico

Dico beatum faciat, & vt beatus possit esse, [ dñs ferat opem ] .i. confortationem illi intelligenti, ita vt faciat eum esse [ super lectum doloris eius. ] Lectum vocat animalitatem, scz quandam vim inferiorem animæ, secundū quā ipsa anima viuificat, & sentire facit ipm corpus, quæ ideo vocatur lectus, quia in ipsa quiescit quædam vis animæ superior, scz ratio. Lectus ideo doloris, quia ad carnales voluptates secundū omnes sensus corporis, & ad multos illicitos motus facit vim, si bi superiorem consentire, de quibus dolet ratio: Sed lectus iste quem modo dicimus doloris, prius fuit lætitiæ & consolationis: quia dum primus homo pstitit in obedientia, præfuit ratio animalitati, ita q̄ ipsa animalitas secundum nullum sensum corporis mouebatur ad aliquam voluptatem carnis, in qua sic subiecta rationi quiescebat ratio cum lætitia. Postq̄ vero ab obedientia discessit, factus est lectus doloris. Sciendum q̄ deus ad hoc superiorem vim animæ, scz, rationem inseruit, vt homo per eam deum contueret, & ipsa eadē ratio semper præesse debet animalitati, sicut vir mulieri. Animalitatis officium est, hæc terrena cōmode disponere: & semper debet esse rationi in adiutorium, & subiecta quasi viro, & ad significandas has duas potētiās animæ, quarum altera præesset, altera subesset, creauit deus masculū & feminā, quorum masculus præesset, significans rationē: femina subesset, significans animalitatem. Bene dico lectum doloris, quia [ in infirmitate eius ] .i. in peccato, q̄d primus fecit per inobedientiam [ versasti stratum eius ] .i. illam sensualitatem, quæ prius erat strata .i. subiecta rationi, conuertisti ita, quod ipsa modo velit dominari, & secum eam trahere in voluptates carnis: stratum dico versatum nō secundum vnum sensum, sed [ vniuersum ] .i. secundum omnes

omnes sensus corporis, Homo enim modo mouetur ad voluptates carnis, secundū oēs sensus. ¶ Tu verfasti fratrum eius, sed cōtra hoc ego oro pro eo: & hoc est: [ego dixi] corde & ore [dñe miserere mei] .i. meorū: ita. i. [aiām meā. i. meorū] qa peccavi tibi] .i. ad tuū honorē. qa tu solus ille medic⁹, qui solus laudē potes habere de pētōre curatiōe, ex magna affectiōe quā habet Chrs erga suos, ascribit sibi peccata suorū cū hoc dicit ¶ Incipit de secunda parte, scz ostendit Christū multis modis iniuriatum, propter quod à quibusdam simpli- citer reputatus est homo, Ad hoc iungitur: Ego sic oro pro meis, sed [inimici mei] non curantes hoc [dixerunt mala mihi] vt dæmonium habes, & similia. Inter cætera dicebant [quando morietur] homo iste [ & peribit nomen eius: ] .i. destruetur fama eius: ¶ Non tantum inimici manifesti mala loquebantur mihi, sed etiam simulatorij amici: & hoc dicit [ Et si ingrediebat ] aliquis in consortiū, [ vt videret ] .i. exploraret, si in aliquo posset derogare mihi [ vana loquebarur ] velut ille qui loquebatur: Si hic propheta esset, sciret vtiq; quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eū. Dico vana loquebatur, & inde [ cor eius ] .i. nequam voluntas eius [ cōgregabat iniquitatem sibi. ] Accedēs enim ad eum ex quo benevolus melior efficeretur, iste peior effectus ē quia prauæ voluntatis erga Christum fuit, congregabat sibi .i. ad damnum suū. ¶ Ingredebatur ad me explorator & mecum habitans loquebatur vana, & idē [ egrediebatur foras ] extra consortium meū [ loquebatur in idipsum ] tendens, in quo erat cum adhuc mecum conuersaretur, scz, vt de me mala omni studio loqueretur. ¶ Per singula quid curram? [ Omnes inimici mei susurrabant ] id est, occulte consiliabantur [ aduersum me ] id est, aduersa & nociua mihi. Neq; consiliari

Lucæ. 7.

catis



Ioan. 11.

fatis erat eis, sed etiam [ cogitabant aduersum me ma-  
la ] id est, vnusquisq; apud se curiose tractabat quid vn-  
quam grauius & magis nociuum posset excogitare in  
me: quæ mala fuerunt [ mihi ] id est, ad meum honorẽ  
& ad meorum reducta sunt vtilitatem. ¶ Non tantũ  
susurraverunt, cogitauerunt, sed etiam [ verbum ini-  
quum constituerunt aduersum me ] scilicet, sententi-  
am mortis stabilem induxerunt super me: & quod Ca-  
yphas inscius prophetans iudicauit: Expediit vt vnus  
homo moriatur, ne tota gens pereat, Ipsi me sic iudica-  
uerunt, [ sed qui dormit ] qui traderet animam suã mor-  
ti, scilicet ego, quam possit ita leuiter dimittere, sicut  
dormiens aliquis somnum [ nunquid non adiciet ]  
id est adunget suæ morti [ vt resurgat ] Qui de seipso

Ioan. 10.

dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, &  
iterum suscipere eam. Per eam resurrectionis suæ secu-  
ritatem, eorum stultitiam reprehendit. ¶ Et bene ini-  
mici mei putauerunt me iudicare, [ Etenim homo ]. i.  
Iudas [ pacis meæ ] id est, cum quo ego habebam pacẽ  
licet non ipse mecum [ in quo speraui ] sperare debui  
secundum merita quæ in eum feci [ qui edebat panes  
meos ] materialiter: vel [ panes ] id est, refectiones spi-  
ritualis doctrinæ: [ magnificauit ] id est, magnificam  
fecit [ supplantationem ] id est, deceptionẽ, dando mi-  
hi osculum prodicionis, quod etiam inimicorum nul-  
lus fecit [ magnificauit dico super me ] id est, ad meam  
depressionem. ¶ Incipit de tertia parte, scilicet, illã glo-  
rificationem, per quam Christus plus quam homo. i.  
deus, indubitanter cognosci possit: ad hoc continuat:  
Ipsi me ita iudicant, tu autem domine miserere mei ]  
& miserando [ resuscita me, & tandem retribuam eis ]  
hoc quod mihi fecerunt. ¶ Et vere suscitabis, [ quoniã  
voluisti me ] id est, semper tibi bene placui: & [ in hoc ]  
quod

quod me voluisti [cognovi, quoniam non gaudeble  
 inimicus meus super me] .i. non retinebit me in mor  
 re, quod si posset, super me esset. ¶ Inimicus non gaude  
 bit, ego autem gaudebo, quia [suscepisti me] ad im  
 mortalitatem & impassibilitatem [propter innocentiam,  
 & confirmaisti me] id est, sic collocaisti, quod nihil  
 deinceps mihi possit nocere [in conspectu tuo] .i. in  
 presentia tua: non ibi ad horam mansurum sed [in æ  
 ternum] ¶ Et quia me ita exaltauit, ideo sic [benedi  
 ctus] .i. laudatus, & talis cognitus qualis est [domin⁹  
 Israël] .i. ille qui dominat Israël, i. videntibus deum et  
 [deus] .i. creator [Israël] quæ benedictio incipiat [à  
 seculo] isto, & [in seculum] consecuiuum huius secu  
 li deueniat [fiat fiat:] hic habet in Hebræo, amē amen.

IN PSALMVM XLI.

Tiulus. In finem intellectus filijs Chore Psal  
 mus Dauid.

**Q**Uemadmodum desiderat. ] Psalmus iste qui  
 dicitur intellectus, quia ostendit nobis quid  
 dam valde intelligendum, scilicet in homine  
 duas potentias, quarum fortior debiliorem confortet  
 proponitur filijs Chore, ad dicendū vel cantandū .i. fil  
 ijs crucis, scilicet, sanctis martyribus quorum vox est  
 In hoc Psalmo: ipsis dico per hoc directis in finem, id  
 est, in Christum. Materia est iustus, secundum vtram  
 que vim animæ. Modus: In prima parte ostenditur,  
 secundum vim superiorem deum desiderare, cœle  
 stia sola appetere, aduersitates huius vitæ non time  
 re. In secunda parte per illam vim superiorem,  
 animalitatem confortare, quæ cito turbatur tur  
 bationibus huius vitæ. Intentio est, debiliores con  
 fortare, ne moueantur secundum animalitatem.  
 sed

sed potius per suam rationem confortent animalita-  
 tem, proponunt etiam iusti qui loquunt se aliquando  
 cecidisse, ne desperent debiliores, si & ipsi aliquando ce-  
 ciderint, & incipiunt ostendere prius, q̄d ratio sua deū  
 desideret, sic: ¶ O deus [ita desiderat anima mea] id ē,  
 superior vis animæ [ad te] habendum [quemadmo-  
 dum] .i. quam ardentem [desiderat ceruus] pertinge-  
 re vsq; [ad fontes aquarū] Natura cerui est, vt flatu na-  
 rium attrahat in corpus suum viuum serpentē, postq̄  
 autem venenum intrus exardescit, ardet siti, & currit ad  
 fontem viuum, & inde refectus, deponit cornua & pi-  
 los, & reiuuenescit, ita sancti imbuti veneno diaboli, sci-  
 licet, peccatis, currunt ad deum p̄nitentes, per quē de-  
 ponunt omnem vetustatem. ¶ Dico quod anima desi-  
 derat modo, & iam etiā desiderauit, & hoc est: [Sitiuit  
 anima mea ad deum] habendum: deum dico [fontē]  
 quia ipse est origo totius boni. Fontem dico [viuū]  
 quia ipse in æternum viuit, & qui eum gustāt, facit eos  
 in æternum viuere. Vel deum fontem, quia ipse solus  
 potest nos eripere de potestate diaboli: & [quādo ve-  
 niam ante faciem deī] .i. in præsentia ipsius, vt cogno-  
 scam eum prout est. Vnde Apl's: Nunc videmus in æ-  
 nigmate, tunc autem facie ad faciem: & tunc ego qui  
 hac vita nullius precij appareo, apparebo qualis sim.  
 Dico sitiuit anima mea, & dum sitirem, habui refectio-  
 nes quas fundebat animalitas afflictā miserijs huius vi-  
 tæ: & hoc est [lachrymæ meæ] .i. meę animalitatis [su-  
 erunt mihi] secundum rationem [panes] .i. refectio-  
 nes [die ac nocte] .i. assidue: lachrymæ dico ex hoc ha-  
 bitæ [dum] .i. quia [dicit mihi, vbi est deus tuus?] Pu-  
 rant enim mali iustos deū non habere, dum sic vident  
 eos tribulationibus subditos. ¶ Hæc] quæ p̄dicta sunt  
 scz, animam meā sitire, ex lachrymis refectiōne habe-  
 re, [sum



re [sum recordatus] qui prius aliquādo oblitus fuerā  
 Vbi notat se oblitum istorū fuisse per suum lapsum, tol-  
 lit à debilioribus desperationem, vel recordatus. i. in  
 frequenti habui cogitatione [ & deinde effudi animā  
 meam ]. i. extendi vsq; ad inimicorum dilectionē, ita  
 tamen q; ipsa anima mea esset [ in me ]. i. in mea pote-  
 state, sic contenta meo dñio, quod inimicus meus non  
 posset eam surripere: & ideo sic effudi, [ quoniā transi-  
 bo vsq; ad domum dei ]. i. cœlestem Hierusalem [ tran-  
 sibo in locum tabernaculi ]. i. in ecclesiam, quę dicitur  
 locus, quia extra ecclesiam nulla certitudo, sed qui mo-  
 do sunt in ecclesia, quodammodo certam obrinent fi-  
 dem. Vel in locum, quia semper promouetur iustus in  
 altiorē gradum virtutum: tabernaculi dico [ admirabi-  
 lis ] id est, digni admiratione: vt admirabile fuit, q; Lau-  
 rentius tantam passionem sustinuit. ¶ Transibo dico  
 ad domū dei [ in voce exultationis & cōfessionis ]. i. in  
 me exultando & deū laudando: confessionis dico [ so-  
 nus epulantis ]. i. qui mihi est tanta refectio, quā re-  
 fectio cantilena est epulantibus. Sonus, id est dulcis ca-  
 rilena, & est sonus hic genitiui casus quasi sonitus. Vel  
 transibo in domū dei, ductus in voce exultatiōis & cō-  
 fessionis. i. in voce angelorū exultantiū & laudantium  
 deū, quæ vox fuit mihi sonus epulantis. ¶ Incipit de se-  
 cunda parte, scilicet, animalitatem suā confortare. Cō-  
 tinuatio: Quandoquidē transibo in voce exultationis,  
 ergo tu [ anima mea ] id est, animalitas mea [ quare tri-  
 stis es? ] & [ me ] superiorem vim [ quare conturbas? ]  
 Quam aliquando tibi dolenti facis condolere. ¶ Noli  
 esse tristis, sed [ spera in deo ] & debes facere, [ quoni-  
 am ] ego confessus [ adhuc cōfitebor illi ] hoc scilicet,  
 tu qui es [ salutare ] id est, saluator meus, particeps fa-  
 ctus [ mei vultus ] id est, meæ humanitatis, scilicet, ho-

mo es [ & deus ] .i. creator [ me<sup>o</sup> ] ¶ Et ideo debes spe-  
 rare, quia quod [ anima mea turbata est ] [ ad meipm  
 .i. non aliunde turbata est anima mea nisi ex me: & hoc  
 manifeste dicit alia translatio, quæ habet, à meipso: &  
 quia ex me turbata est, [ propterea ] o deus [ memor  
 ero tui ] qui sanare potes [ de terra Iordanis ] .i. de me  
 secundum hoc quod terra factus, sum fructificata per  
 baptismum. Per Iordanem accipimus baptismum, quia  
 in eo fuit baptizatus Christus, ex quo nobis processit  
 baptismus: quia baptismus irrigans nos & lauans pec-  
 cata, facit nos terrā fructiferam. Et quia Iordanis de-  
 scensus interpretat, in hoc notamus humilitatē, quā  
 in baptismo habemus, dum pompam diaboli reiici-  
 mus: & ero memor tui de terra [ Hermonij ] .i. de me-  
 ipso, secundum hoc quod sum separans à me, & ana-  
 thematizans omnes sectas hæreticorum. Hermon  
 namq; vel Hermonim, anathematizatio interpretatur  
 scilicet [ à monte modico ] .i. à meipso, qui factus sum  
 mons secundum eminentiam virtutum, sed tamē mo-  
 dico secundum humanitatem. Hermon quidam mons  
 est parum distans à Iordane ] ¶ Et propterea etiam me-  
 mor ero tui, quia & in veteri & in nouo testamento p-  
 mittitur liberatio sperantibus in domino, & hoc dicit:  
 [ Abyssus ] .i. nouum siue vetus testamantum [ inuo-  
 cat abyssum ] .i. aliud testamentum, Nouum inuocat  
 vetus, quasi testimonium sui. Vetus inuocat nouum,  
 ad complendum ea, quæ promittuntur in veteri. Per  
 abyssum ideo testamentum intelligimus, quia sicut ab-  
 yssus est magna profunditas, ita in testamentis est ma-  
 gna profunditas sapientiæ & cognitionis dei: & quæ-  
 libet abyssus ostēdit liberationem eorum, qui memo-  
 res sunt dñi. Quod autem abyssus sic inuocat abyssum  
 cognoscimus [ in voce catharactarum tuarum ] id est,  
 in præ-

dicatione prophetarum & apostolorum, Catharactę  
 proprie dicuntur aquæductus, id est, locus unde cur-  
 rit & ebullit aqua: ita sancti apostoli & prophetę, a  
 quibus nobis defluit vera doctrina. ¶ Item memor e-  
 ro tui propter hoc, quia [ omnia excelsa tua ] id est,  
 grauiores pęnę veluti ipsa mors [ & fluctus tui ] id est  
 leuiore pęnę, veluti fames, & similia [ transferunt su-  
 per me ] id est, licet me submergant in hac vita, tamen  
 quandoque transibunt. ¶ Positis causis quare debeat  
 memor esse, ponit causas per quas possit. Continuatio  
 Ideo etiam memor ero, quia [ dominus mandauit ],  
 id est, promisit [ misericordiam suam in die ] id est, in  
 prosperitate: [ & nocte ] id est, aduersitate: non dicam  
 simpliciter, sed [ canticum eius ] id est, tantam & tam  
 manifestam misericordiam, quę nobis confert ma-  
 gnam exultationem. Alia translatio habet, & nocte  
 manifestauit eam misericordiam. ¶ Punit item cau-  
 sam per quam possit esse memor, Deus dat mihi mise-  
 ricordiam, & [ oratio est apud me ] id est, habeo apud  
 me rationem per quam dei possit esse memor: oratio  
 dico [ deo ] debita id est, ad honorem dei: deo dico da-  
 tori [ vitę meę: ] qua oratione ego [ dicam deo, susce-  
 ptor meus es ] id est, me infirmum suscepisti ad prote-  
 gendam, ¶ Quandoquidem me suscepisti, [ quare er-  
 go oblitus es mei? ] & supponit causam, quare deo sui  
 videatur oblitus, cum dicit: [ & quare contristatus in-  
 cedo: ] Licet contristatus sit, tamen se ad deum inces-  
 santer incedere dicit iste iustus: ideo dicendo contrista-  
 rus [ dum ] id est, quia [ affligit me inimicus. ] ¶ Nec  
 tantum affligit me mala faciendo, sed etiam exprobra-  
 do: & hoc est: [ dum confringuntur ossa mea ] id est,  
 dum sic grauiter tribulor, qđ confringuntur ossa mea,  
 id est, robor mea, & patientia mea, quantum ad opi-  
 p ij nione



nionem meorum [inimici mei qui tribulant me, exprobrauerunt mihi dum [id est, quia [dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus?]] ¶ Concludit ex omnibus præpositis causis, ac si ira diceret: Quia ex deo baptismum habeo, misericordiam apud me orationē, & alia quæ dicta sunt: ideo tu [anima mea] id est, animalitas nō debes contristari, & [quare tristis es anima mea?]] vt supra. IN PSALMVM XLII.

Titulus. In finem psalmus Dauid.

**I**udica me deus] Psalmus iste conuenit Dauid, id est, alicui iusto afflictio miseris huius vitæ, dirigens nos in finem. Materia est martyr aliquis afflictus multis malis, de qua ita agit: In prima parte ita afflictus iustus, petit tandē separari ab impijs. In secunda parte se affirmat intraturū in secretariū dei. In tertia parte hortatur suam animalitatē, vt speret in dño. Intendit enim confortare suam animalitatem & debiles. ¶ Vox martyris dicentis: Iudica me deus]. Et ne intelligeretur penitus iudicari velle, ita quod deus intendat quæ sint in eo bona, & quæ mala, quod quidem in omni iusto esset arrogantia, ideo determinat quomodo petat iudicari, scilicet [discerne causam meam de gente non sancta], i. confidera totam vitam meam discretam & separatam à vita gentis non sanctæ, & tandem separa me, quod est [erue] quod futurū est in iudicio: [ab homine iniquo], i. manifeste faciēte mala, [ & doloso ] i. occulte nocente, ¶ Et debes eruere, [quia tu es deus fortitudo mea], i. creator meus, & causa totius meæ fortitudinis, & ideo [quare me repulisti], i. quare permitris me ita tribulari, q̄ videar à te repulsus? [ & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? ] vt supra. ¶ Noli repellere, sed potius [emitte lucē] ad iudiciū [ & veritatē tuā ], i. filiū, qui dicit lux, quia nos illuminat: *veritas,*

ritas, quia in omnibus verus, & [quia ipsa] .i. lux & veritas [me deduxerunt] iam de familia diaboli [ & adduxerunt me in montem sanctū tuū ] .i. vt essem mōs sanctus dei. Et ne intelligeremus hunc iustum iā positum in securitate, addit [ & in tabernacula tua ] .i. in ecclesia qua tibi militē. ¶ Incipit de secunda parte: Iam sū introductus in tabernacula, & per hoc tandē [introibo ad altare dei] scz [ad deū] .i. Christū, scz [qui latificat iuuentutē meā] .i. iuuenescere faciet iuuentutem dando immortalitatē & impassibilitatē. Dicit Christ⁹ altare, q̄a per eū offerimus oratiōes nostras deo. ¶ Et quia introibo, iam [cōfitebor tibi] .i. laudabo te ī hac vita [in cythara] .i. in mortificatione carnis: tibi dico [deus meus.] Hic incipit de tertia parte. Ad hoc iungitur, q̄a ego introibo ad altare dei, [Quare] ergo [aīa mea] .i. a salitas mea [tristis es] & alia vt ī alio psalmo.

## IN PSALMVM XLIII.

Titulus. In finem ad intellectum filijs Chore  
Psalmus David.

**D**Eus auribus nostris] Psalmus iste præponitur filijs Chore. i. Christianis, ad intellectum habēdum, scz, vt intelligant per tēporalia bona data antiquo populo, significata esse spiritualia bona, q̄ iam dantur Christiano populo, & plenius dabuntur in futuro filijs Chore, directis in finem per hunc intellectum. Materia sunt martyres, qui etiam loquuntur. Modus: In prima parte ponit bona quæ facit deus huic populo, cum comparatione eorum, quæ fecit priori populo: ostendens hæc esse æterna, cum illa fuissent temporalia. In secunda parte ponit mala quæ sustinet in hac vita, quamuis sint in futuro habituri multa bona. Quod autem iusti in hac vita patiuntur temporalia mala, contra hoc est, quod priores iusti populi libe  
p iij raban

rabantur a corporalibus malis. In tertia parte orat li-  
berari a malis huius vitæ. Intentio est, inuitare ad pati-  
entiam. ¶ Vox martyrum ostendentium quæ bona fecit  
deus antiquis patribus, cum dicunt. [ Deus nos audiui-  
mus ] & nõ sine intelligentia, sed [ auribus nostris ] .i.  
cũ intelligentia, quæ est interior auris, & hoc non a qu-  
cunq; sed [ patres nostri ] .i. patriarchæ & pphetæ [ an-  
nunciauerunt nobis ] nõ quasi fictitiũ, sed re verã ¶ Hoc  
annunciauerunt [ opus quod operatus es in diebus eo-  
rum in diebus antiquis, ita legemus: Patres nostri an-  
nunciauerunt nobis opus q̄ operatus es in diebus eo-  
rum: sicut in eductione per mare rubrũ, & alia huius-  
modi, & etiam ea quæ fecisti in diebus antiqs, vt de cre-  
atione cæli & terræ, & ea quæ fecisti Abel, Noë, & c̄.  
¶ Hoc opus sez [ manus tua ] .i. operatio tua [ Gentes  
disperdidit ] de illis dicit, quæ prius habitabant in terra  
promissionis [ & plantasti ] .i. firmiter stabilisti in ter-  
ra illarũ Gentium [ eos ] .i. patres nostros: & ne putarent  
illæ Gẽtes debiles. q̄bus cito terra sua auferret, subdit:  
[ afflixisti populos ] in primis [ & ] deinde multis mo-  
dis afflictos [ expulisti eos ] ¶ Et ne Iudæi hoc suæ de-  
putarent, p̄bitati, dicit hoc non ex ipsis, sed ex ipso deo  
sibi euenisse. Cõtinuatio: Bene dico, q̄ tu deus planta-  
sti [ non em̄ ipsi possiderunt terrã illã in gladio ] .i. per  
arma sua & vires suas [ & brachiũ eorũ ] .i. fortitudo  
& potentia eorũ [ nõ saluauit eos ] & si seipso nõ pos-  
sent saluare ab illis gentibus, tunc multo minus in gla-  
dio suo possederunt earũ Gentium terrã. Per gladiũ hũ-  
manam virtutem, per brachiũ potentiam intelligimus:  
¶ Brachiũ non saluauit eos [ sed dextera tua ] .i. prof-  
peri euentus quos tu dabas eis, vt cum eis circumuen-  
tibus, ceciderunt muri Iericho [ & brachiũ ] .i. fortitu-  
do tua: vt cum vnusquisq; fugaret decem [ & illumina-  
tio ] .i.



tio ] .i. consiliū quo illos illuminabas vt quando per in  
 insidias eorū aliq̄s deuincere faciebas: quæ illuminatio  
 erat [ vultus tui ] .i. p̄cedens ex sola voluntate tua ne  
 q̄ hoc volebas propt̄ aliq̄d meritum eorū, sed agens ita  
 [ qm̄ i eis cōplacuiſti ] tibi vel deo p̄ri. ¶ Et q̄a [ tu ip̄e ]  
 hoc fecisti eis [ es ] rex meus & deus meus [ tu ipse dico  
 [ qui mandas salutes iacob ] .i. nobis luctatoribus, qui  
 per iacob significamur. ¶ Vt iacob .i. iudaico populo, q̄  
 vocatus fuit iacob. ¶ Tu es rex meus, & cornu nostrū,  
 [ & in te cornu ] nostro .i. defensiōe nostra [ ventilabi  
 mus ] .i. p̄ncipemus & dispergemus [ inimicos n̄ros ] tā  
 carnales, q̄ sp̄uales, q̄d futurū est in iudicio, vbi boni a  
 malis separantur. Per cornu ideo accipimus defensio  
 nem, q̄a cornibus defendūt se animalia: & ventilant .i.  
 separant a se animalia, [ & in nomine tuo ] q̄a hic ha  
 bebimus nomen tuū, sc̄z Christiani sumus: [ spernem⁹ ]  
 item in iudicio [ insurgentes ] in hac vita [ in nos. ] Ec  
 ce iam in hoc versu ostendit nos habituros æterna bo  
 na, quæ longē sunt meliora temporalibus, quæ habue  
 runt antiq̄ patres. ¶ Et bene dico, q̄ in te ventilabim⁹  
 & spernem⁹ inimicos, q̄a per nos nunq̄ hoc poterim⁹  
 mus: & hoc dicit [ nō em̄ in arcu meo sperabo ] in mino  
 ri fortitudine meā [ & gladius meus ] .i. maior vis mea  
 [ nō saluabit me ] ¶ Et vere nō saluabit me gladi⁹ v̄ ar  
 cus me⁹, q̄a tu sol⁹ potius saluabis, & hoc dicit [ saluasti  
 em̄ nos de affligētib⁹ nos ] i hac vita, & nō tm̄ affligē  
 tes nos, sed [ etiā odientes nos cōfudisti ] .i. confundes  
 qm̄ diceſ eis. Discedite a me maledicti i ignē æternū. Pōt  
 hic versus legi de his, q̄ facit deus fidelib⁹ suis in hac vi  
 ta, vt sic cōtinuet. Securi possum⁹ eē, q̄ in te ventilabi  
 mus. spernem⁹ inimicos, q̄a tu iā saluasti nos de affligen  
 tib⁹, ne nos possent a bono retrahere & odientes nos cō  
 fudisti, ex hoc q̄ nō potuerūt cōformare nos sibi. Et q̄a

Sapi. 5.

saluasti nos, ideo [ laudabimur ] non tantum a bonis, sed etiã a malis, vt cū dicet: Nos insensati vitã illorũ putabam⁹ insaniã, ecce quõ inter filios dei cõpurati sunt: quæ laus erit [ in deo ], .i. ad honorẽ dei: & nos [ confitebimur tibi ], .i. laudam⁹ te: [ & in noie tuo ], .i. quia hic habemus nomẽ tuũ [ in seculũ ], .i. in æternũ. ¶ Incipit de secũda parte. Tandẽ nos saluabis [ nunc autẽ ] in hac vita [ repulisti ], .i. ita permisisti affligi, q̃ putare mur a te repulsi: [ & cõfudisti nos ] nõ q̃ in consciẽtia nr̃a confusionẽ & erubescentiã, pateremur, sed quãtũ ad oculos hõminũ, qui putãt nos confusibiles: & deinceps [ non egredieris ], .i. nõ mittes manifeste angelum tuum pugnare nobiscũ [ in virtutibus ], .i. in exercitiis [ nostris ] sicut fecisti patribus nostris, pro quibus manifeste pugnabãt angeli. ¶ Nõ tantũ repulisti, sed etiã quosdã nostrũ [ auerusti ] a bono proposito, faciẽdo [ nos retrorsum post inimicos nostros ], .i. vt sequeremur inimicos nr̃os, & tũc [ qui oderũt nos, diripiebãt sibi ], .i. in partẽ suam rapiebãt nos, & hoc est maximũ tormentũ sanctorũ, qñ vident suos ita deuocari a fide. ¶ Quosdã aueristi, [ nos ] autẽ qui restitimus, [ dedisti tanq̃ oues escarũ ] [ quẽ nõ fructui, sed soli occisioni deputati sunt, & in Gentibus dispersisti nos ] [ quãdo fugati sumus de ciuitate in ciuitatẽ, .i. tradidisti in manus inimicorũ, vt aliq̃s tibi in tribulationibus acquirerent. ¶ Vendidisti populũ tuũ ], .i. martyres tuos [ sine pretio ] aliquo, quia aliquãdo non vllũ hominẽ in morte sanctorũ lucratus: & si aliquando aliquos lucratus es, pauci fuerunt, & hoc dicit: [ & nõ fuit multitudo in cõmutationibus eorũ ], .i. qñ deus dat suos, vt aliquos acquirat, Posuisti etiã nos obprobriũ [ nõ extraneis, qui raro vidẽt nos, sed [ nostris vicinis ] qui sæpe obiecerunt, & hoc obprobrium per partes exequitur, dicẽs

[ sub-

[Subannationē & derisum his qui in circuitu nostro sunt]. Subannatio fit per nasum, derisio p hiatū oris. ¶ Posuisti nos in similitudinē gentibus, s. vt ad nram similitudinē maledicerēt alijs & sic dicerēt: Talis male dictio tibi fit, q̄lis ē Petro, vel Paulo, v̄ Laurētio. Vel posuisti nos i similitudinē Ch̄ri, vt sicut Ch̄rus obprobria sustinuit, sic & nos, statim ponit vnū de obprobrijs quę, sustinuit Ch̄rus: [cōmōtionē capitis in populis] i. super quos populi deridentes, mouerunt capita sua, sicut supra dictum est, dicentes: Vah qui destruis templum dei, &c. ¶ Quid singula enumerem? [Tora die] Mat. 15. i. assidue [verecūdia mea] scz. obprobriorum meorū Mat. 25. [est contra me]. Contra dicit, quia cū martyres confiterentur se esse iustos, nunq̄ deberent huiusmodi obprobria sustinere, & vt aggrauet verecundiam, dicit: [confusio faciei meę cooperuit me]. Naturam illam tangit, quod cum homo patitur aliquam erubescētiā, sanguinē interiorem anima, vt se cooperiat, mittit ad exteriora. ¶ Confusio dico illata [à voce exprobrantis & obloquentis] veritatem [à facie inimici] scilicet, mala voluntate [ & persequentis ] ipso actu. ¶ Hęc omnia venerunt super nos ] scilicet, vt nos opprimerēt [nec tamē oblitus sumus te] sed semper habuimus te in iugi memoria: [ & in testamento tuo ]. i. in lege tua [ non egimus inique ] sed semper secundum præcepta tua habuimus nos, & in hoc versu magna virtus martyrum notatur. ¶ Cū hæc omnia mala venirent super nos, [ cor nostrū non recessit retro ], i. nō desperauit, [ & non declinasti. i. declinare fecisti ] [ semitas nostras ] quibus ad te incedimus [ à via tua ] id est, à præceptis tuis. Semper enim operati sumus secundū præcepta tua. Vel sine, non, ita legitur, declinasti. i. declinare fecisti semitas nostras à via tua, vt supra, vel sic

p v. quocq̄



quodq; [semitas nostras] .i. opera quæ ex nobis habemus, qui secundum nos nihil boni facere possumus, illas semitas [declinasti] .i. declinatas & diuersas ostendisti [à via tua] id est, ab operibus tuis, qui nunq̄ nisi bona facis. ¶ Diuersas ostendisti vias, [quoniam nos humiliasti] .i. affixisti, in quo cognoscim⁹ vultusque se miserum & se nihil boni ex se habere. Ad aliam sententiam continuatur ita: Bene dico, quod semitas nostras non fecisti deuiare, vel fecisti pendere à via tua, [quoniam nos humiliasti] .i. humiles ostendisti, quæ humiliatio est [in loco afflictionis] .i. in hac vita, postquam nullus locus correctionis, & adeo nos humiliasti, q̄ [vmbra mortis] .i. ipsa mors [cooperuit nos] .i. occisi sumus. Vel [vmbra mortis] .i. heretici, quia quem in corpus suum dicunt, statim ille à vera vita priuatur. ¶ Ideo nō sumus obliti te, quia scimus q̄ [si obliti sumus nomen] .i. honorificētiā [dei nostri,] & si hoc grauius facimus. s. [si expandimus manus n̄ras] & interiores & exteriores [ad deū alienū] .i. q̄ neq; nos creauit, neq; bonū fecit nobis. s. si facti sumus idololatræ [deus regret ista]. Et quia aliq; diceret: Si manus expādis, hoc regret, q̄ hoc bene videt, sed si oblitus es nō regret q̄ illud ignorat, probat q̄ etiā obliuionē regret, cū dicit, [ipse em̄ nouit abscondita cordis.] ¶ Hic incipit de tertia parte: Nos nō expādim⁹, & ideo tu dñe exurge, & præmittit causā q̄re debeat exurgere, [qm̄ propter te mortificamur tota die] & int̄tum, q̄ [sumus æstimati vt onus occisionis] sc̄, vt nullatenus reputaremur idonei, nisi ad occisionē, ideo dñe ad nos liberandos [exurge, quare obdormis] ? Obdormire dicitur deus, cum sui non cito liberantur, nec tamē deficiunt, & quare obdormis? interrogationem ponit, quia licet causam ignoremus, tamen aliqua causa est, quare

quare deus hoc faciant [exurge dñe] : & licet modo aliquos repellas, [non tamen repellas in æternum] sed qui modo videntur eiekti, aliquando reduc ad ecclesiam tuam. ¶ Ne repellas dico, & ne auertas faciem tuam .i. cognitionem tuam ab illis qui modo repulsi sunt, & quare faciem tuam auertis? ] & hic iterum inuenit, q̄ licet causam ignoremus, tamen causa est quare deus auertat, & quare [obliuisceris inopia nostræ & tribulationis nostræ? ] hoc refertur ad eos, quibus obdormit deus, nec tamen deficiunt, quorum inopia obliuisci dicitur, quando, non confortat rationes eorum nec dat solatia ad patientiam tribulationis, qm̄ nec mitigat nec remouet. ¶ Ne obliuiscaris inopia & tribulationis, sed exurge, & p̄ponit causam quare debeat exurgere, cum dicit, [qm̄ humiliata est anima nostra in puluere ] .i. in consideratione defectus humani generis, cuius defectus signum est puluis, quem penitēs super caput suum accipit, propter hoc merito debes exurgere, & necesse est vt exurgas. [qm̄ venter n̄r ] .i. carnalitas n̄ra, est [conglutinatorus in terra ] .i. adhæsit in terris. s̄ hæc terrena appetit. ¶ Et propterea [exurge dñe adiuua nos, & redime nos ] .i. da pretiū, vt de diaboli potestate nos detrahas [p̄pter nomē tuū [āpliā dū: q̄a nos redēpti dilatābim⁹ nomē tuū p̄ multas Gētes.

## IN PSALMV M XLIII.

Titulus. In finem pro his qui cōmutabuntur filijs

Chore ad intellectam, canticum pro dilecto.

**E**Ructauit cor meū ] Hic Psalmus agit de dignitate sponsi & sponsæ, & hoc dicit in titulo, p̄ his commutabūtur .i. ad honorē sponsæ, in qua fit commutatio de mundo ad deum, quæ bona est. Alia commutatio de deo ad mundum, quæ mala est, pro dilecto, id est, ad honorem dilecti. Salomon appellat⁹ edida,

Matt. 3.  
& 17.

edida. i. dilect<sup>o</sup>, figurabat Christū verū dilectū à patre: Vnde est: Hic ē filius meus dilectus, in quo mihi cōpla cui, ipsum audite, & est canticū, q̄a multū agit de æterna exultatione, & dicitur epithalamiū. i. nuptiale carmen. In duobus primis versiculis vtitur similitudine ioculatoris, intrare volentis ad nuptias, & captantis benevolentiam ianitoris, præuidēs Christi & ecclesiæ nuptias, volens cantare de eis, & quasi intromitti, parat sibi auditores, dicens se fecisse cantilenā de nuptijs, & velle cantare regi. Quatuor modis laudat sponsum & quatuor sponsam. Titulus sic exponitur: Psalmus iste vocatur canticum, quia propheta coniūctionem Christi & ecclesiæ præuidens futurā, eam in hoc psalmo cum magna exultatione pronnciat, ex qua coniūctione vnicuiq; fideli intelligēti magna exultatio generatur, canticum dico habitum pro his qui commutabunt de infidelitate ad fidem. In hoc em̄ psalmo maxime cōmendatur ecclesia, ipsa em̄ ecclesia est, quæ commutabitur. In hac aut̄ vita commutantur sancti, quando de corpore diaboli transeunt: tandem vero perfecte commutabuntur, quando immortalitate & impassibilitate induentur: canticum dico propositum filijs Chore ad intellectū. Valde em̄ necessariū erat, vt illud arcanū, q̄d adhuc multis ignotū erat, sc̄s. coniūcti onē Christi & ecclesiæ, filij Chore intelligerēt. i. filij crucis, canticum dico non tantū pro his habitū qui cōmutabuntur, sed etiam pro dilecto. i. ad honorem dilecti, i. Christi, qui specialiter dicitur esse dilectus, quia si alius iustus propter aliquas virtutes dicit esse dilectus, multo magis Christus, qui nihil nisi bonū habuit, cuius honor in hoc psalmo tractat, quia per parres multas commendatur, quod canticum dirigit nos in finē. Vel taliter construe, Canticum istud est habitum pro  
filijs



filijs Chore qui commutabuntur, propositum omni-  
 bus ad intelligendū, & etiam pro dilecto. Materia est  
 sponsus & sponsa, Christus scilicet, & ecclesia. Modus:  
 In prima parte ponit cōmendationē sponsi, scz. Chri.  
 In secūda parte ponit cōmendationē ecclesie, Vnde hic  
 psalmus vocat̃ ab Augustino epithalamiū. i. laus tha-  
 lami. Intendit nos inuitare ad hanc coniūctionē scz.  
 vt̃ intelligam⁹ hāc cōiūctionē Chri & ecclesie. ¶ Vox  
 prophete, & ante q̃ transeat ad laudē sponsi, ponit cō-  
 mēdationē ipsi⁹ laudē q̃ factur⁹ ē, cū dicit: [ Cor meū  
 eructauit ] Hic propheta ex saturi similitudine loquit̃  
 tur, quia satur aliquis non potest retinere cibum quin  
 eructet, sic propheta plenus spiritu sancto, necessario  
 eructauit, vt̃ aliquid manifestaret, eructauit dico [ ver-  
 bum ] .i. filium dei: quia si quis hunc psalmum attēdat  
 poterit vere agnoscere Christum dei filium esse. Eodē  
 nomine vtitur Ioannes, dicens: In principio erat ver-  
 bum: verbum dico [ bonum ] singulariter scilicet, quia  
 solus deus bonus est, & quicquid boni est, ex solo deo  
 est. Vnde Christus, cum quidam solam humanitatem  
 respiciētes, cum bonum dicerent, respondit: Quid me  
 bonum vocatis? Nemo bonus, nisi solus deus, & huic  
 [ regi ] scz. Christo, qui deus est [ dico ego ] .i. dedico  
 ego opera mea .i. deuoueo ego totam istam laudem  
 meam. ¶ Et hęc commendatio mea non est refutanda  
 quia nō loquor ex me, sed spiritus sanctus loquitur in  
 me, vt̃ per instrumentum, & hoc est: [ lingua mea ca-  
 lamus ] .i. comparabilis calamo, quia sicut calamus ni-  
 hil per se facit, nisi aliquis per eū scribat, sic nec lingua  
 mea, calamus dico [ scribæ ] .i. spiritus sancti, qui per  
 me scribat & per ceteros prophetas legem dei in cor-  
 da hominum, scribæ dico [ velociter scribentis: ] quia  
 quod magistri non possunt facere per multos annos,

Ioan. 1.

Matt. 10.

spi-

spiritus sanctus in momento facit: vt in Paulo, quē in momento cognitionē veritatis docuit, & que & plene, sicut Chrs docuit apostolos & alios p multos annos. ¶ Dico ego opera mea regi. i. hęc cantilenā, hęc opa & bene debeo huic dicare, qā ipse est [specios<sup>o</sup> forma,] licet hoc posset de exteriori cōpositione mēbrow intelligi, tamen intelligendū est de imunitate peccatorū: speciosus dico [præ filiis hominū] .i. plus quā filij hominum veterum patrum, quia nullus præter ipsum immunis fuit à peccato, & faciendo aliam commēdationē ipsius, cōuertit se ad ipsum, & propter hoc quia ita speciosus es [in labijs] .i. in verbis tuis [diffusa est gratia] quia illi qui tuam prædicationem susceperunt, & etiam discipulorum reciperunt gratiam. i. remissionem peccatorum, & alia dona spiritus sancti. Cum dicit diffusa, notat illam gratiam diuersis sufficienter esse datam, & quia talis es, [propterea benedixit] .i. exaltauit [te deus] ducendo ad suam cōfessionē, quæ exaltatio manebit [in æternum]. ¶ Cōmendato rege per suam speciositatem, cōmendat eum per suam fortitudinē. Continuatio: Et tu talis rex [accingere] .i. Ephe. 6. fortiter vtere [gladio] .i. verbo prædicationis, de quo Luce. 12. Apostolus: Et gladium spiritus, quod est verbum dei. De quo & ipsa veritas: Non veni pacem mittere, sed gladium. Iste gladius separat patrem à filio, accingere dico [super femur tuum] .i. super humanitatem tuā: propter hoc per femur accipimus humanitatem, quia in femore est locus generationis. Super femur dicit p simile alicuius fortis viri, accincti gladio super femur. Et ne per femur acciperemus eum fragilem, dicit: O [potentissime] accingere ad deuincendas aerias potestates. ¶ Postquam præparatus fueris ad prædicandum, [intende] .i. inuentum te præbe, ad acquirendū regnū

regnum prædicando: & [procede] .i. acquisita vna ciuitate, transi ad aliam acquirendam per tuos prædicatores, & ad hoc faciendum habebis prosperos euentus: & hoc est quod dicit [prosperare] & in acquisitis [regna] & hoc [specie tua] fac, quia immunis es à peccato, decorus virtutibus [ & pulchritudine tua ] id est, quia deus es. Species. lineamentum, pulchritudo, color in vultu est. ¶ Propter speciem & pulchritudinem regnabis & etiam [propter veritatem] quia per te & per tuos nihil nisi veritatem prædicabis [ & mansuetudinem ] quia cum obprobria inferuntur tibi, etiam tu nihil respondes: [ & propter iustitiam ], .i. propter executionem bonorum operum, & in te, & in tuis: & fiducia liter potes intendere, quia dextera tua ] .i. diuinitas tibi vnita [deducet te] de populo acquisito, ad alium quærendum [mirabiliter], .i. quia omnes te mirabuntur, vel quia mirabilia facies. I. ex dexteram diuinitatis in Christo accipimus, quia melior pars est in ipso diuinitas. ¶ Et per hoc etiam poteris regnū acquirere [quasi sagittæ tuæ], .i. sententiæ tuæ quibus penetras corda audientium, sunt [acutæ], .i. efficaces. Secundum hoc verba dei dicuntur sagittæ, quia occulte alliciunt homines ad timorem & amorem dei. Secundū hoc gladius, quod manifesta & quasi cogenti ratione deo homines adherere faciunt & per hoc quod ita instructus es ad pugnandū [populi inimicorū regis], .i. multi de inimicis tuis positi [in corde], .i. in vera ratione [cadent] .i. humiliabunt [sub te.] Vel aliter [populi cadent], .i. humiliabunt [sub te] & vbi cadent [in corde inimicorum regis], .i. in eodem corde, in quo prius inimicabāt tibi regi. ¶ Item commendat eū, quia iam in populo acquisito quasi iudex sedet. Cōtinuatio: Populi sub te cadent, & o [deus sedes tua], .i. quies tua, in eis in qua sedes etiam

Ioan. io.

Ioan. ii.



etiam iudicas, non ad horam, sed [in seculum seculi.]  
 Commendat iterum eum, quia rectam iustitiam exer-  
 cens in regno suo, dico tu sedes & [virga regni tui]. i.  
 correctio quam exerces super illos, qui sunt regnum  
 tuum, est [virga directionis:] quia si aberrant ipsi, tu  
 reduces ad rectam viam. ¶ Bene dico virgam tuam,  
 virgam esse directionis, quia [tu dilexisti iustitiam] &  
 in te, & in omnibus alijs, & a deo dilexisti, q̄ [etiam o-  
 didisti iniquitatem,] & ut talis posses esse, [propterea  
 ó deus deus tuus] specialiter scilicet tibi consubstanti-  
 alis [vnxit te oleo lætitiæ] id est, spiritu sancto. Per o-  
 leum ideo spiritum sanctum accipim⁹, quia sicut oleū  
 nutrit carnem, & vsq; ad ossa penetrat, sic spiritus san-  
 ctus animam in qua habitat. Hæc vnctio fuit in ipsa  
 incarnatione, vbi vterus virginis per spiritum sanctū  
 purificatus fuit, de qua vnctione maxime lætandum  
 fuit & ipsi Christo & omnibus sanctis, vnxit [præ cō-  
 confortibus tuis]: quia neq; apostoli, neque alijs spiritua-  
 les viri tantum habuerunt de spiritu sancto, quantum  
 & tu. Vnde dicitur, Christo datus est spiritus sanctus  
 non ad mensuram. ¶ Ponit aliam commendationem  
 de Christo, secundum ornamenta. Tu es vnctus oleo  
 lætitiæ præ confortibus tuis, & etiam [à vestimentis  
 tuis] .i. ab humanitate tua, vel ab apostolis tuis, qui  
 ornant & decorāt te, sicut vestis ornat dominū: pro-  
 cedit [myrrha, gutta, & casia] .i. boni odores, bona fa-  
 ma. Singulorū proprietatem exequimur. Myrrha est  
 vnguentum amarissimū, quod pellit vermes, & ser-  
 uat corpus & animam à putredine vitiorum. Gutta ē  
 herba, quæ pellit tumores pulmonis. i. humilitas, quæ  
 pellit inflationem, & omnem motum superbix. Ca-  
 sia est herba, quæ crescit in aquoso loco in magnam  
 altitudinem, & reddit magnum odorem. i. fides quæ  
 oritur

oritur in aquis baptismi, & multum crescit in iustis, &  
 bonam famam dat alijs, Hæc omnia processerunt no-  
 bis ex humanitate Christi vel à suis apostolis, qui no-  
 bis in seipsis hæc omnia proposuerunt in exemplum:  
 & hæc eadem processerunt nobis [ à domibus ebur-  
 neis ], .i. ab ipsis sanctis apostolis, qui dicuntur domus,  
 quia deus habitat in eis. Eburnei, quia lucidi per mul-  
 tas sectiones & attritiones vt ebur: vel comparantur  
 ebori, quia frigidi, .i. casti sunt sicut elephas. Omne ebur  
 a deo frigida natura est, qd carbo accensus non vrit  
 pannum super ebur positum [ ex quibus ] odoramen-  
 tis sunt quæ tibi obtulerunt [ filia regum ] in seipsis:  
 Filia dicit vel ad literam, vel filia apostolorum: [ & de-  
 lectauerunt te ] scz, in hoc placentes tibi, & hoc [ in ho-  
 nore tuo ], .i. non in suis actibus, neq; in suis baptisma-  
 tibus gloriantes, vt dicerentur Petrini vel Paulini, sed  
 nomen tuum respicientes, vocabantur Christiani. Tan-  
 git historiam, quia præcipitur in lege, vt mortuo fra-  
 tre sine semine, alter frater illius vxorem ducat, & non  
 sibi viuo, sed illi mortuo, dicatur semen resuscitare: ita  
 mortuo Christo, fratres sui, scilicet, apostoli, acceperunt  
 suam, scz, ecclesiam: & non sibi, sed Christo ecclesie fi-  
 lios procreauerunt, vt generati dicant Christiani, non  
 Paulini, vel Petrini. ¶ Hic illum regem per suam spon-  
 sam commendat. Continuatio: Rex tam dignus est si-  
 cut dixi, & tibi [ regina ], .i. ecclesia: quæ ideo regina di-  
 citur, quia bene regit filios suos: [ astitit ] scz parata ser-  
 uire [ à dextris tuis ], .i. in potioribus bonis tuis: quia hæc  
 temporalia non perit, sed celestia: astitit dico [ in vesti-  
 tu ], .i. bene vestita & ornata bona operatione: [ deau-  
 rato ], .i. per charitatem ornato: quæ ideo per aurum  
 notatur, quia sicut aurum omnibus metallis est preti-  
 osius, sic charitas omnibus virtutibus: regina dico [ cir-  
 q; cundata ]

Matt. 22  
 Marc. 12  
 Deut. 25.

cundata], i. plena virtute & [varietate] Gentium vel  
 diuersorum ordinum, quia alij sunt clerici, alij coniu-  
 gati, &c. ¶ Audi filia.] Transit ad secundam partem. s.  
 ad commendationem sponsæ, Quando quidem spon-  
 sus talis est, o tu [filia], i. o ecclesia [audi] .i. intellige  
 ea quæ sunt annunciata [ & vide ] completa: audi di-  
 co, & cum humilitate audi: & hoc est [ & inclina aurē  
 tuam, & obliuiscere populum tuum ] id est, sectas gē-  
 tilium vel Iudæorum: [ & domum patris tui ] .i. con-  
 uersationem diaboli, scilicet idololatriam in gentilitate,  
 & ritus legales in Iudaismo. Proprie vocat prophe-  
 ta ecclesiam filiam suam, & ceterorum prophetarum,  
 quia super apostolorum & prophetarum fidem fun-  
 datur ecclesia. ¶ Dico obliuiscere, & si hoc feceris, [con-  
 cupiscet rex] id est, Christus [decorem tuum] .i. te de-  
 corā. Et ne illa diceret: quæ cura sit vnde attendat, sub-  
 dit: curare debes [quia ipse est dominus] qui omni gē-  
 ti dominatur: & ipse est [deus tuus] .i. creator tuus &  
 etiam debes attendere, quoniam [adorabūt eum] om-  
 nes perfecti. ¶ Et] si ipse concupierit decorem tuū  
 [filix Tyri] .i. angustix, id est, Gentes quæ angustant  
 nimia multitudo peccatorum [deprecabuntur vul-  
 tum tuum] .i. rogabunt deum, vt det eis posse perue-  
 nire ad tuam conformitatem [in muneribus] dando  
 eleemosynas, faciendo similia alia: & non tantum mi-  
 nores in gentibus, sed [diuites plebis.] Gentiles ideo fi-  
 lix non filij appellantur, quia molles & proni sunt ad  
 vitia sicut puellæ. Vel sic construe. Ipse est deus tuus, et  
 & alij multi adorabunt eum in muneribus, & etiam fi-  
 lix Tyri, & vultum tuum deprecabuntur omnes diui-  
 tes plebis. ¶ Postquam ostendit dignitates ipsius spon-  
 sæ, ostendit eam laudabilem secundum interiora, non  
 secundum exteriora. Continuatio: Ipsa sponsa est sic  
 glorio.



gloriosa, & [omnis gloria eius] id est, omnis pulchritudo eius vnde ipsa gloriatur, est [ab intus] id est, ab interiori, scilicet, in virtutibus animæ, eius dico, scilicet, [filii regis] id est, Christi. Et hic commendat eam per genus. Dico gloria est ab intus, & etiam gloria eius est bonorum operum [in fimbrijs] id est, in perseveratione vsq; in finem [aureis] .i. charitate plenis, & in hoc est gloria eius, quod ipsa est [amicta varietatibus] id est, diuersis ordinibus, clericorum, coniugatorum, & catechorum. ¶ Hic iterum commendat per successionem. Continuatio: ipsa est amicta varietatibus, & [post eam adducentur virgines] id est, integri in anima, & in corpore [regi] scilicet ad seruiendum deo regi. Dicendo adducentur, notat quod per se ad illam dignitatem nequeunt peruenire, nisi adducantur prædicatione & gratia adiuuante, [ & proximæ eius] reginæ. i. illi qui licet non sint integri, tamen sunt continentis, vt bonæ viduæ, & alij [tibi offerentur] o rex, Cum dicit offerentur notat tantam eorum debilitatem, vt nec adduci valeant, nisi quia vel in humilitate quasi in humeris portentur. Hæc apporatio fit per frequentiam miraculorum, per importunam prædicationem. Vnde Ap[osto]l[us]: Intra opportune, importune. ¶ Et illi sic allati non habebunt tristitiam, sed [afferentur in lætitia & exultatione] quia in presenti etiam ecclesia multum lætantur sancti quoq; de puritate suæ conscientiarum, & de hac presenti ecclesia [adducentur in templum regis] .i. in supernam Hierusalem. ¶ P[ro]ponit per quid afferantur & adducantur. Continuatio: Et vere per omnes successiones adducentur & afferentur, quia semper erunt aliqui prædicatores, quia [pro patribus tuis] id est, loco apostolorum, qui genuerunt mundum in fide, ad honorem tuum [nati sunt filij] id est, succedunt alij prædicatores [tibi] id est

2. Tim. 4

q. ij. ad

ad tuum opus ut tibi seruiant: & tu [constitues eos] .i. stabiles in fide & opere: [principes] .i. magistros & doctores [super omnem terram] .i. ecclesia super omnes partes terrae diffusam. ¶ Et sic ipsi constituti [erunt memores nominis tui] .i. famae tuae & gloriae [in omni generatione] scz, in omni terra diffusa: [ & in generatione ] succedente. Vel ita: Tu constitues eos principes, & ego ero memor in eis. .i. facia eos memores nominis tui, &c. ¶ Et propter huiusmodi etiam constitutos patres [propterea populi confitebuntur tibi] id est laudabunt te [in aeternum] .i. per totam praesentem vitam [ & etiam in seculum ] subsequituum huius [seculi,] Vel sic in persona patris totus psalmus potest legi secundum Augustinum, quamuis dicat Hieronymus magis hoc fieri ex superstitione, quam ex veritate textus. Loquitur pater & commendat filium secundum diuinitatem cum dicit: [cor meum] .i. occulta & secreta mea prouulit [verbum bonum] .i. filium meum, [eructauit:] qui specialiter bonus est, quia nemo bonus nisi solus deus, in quo filius consubstantialis patri esse notatur. Per cor ideo diuinitatem patris accipimus, & per verbum filium, quia sicut cor hominis latet, & per verba hominis manifestatur: sic diuina essentia latebat mundo, cum per filium manifestata est in creatione caeli, & maxime cum ipsa diuinitas humanitati unita sit: cor eructauit verbum, & huic [regi] qui & deus & rex est [dico ego opera mea] .i. dispono cum eo omnia, sine quo nihil facio: & per hoc filius omnipotens cum deo patre notatur. Vnde dicitur: Cum eo disponens omnia. ¶ Non tantum cum hoc rege dispono, sed etiam omnia facio per eum: & hoc est: [lingua mea] .i. filius ipse qui dicitur lingua, sicut & verbum, & diuinam essentiam manifestat: est [calamus scribae] id est, mei,

Matt. 20

Prouc. 8.

mei: quia sicut calamus sine scriba, nec scriba sine calamo nihil operatur, sic nos cooperamur [velociter scribentis] quia dixit & facta sunt. ¶ Hic incipit de commendatione filij secundum humanitatem, faciendo a postrophē ad ipsum filium. Continuatio: Talis es secundum deitatem: secundum humanitatem vero es [speciosus forma] vt supra, & cætera non mutantur. ¶ Et proprie secundum hoc dicit deus ad ecclesiam: [Audi filia] quia ecclesia vere à solo deo est generata & eius merito filia nominatur. Item bene dicit deus pater [memor ero nominis tui]. i. memores eos faciam. ¶ rex nominis tui, i. laudis tuæ.

## IN PSALMVM XLV.

Titulus. In finē psalmus David filij Chore, p̄ arcanis.

**D**eus noster refugium. ] Psalmus iste attribuitur David prophetae vel alicui fideli de Iuda, vt sit certius testimonium propositus filij Chore. i. signo crucis insignitis: dirigens eos in finem, factus p̄ arcanis manifestandis, quia in hoc psalmo manifestatur aduentus Christi, qui multis occultus erat, & conuersio apostolorum à Iudæis ad ipsum, & saluatio Iudæorum in nouissimis temporibus, & pax in tempore natiuitatis eius inter deum & hominem. Materia est aduentus Christi, de quo cætera arcana, quæ dicta sunt processerunt. Modus: In prima parte psalmi suos admonet, vt confidentes in aduentu eius, commotiones mundi non timeant, quæ propter ipsum Christi aduentum euenient. In secunda parte ostendit manifeste ipsum aduentum, & commoda quæ in ipso aduentu proueniunt. In tertia parte admonet omnes, vt attendant opera istius domini. Intentio est, vt omnes spem suæ liberationis constituent in aduentu domini, quæ intentio in prima parte psalmi notatur, non timebimus dum tur



habitur terra. ¶ Vox est prophetae, vel fidelis animae  
 sic inuitantis: Alij hoīes regnant ad potentias, vel diui-  
 tias, vel ad quaelibet mundana, sed [deus noster factus  
 per humanitatem assumptam, est nostrum [refugi-  
 um] in hoc quod nos protegit a malis, ne nos diaboli-  
 cae tentationes conuincant [ & virtus ], .i. tolerantiam  
 & constantiam ministrans & inuincibiles faciens, & qua-  
 si deus nos deserit post datam constantiam, statim de-  
 fecerimus, addit: [ adiutor in tribulationibus ], .i. ut non  
 solum non vincamur, sed etiam alios possimus vince-  
 re: [ quae ] tribulationes [ inuenerunt nos ] quasi expo-  
 sitos sine omni adiutorio sicut pupillos [ nimis ], .i. tam  
 graues, quod etiam vsq; ad sanguinis effusionem veni-  
 rent. ¶ Propterea [ quia deus nostrum refugium, vir-  
 tus, adiutor est, [ non timebimus ] cum tamen esset ti-  
 mendum [ dum ], .i. quia [ turbabitur terra ], .i. Iudaea,  
 quae ideo dicitur terra, quia per legem & prophetas  
 erat & solidata, & culta [ & tunc montes ], .i. apostoli  
 [ transferentur ] in mare .i. Gentes, & non tantum ad  
 Gētes per solam habitationem, sed etiam [ in cor mar-  
 ris ] quia ponent fidem in cor gentium. Per mare Gen-  
 tes accipimus, quia semper in fluctibus, & in appetitu  
 terrenorum sunt, scilicet voluunt, & auari in vitijs sunt  
 Vel quod profundiores in gentilitate, quia etiam aliq-  
 de nequioribus sunt conuersi. ¶ Sonuerunt ] dixi non  
 timebimus, dum transferentur montes & quia de hoc  
 timendum non videretur, ostendit quod timendum  
 esset. Continuatio: Dico montes transferentur, & tūc  
 [ sonuerunt ], .i. sonabunt ipsi apostoli in praedicatione  
 [ & aquae eorum ], .i. maris, quia ad significationem re-  
 spicit cum dicit eorum [ turbatae sunt ] contra aposto-  
 los. Per aquas doctrinas vel populos intelligit. Vel ita  
 translatis apostolis ad Gentes [ aquae eorum ] id est,  
 diuersi

diuersi populi gentilium [sonuerunt] id est, reclama-  
 uerunt contra apostolos, & propter hoc [montes] .i.  
 sancti apostoli [conturbati sunt in fortitudine eius]  
 maris, id est gentilitatis per graua tormenta, quæ in se  
 rebant eis Gentes, vel montes accipiuntur maiores in  
 gentili populo, qui sunt turbati in fortitudine eius dei  
 id est, indignantur quando audiunt miracula dei, vel  
 contra seiplos propria turpitudine, vel contra aposto-  
 los eius in crudelitate. ¶ Hic incipit secunda pars [Flu-  
 minis.] Hic est diapsalma. Continuatio: [Montes tur-  
 babuntur in fortitudine] sed contra hanc conturbati-  
 onem [fluminis impetus] id est, impetuofum flumen  
 scilicet spiritus sanctus: qui ideo flumen dicitur, quia cō-  
 cupiscentias & ardores extinguit carnis. Imperuofum  
 quia nemo potest ei resistere: ille talis impetus [lætifi-  
 cat ciuitatem dei] id est, ecclesiam, quæ ideo ciuitas di-  
 citur, quia sicut in ciuitate quilibet aduena recipitur,  
 sic in ecclesia. Item sicut ciuitas munita est turribus, sic  
 ecclesia apostolis & virtutibus lætificatur, quia confir-  
 mat eos deus gratia spiritus sancti, contra tribulatio-  
 nes quæ inferebantur eis, dico lætificat, & etiam [altis-  
 simus] id est, ipse deus [sanctificauit] dando virtu-  
 tum incrementa [tabernaculum suum] id est, præsen-  
 tem ecclesiam: quæ ideo tabernaculum dicitur, quia  
 in præfenti uita domino militatur. ¶ Deus in medio]  
 Ostensis quibusdam commodis quæ per ipsum ad-  
 uentum prouenient eum manifeste annunciat. Con-  
 tinuatio: Dico deus sanctificat, lætificat, & ecce per  
 quid hoc facit, quia [deus] homo factus est [in me-  
 dio eius] tabernaculi, cum in medio non quantum  
 ad locum, sed [in medio] id est, in communi, quia o-  
 mnibus æqualiter propositus est. Vel in medio, quia co-  
 lumna est, quæ sustērat oēs partes ecclesiæ: & ideo ipm  
 q̄ iij taber

tabernaculum [non commouebitur] à bono ad malum: & non tantum sustentat ne corruat, sed etiã [adiuuabit eam] ciuitatem [deus] ad bene operandum, & etiam vt alios superent: & hoc faciet [mane] id est, in principio conuersionis: & hoc faciet [diluculo] .i. per diluculum, scilicet, ministrando illuminationẽ spiritus sancti. Vel ita: [adiuuabit mane] nec tantum dico [in mane] id est, postquam aliquantum lux increuerit, sed [diluculo] id est, in ipso primordio conuersionis. Habet alia translatio: [adiuuabit eam deus vultu suo] id est, filio incarnato, qui ideo vultus dei dicitur, quia & ei est consubstantialis, & ipsius plena representatio. ¶ Conturbatã] non tantum ecclesia firma ẽ, q̃ deus in medio eius est, sed propter hoc idem [Gentes] turbatã [sunt] cum hæc noua audirent prædicare: & etiam principes, scilicet, [regna] vel quãlibet regiones [sunt inclinata] .i. humiliata, q̃ iã placet eis p̃dicatio, & iã fidẽ vellẽt suscipere: ideo sunt inclinata, q̃a [dedit vocẽ suã] ideo [mota est terra] .i. terreni ad cõuersionẽ. ¶ Dico dedit vocẽ, & qs dedit: [Dñs virtutũ] id est, angelorum ens nobiscum, nostram habens humanitatem, & per hoc [susceptor noster] quia de uilitate huius vitæ & his miserijs, duxit nos ad ecclesie suæ dignitatem, in quo apparet quod ipse [deus] est [Iacob] quia in nobis compleuit, quod in Iacob figurauit: quia sicut ille præsentia dans dignitatem emit & supplantauit benedictionem fratri, sic ecclesia Gentium supplantauit promissam priori populo, & præsentia dans, cœlestia comparat, scilicet, per eleemosynas & cætera bona. ¶ Venite. ] Hic incipit de tertia parte, & quia est nobiscum susceptor noster, ideo vos Gentes [venite] ad hunc dominum suscipiendo fidem, & deinde [videte] id est, intelligite [opera domi-



domini ] sicut ipse ait : Nisi credideritis, non intelligeris, opera dico [ quæ dominus posuit prodigia ] .i. in signum. Prodigia enim dicuntur, in quibus aliud significatur, quam videatur: [ super terram ] .i. in mundo, hæc scilicet prodigia, quia ipse dominus [ auferens bella vsq; ad fines terræ ] ad literam, quia eo nascente pax per totum mundum maxima fuit, non tantum quod hoc de illa bella pace dicatur, sed de significata pace quam posuit Christus inter deum & hominem, destruens inimicum, qui erat hominibus erectus, .i. idolatriam, & cultum veteris legis, per quem discordabant Iudæi & Gentes, & fecit vtraq; vnum, & illa pax dei non fuit in vna sola terra, sed vsq; ad fines terræ. ¶ Per hoc auferet bella, quia [ coneret arcum ] .i. dolosas impugnationes contra fidem, scilicet, deceptiones minarum & blandimentorum: & confringet arma, ] .i. manifestas impugnationes [ & scuta ] .i. rationes quibus defendunt suas hæreses [ comburet igni ] .i. ardore spiritus sancti, scz, illos accendet igne charitatis, qui prius dolose & aperte impugnabatur veritatem, & suas defendebant sectas. ¶ Comburet dico, ita dicens: [ Vacate ] .i. euacuate vos a malis operib<sup>9</sup>, [ & deinde videte ] .i. intelligite per puritatem vitæ & aperta miracula: [ quoniam ego ] habitans inter vos, & ego talis [ exaltabor in Gentibus ] quia ad fidem conuersi, exaltabunt me, [ & exaltabor in terra ] .i. Iudæis. Hic prophetat conuersionē Iudæorum in nouissimis temporibus, de quibus dictum est: Et reliquæ Israël saluæ fient. ¶ Confringet, & comburet, & bene hoc poterit, quia ipse est [ dominus virtutum ] vt supra. Et ens nobiscum [ susceptor noster deus Iacob. ] ¶ Superius posuit istum versum ad emendationem prædicationis, nunc reperit vt ostendat illum talem qui facere

q v. pos-

Rom. 9.

possit. Vel ideo repetit, quia in hoc versu totius psal-  
mi summa continetur, & talis versus est intercalaris,  
id est, repetitus.

## IN PSALMVM XLVI.

Titulus. In finem pro filijs Chore psalmus  
Dauid.

**O**Mnes Centès]. Psalmus iste conuenit Dauid  
prophetæ, qui hic loquitur in persona aposto-  
lorum, psalmus dico propositus filijs Chore,  
directis in finē per hoc. Materia est Christus ascendēs.  
Modus: In prima parte ostendit, q̄ deus apostolis suam  
suam hæreditatē cōmendauit. In secunda parte ipsam  
Christi ascensionem ponit. Intēdit nos certos reddere  
de ascensione, quia cum tantam ostendit hominis di-  
gnitatem, quod hi obtinent officium, quod Christus  
prius habuit, securi possunt esse, quod & ipsi post eū  
ascendent, & sic incipit. ¶ Attendens aliquis apostolo-  
rum dignitatem quam habebat homo, admōet illos  
exultare sic dicens: O vos [omnes Gētes plaudite ma-  
nibus. i. bene operamini exultatiōe, & [iubilate deo]  
i. tantum laudem dei mente concipite, quæ non possit  
exprimi uoce, & ita quod iubilus ille sit [in uoce exul-  
tationis] i. non solum laudate deum corde, sed etiam  
exultanti uoce cum alijs annunciate. ¶ Quoniam dñs.  
Et bene debetis eum laudare, [quoniam ipse, dñs], i.  
quia dominabitur omni creaturæ [excelsus] quia po-  
tens & efficax suæ uoluntatis. Et ne in eius bonitate  
confidatis, si mala feceritis, quia ipse est [terribilis:]  
futurus enim iudex puniet impios, [rex] quia bene  
regit suos [magn⁹] quia de grauissimis periculis eri-  
pit suos [sup omnē terrā] quia nulla pars terræ ē ubi  
non dominetur. ¶ Et propter hoc maxime laudāus  
est

est rexiste, quia [subiecit ipse populos]. i. Iudæos [nobis] faciens eos nostræ prædicationi obediens, [ & Gentes ]. i. gentiles conuersos ad fidem [sub pedibus nostris]. plenarie subiecit. Vel sub pedibus. i. sub nobis, qui sumus pedes. i. viatores, & per mundum Euāgelium dei portantes. ¶ Et illos quos subdit [elegit] i. non ex merito eorum, sed per solam gratiam suam à massa peccatorum soluit, ipsos dico [hæreditatē suā] quorum in se fructibus ditaretur, elegit dico [nobis] i. ad nostrum opus, vt nos substiruilo loco ipsius, in hæreditatem dico [speciem Iacob]. i. similem Iacob luctantem, sciz, cum virijs, Vel [speciem Iacob]. i. significatam per Iacob, quod est magnū, quia ipse est [quē dilexit], vel speciem quam dilexit. ¶ Hic incipit secunda pars: Elegit nos, & quare nobis: Quia ipse [deus ascēdit in iubilo] apostolorū videntium exultatione, quæ verbis nō poterat exprimi. Et ideo ga in cælos ascēdit nos vicarios suæ hæreditatis instituit, [ & ipse dñs ] ascendit [in voce tubæ]. i. manifesta voce & exultatione angelorū. Hæc est vox angelorū: Viri Galilæi, qd in cælum aspiciatis: ¶ Et quia talis est, ad honorem dei nostri [psallite] mente. Vel quia res valde digna erat quā admonebat, non sufficit semel dicere, & nō tantū psallite ei, quia deus est, sed etiā psallite, quia ē noster, [deus] scilicet omnium, fidelium. Vel [rex omnisteræ]. i. expellens omnē terrenitatē, & regēs suos p virtutē, & ideo [psallite sapienter]. i. non pro aliquibus terrenis, sed pro ipso habendo, & cum magna discretionē discernendo, quid, quando, quare, qualiter. ¶ Et ipse idem [regnabit] tandem quando scilicet, corpus eius completum erit [super Gentes sed etiam ipse deus,] non dico super malos, sed [super sedera sanctam,] id est, super angelos & archangelos: &

Actu. i.



& animas sanctorū in quib⁹ deus iam sedet sine omni iniquitate, & iudicat. ¶ Et ad ipsum [cōgregati sunt] i. congregabūtur [principes populorum] ad literam: vel illi principes, qui seipſos bene regunt in virtutibus, & alios ad bene agendum admonent populos, congregabuntur dico [cum deo Abraham] .i. quia tunc apparebit Abraham, quando complebit quod promiſit deus Abraham, dicens: In ſemine tuo benedicentur omnes Gētes, & ibi psalmi notatur intētio, & per hoc congregabuntur, [quoniam dii] .i. apostoli & prædicatores [fortes] in aduerſis tolerādis sunt [eleuati] .i. digni habiti [vehementer] [in miraculis & virtutibus, & prædicatione, & propter hoc multi congregabunt cum adeo Abraham.

Gala. 3.  
Gen. 22.

## IN PSALMVM XLVII.

Titulus. Psalmus cantici filijs Chore ſecūda ſabbati.

**M** Agnus dominus] Psalmus iste præponitur filijs Chore ad intelligendū, qui dicitur cantici, q̄a de re agit vnde nobis maxime est lætandum, quia nobis exponit magnam dignitatem ecclesiæ. i. dilatationem ecclesiæ per totū mundum, psalmus dico habitus in ſecūda ſabbati .i. de re ſignificata per rem factam in ſecunda ſabbati id est, de fundatio ecclesiæ quæ ſignificatur per fundationem terræ, quæ facta fuit ſecunda die. Prima enim die ſecreta est lux à tenebris, in quo ſignificatur reſurrectio Chriſti, quæ lux immortalitatis à morte diſcreta est. In ſecunda die fundatum est firmamentū, in quo ſignificatur ſequēs tempus poſt reſurrectionem, quo fundata est ſancta eccleſia, Vox prophetæ, vel ſi habeatur in titulo, filiorum Chore, dicemus: Hic Psalmus eſt filiorū Chore. i. in eccleſia perfectorū, qui in hoc psalmo loquūtur  
Materia eſt ipſa eccleſia dilatanda, Modus: In primā parte

parte multis modis commendat ecclesiam per fundatorem, per hoc etiam quod quidam volentes eam destruerere, recognoscens eius dignitatem, conuersi sunt ad eam, deinde commendat eam per quoddam insigne donum ipsi, scilicet quod misericordia dei habitat in ea. In secunda parte inuitat eos qui muti sunt, vt amplificent eam: & eos qui extra sunt, vt accedat ad eam & hac est intentio, scilicet horrari, vt omnes amplificent istam ciuitatem. ¶ Propheta sic inuitat alios. Ampliate istam ciuitatem, quia [dominus] istius ciuitatis est [magnus] secundum potentiam qua omnia facit [laudabilis] secundum hoc quod omnia compositae & ingeniose facit [nimis] .i. plusquam mens humana possit excogitare, vel lingua explicare: & hoc quod magnus & laudabilis sit, maxime perpenditur [in ciuitate dei nostri] id est, in constructione ecclesiae, quae est munita virtutibus, ampla charitate, collecta per fidem ad iure viuendum, non ciuitas Babyloniorum & confusione haereticorum, sed [dei nostri.] Hic commendat ciuitatem per artificem & possessorem deum, ciuitatem dico posita [in monte sancto eius] .i. in Christo filio eius, dei patris, vel in monte virtutum vel constantia. ¶ Haec ciuitas est possessa a tali domino, & de huiusmodi lapidibus constructa, scilicet, de Iudaeis & Gentibus, & haec [fundantur] scilicet firmiter aedificata est [exultatione vniuersae terrae] .i. de habitatoribus totius mundi, exultantibus de remissione peccatorum, per partes terrae exequitur, quia [mons Sion] .i. Iudaei, quorum caput regni in Sion erat, & [latera aquilonis] .i. Gentes prius diabolus frigidissimum velut familiares stipantes, sunt [ciuitas regis magni] qui omnia regit, p sua voluntate. Diabolus aquiloni comparatur, quia a seruire dilectionis dei frigidus remansit, quando cogita  
 uir:

Eiai. 14.

auit Ponam sedem meam ad aquilonē, & diuinæ me  
 voluntati præpono, & ero similis altissimo. i. regnabo:  
 in frigiditate meæ nequitia, sicut ipse in veritate. ¶ De  
 us in domibus eius cognoscetur, alia commendatio  
 Ciuitas sic fundatur, & [in domibus eius] ciuitatis. i.  
 in singulis fidelibus, qui dicuntur domus, quia in eis in  
 habitat dominus, [cognoscetur deus] quia ipsi plenā  
 cognitionē de deo habēt, & hoc erit, cū [suscipiet eā]  
 in dignitatē. ¶ Quoniam ecce, Vere dñs cognoscetur  
 ab ea, & suscipiet eā [quoniā ecce]. i. in euidentē [reges  
 terrę cōgregati sunt]. i. potētes huius mūdi, nō tantū  
 in vno loco, sed [ & cōtulerūt in vnū ] cōsiliū nocēdi  
 ciuitati. ¶ Ipsi videntes congregati sunt, vt destruerēt.  
 sed potius augmenatuerunt, & hoc dicit, [ipsi viden-  
 tes]. i. intelligentes [sic] esse dignā, vt prædictū ē, [ad  
 mirati sunt] [perculsi luce tantę dignitatis, & [contur-  
 bati sunt] pro peccatis, & [cōmoti sunt] ad fidē, & ad  
 bona opa, & [tremor] corporalis, pro timore futurę  
 pœnę [apprehēdit eos, Vel ipsi vidētes. sic. i. statim ad  
 mirati sunt, & affirmat hæc alia translatio, quę habet,  
 tūc. ¶ Ibi. i. in ipso tremore sunt [dolores]. i. angustia  
 mentis [vt parturientis]. i. grauissimæ. & habētis læ-  
 tum exitū. Sicut em̄ mulier licet grauetur parturiēdo,  
 tamē post q̄ natus homo in mundo, lætatur, & obliui  
 scitur illius pressurę præ gudio, sic pœnitētes licet an-  
 tea premerent, tamē post q̄ ad bona opera adueniūt,  
 obliuiscunt prioris pressurę. Ideo quidē sunt cōmoti  
 & conturbati, quia [in spiritu vehemēti]. i. per spiri-  
 tum sanctam [conteres] o deus [naues Tharsis]. i. ex-  
 ploratores gaudij sui, q̄ est tātū in terrenis. Tharsis em̄  
 gaudij exploratio interpretat, propter diuitias quas v-  
 biq̄ terrarum exquirebant. Tharsis secundum Hiero-  
 nymū, est eadem quę & Carthago. Naues dicit à simili-  
 tudine

Ioan. 16.



rudine. Sicut enim naues hac & illac tempestatibus circumferuntur, sic amatores mundi diuersis anxietatibus raptantur, quam voluntatem destruit in eis spiritus sanctus, quasi violentus, tamen nullis eorum procedentibus meritis. Habent aliqui libri, naues Tharsis, & Tharsis est ciuitas Ciliciæ, vnde fuit Paulus, cuius naues fregit Herodes, quia per eas transferunt Magi, qui adorato domino, fugierunt, de qua tamen historia hoc non legitur, sed de sola allegoria. ¶ Sicut. Quamdoquidem hæc omnia facta sunt in ecclesia, ergo impleta est prophetia facta de ea. [Sicut audiuimus] prædictum a prophetis, [sic vidimus] esse completum [in ciuitate domini virtutum] id est, qui dominatur super cælestes virtutes, & istas virtutes, scilicet apostolos ipsos, mittit ad custodiam suæ ciuitatis: [in ciuitate] dico [dei nostri] id est, qui secundo nos recreat. Et quid audiuius & vidimus? Hoc scilicet] deus fundauit eam in æternum] id est, firmiter stabilivit eam per suam prædicationem, & angelicam custodiam, ducendo eam in suam æternitatem. ¶ Suscepimus deus. Pōnit commendationem ecclesiæ, per illud insigne donum filij dei. Dico quod deus fundauit ecclesiam, per hoc scilicet, quia o [deus nos suscepimus misericordiam tuam] id est, filium tuum: quem vocat misericordiam quia nisi per eum, nullam habemus misericordiam [in medio templi tui] id est, æqualiter propositus est omnibus, qui ad eum volunt accedere. Susceperunt eum quidam corporaliter in templo scilicet Symeon & Anna, alij susceperunt spiritualiter. ¶ Secundum. Et quia suscepimus illam misericordiam, ideo [secundum nomen tuum] .i. secundum hoc quod nomen tuum diffusum erat vbique terrarum, quia dicebaris omnipreator per omnem terram, licet ipsi alias deos simularent [sic &

& laus tua ] diffusa est [ in fines terræ ]. Et determinat à quibus laudetur, scilicet à iustis, & illis multis, & hoc est: [ iustitia plena est dextera tua ] .i. propitiatio tua plena, quia multos iustificat, & omnes laudant re. ¶ Incipit de secunda parte, & quia iustitia plena est dextera, ideo [ lætetur mons Sion ] .i. fidelis Iudæi, qui primos radios orientis solis acceperunt, [ & exultent filia Iudæ ] .i. gentiles à Iuda. i. ab apostolis in fide generatæ. Filia dicuntur non filij, propter maiorem cultum & diligentiam, quæ adhibetur eis: [ propter iudicia tua domine ] scilicet, quia iusto iudicio excæcas, & Gentes assumis, vel quosdam reprobas. ¶ Circūdare ] .i. honorate [ Sion ] .i. ecclesiā: [ & complectimini eā ] brachijs charitatis, seruando virtutes & mores, quibus acceptis [ narrate ] .i. prædicate alijs nomen domini, existentes [ in turribus eius ] ciuitatis. i. apostolorū imitatione, scz, q̄ in nullo discordet vestra prædicatione à doctrina apostolorum. ¶ Ponite corda, non tantum prædicate, sed etiam [ ponite corda vestra in virtute eius ] .i. firmitati eorū vos conformate, [ & distribuite domus eius ] .i. in ea statuite diuersos gradus, scilicet, archidiaconatum, presbyterium, & omnes coniugatos. Vel [ distribuite domus eius ] scilicet, vnicuiq; prælato dando suam parochiam, & hoc ideo [ vt enarretis in progenie altera ] .i. vt de progenie in progeniē descendendo, faciatis eam permanere in finem seculi. ¶ Quoniam. Hoc scilicet enarretis, [ quoniam hic est deus ] qui hæc facit ecclesiæ, quæ dicta sunt, & ipse est [ deus noster ], deus dico duraturus [ in eternū ] id ē, vsq; in finem mundi [ & in seculum seculi ] .i. consecutum huius seculi, & [ ipse ] talis [ reget nos ] ducendo in [ æterna secula. ]

IN PSALMVM XLVIII.

Titu-

Titulus. In finem filijs Chore psalmus David.

**A**udite hæc omnes Gentes. ] Iste psalmus conuenit David propheta, qui hic loquitur, propositus filijs Chore ad intelligendum, Materia est, Christus, redemptor non malorum, sed iustorum. Modus: In primo ponit prologum, ad commendationem rei quam dicturus est. In secundo ponit Christum redemptorem non malorum & seculi amatorum, sed iustorum: & in eadem parte reprehendens stultitiam eorum, norat vanitates, quibus amatores seculi istius sunt intenti. In tertia parte monet pauperes iustos, ne curent istos diuites, quia cito peribunt eorum diuitia. Intentio est, inuitare ad contemptum mundi. ¶ Quia vero rem inconsuetam dicturus erat, omnes inuitat ad audiendum, dicens: [ Audite hæc omnes Gentes: ] & hic statim caprat attentionem, & bene monet ad audiendum, quia rem magnam dicturus erat. Bene omnes inuitat, quia omnibus, si attendant, proderit quod dicturus est, omnes vocat gentiles, & non tantum audite per exteriorem aurem, sed etiam [ auribus ] interioribus [ percipite ]. i. diligenter intelligite, & vos [ omnes qui habitatis orbem ]. i. Iudæi, qui terram promissionis habitatis, audite hæc, auribusque percipite. ¶ Et quia aliquis posset dicere: Illis qui sunt profundissimi iniqui, non prodest audire, dicit: vos etiam [ qui que terrigenæ ]. i. omnes quicumque terreni, quasi filij terræ, audite hæc: quia si vultis attendere, proderit vobis, & quæ possent boni dicere, mali quidem audiant quibus opus est, nobis autem iam opus non est, quia boni sumus, monet etiam eos ut audiant, quia nullus est tam bonus, qui non possit meliorari, dicēs: [ & filij hominū ] id est, rationabilium hominum imitatores audite hæc. Et quid singulos exequar? Audiant hæc [ diues & pau  
r per



per ]tendentes[ in vnum ],.i. in eandem voluntatē au-  
 diendi. Iſtas duas condiciones diuitis & pauperis poti⁹  
 elegit, quia ſecundū eas ager in pſalmo. ¶ Os meū, Hic  
 facit dociles, pponendo quæ dicturus eſt. Continua-  
 tio: Ideo debetis audire, [ quia os meum loquetur ſa-  
 pientiam & prudentiā ] & hic magna proponit, quia  
 nihil aliud tractat diuinitas, q̄ ſapientiam & prudenti-  
 am. Sapientia eſt cognitio diuinorum, prudentia eſt  
 inſtructio morum, & propheta hic annunciat ſapientiam,  
 vbi Chriſtum filium dei redemptorē annunciat.  
 Mores informat, cū docet hæc mundana non eſſe atē-  
 denda, & diuitū diuitias negligendas, & ne diceret ali-  
 quis: Hæc tua non ſunt audienda, quia ſine meditatio-  
 ne proponis, oſtendit ſe ex conſideratione loqui, cū  
 dicit [ & meditatio cordis mei ]. .i. ſiue loquar ſapientiam  
 ſiue prudentiam, ſtudioſa mentis applicatione hæc  
 facio. ¶ Inclinabo ] ſc3, & cū loquar ex meditatione, nō  
 erit ex me, ſed habeo magiſtrum ſp̄m ſanctū. de quo dī-  
 cit [ aurem meam ]. .i. intellectum cordis mei inclina-  
 bo. .i. humiliabo, vt cum humilitate audiā cuidam ma-  
 giſtro meo, ſc3. ſpiritu ſancto, loquenti mihi [ in para-  
 bolam ] & ſicut propheta in parabola audit, ſic in para-  
 bola loquar. Parabola eſt, vbi aliud dicitur, & aliud in-  
 telligitur, ideo ſic loquitur, q̄a non fuit conueniens, vt  
 diuina ſcriptura pateret oībus, ne à veritatis æmulis  
 conculcicaretur [ & aperiā proſitionē meam ]. .i. quē  
 ante omnia propono mihi eſſe ſequendum, vel quem  
 propono eſſe manifeftrandū in hoc pſalmo: & hoc fa-  
 ciam [ in pſalterio nō ſolū verbo, ſed etiā exemplo bo-  
 no, vt q̄d doceam ore, compleā opere. ¶ Hic incipit ſe-  
 cunda pars atq; narratio, & loquitur propheta in per-  
 ſona malorum, dicēs: Timebo quidem [ in die malo ]  
 .i. in iudicio: & [ cur timebo? ] Dicet aliquis, furtū feci,  
 vel

vel homicidium, non vtiq; propterea timebo, sed id-  
 eo, quia [iniquitas calcanei mei] finalis iniquitas [cir-  
 cundabit me] id est, ex omni parte ostendet me esse dā-  
 nabilem. Nulla iniquitas damnat, quæ ante finem di-  
 mittitur & purgatur secundum hoc loquitur, quod do-  
 minus dicit mulieri, per serpentem deceptæ: Serpens in-  
 fidiabitur calcaneo mulieris, & conculcabit mulier ca-  
 put serpentis, id est, diabolus infidiabitur fini hominis  
 vt in fine decipiat, cuius diaboli caput, id est, insidias,  
 homo conculcat, si cauet à virijs. ¶ Proposuit iniquita-  
 tem, & illam per partes exequitur, ostendens omnes in-  
 iquitates esse hominis, vel exteriores, vel interiores. Si  
 enim homo facit homicidium, vel vt obtineat bona,  
 vel vt ostendat fortitudinem suam. Quasi aliquis dice-  
 ret: Tu dicis nos timere, sed quare timeremus? cum vi-  
 talem proponas redemptorem nulli timendum esse:  
 quorum præsumptionem frangit propheta, sic dicēs:  
 Vere si iniquitas calcanei circumdat, timendum est, quia  
 [frater] id ē, Christus, nostram habens naturam [nō  
 redimit] illos, scilicet [qui confidunt in virtute sua]  
 id est, de fortitudine sua atque potentia, deo gratias  
 non agunt, sed in ipsis confidunt [ & ] illos qui [glori-  
 antur in multitudine diuitiarum suarum] siquidem  
 in hoc perseverant, & cum Christus tales non redimat  
 [redimet] eos aliquis [homo?]. Non vtiq; & vere  
 non redimet, quia [non dabit deo placationem su-  
 am] id est, non poterit deū placatum reddere malis, p  
 aliquam orationem, vel oblationē. Christus autē red-  
 dit deū placatum suis amicis, nostram humanitatem  
 ei p̄sentans. ¶ Et [nō dabit deo aliquis homo] [preti-  
 um redemptionis animæ suæ]. i. nullo pretio poteris  
 eam redimere, quia solum corpus Christi idoneum  
 inuentū est, per qd̄ redemptio fieret, & quā nō redimij

Gene. 3

Christus tales, ne homo potest redimere, ideo non tantum est illis timendum, sed [etiam laborabit] ille non redemptus [in æternum] & sicut propheta præsumptionem malorum superius fregit, sic errorem eorum hic destruit, qui mortuorum resurrectionem nõ credunt, & bene dico laborabit in æternum, quia [in finem]. i. in mortem temporalem [adhuc viuet] ipse. ¶ Et ideo etiam laborabit, quia in hac [non videbit interitum]. i. damnationem [cum]. i. quia [viderit] in hac vita [sapientes]. i. iustos viros morte temporali [morientes.] Vel [sapientes]. i. mundanos philosophos: non videbit interitum dico, sed [peribunt simul insipiens & stultus.] Insipiens est, qui non credit futuram pœnam: stultus qui licet credat, tamen non cauet. ¶ Et ostendit vanitates, quibus isti in mundũ sunt dediti, in quibus eorum norat stultitiam. Continuatio: Peribunt [ & etiam relinquent alienis suas diuitias]. i. extraneis, vel etiam filiis, tamen alienis, quia perditio hoĩ nihil pl<sup>o</sup> valent diuitiæ, tam filio, quàm extraneo: [ & sepulchra illorum]. i. pyramides & mausolea, que quasi magnas ædificant domos, quasi sepulchra debent esse [ domus illorũ in æternum] & in hoc magnã stultitiam eorum norat, qui per hæc sepulchra sibi memoriam æternam putabant acquirere. ¶ Tabernacula]. i. magnæ domus [eorum] manent [in progenie, &] inde in alia [progenie] & in hoc etiam stulti apparent, qui tanta palatia ædificabunt, & etiam homines [vocauerunt nomina sua in terris suis] scz, circa sepulchra illorum. Tangit consuetudinem gẽtilium, q̄ morientes, aliquos conducebant, vt inuocarent nomina sua circa sepulturam suam in diebus constitutis, & cũ alios facerent ita inuocare nomen suum, ipsi idem dicuntur in hoc inuocare nomina sua. In quo ipse propheta



pheta magnam eorum notat stultitiam, quia per hoc ipsi cum se memoriam aeternam habere putarent, tamen in solis terris eorum hoc fiebat. Totus autem versus sub constructione vna sic legitur: Tabernacula eorum duratura, in progenie & progenie vocauerunt nomina sua, id est, prænomena sua, vt dicatur palatiū Tyberij, turris Crescentij, & hoc faciebant, vt memoria eorum haberetur, quæ tamen non erat, nisi in terris suis. ¶ Hæc omnia vanaita sequuntur, & tamen deus nō est accusandus, qui constituit eos in ratione, sed ipsi noluerunt intelligere: & hoc est, [ homo cum esset in honore ] .i. in ratione, in qua erat deo similis [ non intellexit ] .i. non intelligenter egit, & ideo à sapientibus est [ comparatus insipientibus iumentis ] scilicet, in nulla alia, nisi in insipientia: & merito cōparatur, quia [ similis factus est illis. ] ¶ Hæc ] mala, & alia quæ sunt [ via illorum ] sunt [ scandalum ipsis ] id est, offensio, quæ ducit eos ad interitum [ & postea ] id est, cū hæc mala [ complacebunt ] id est, sibi ipsis placebunt [ in ore suo ] quia quod ore dicunt, opere comprobāt. Alia translatio habet, in ore suo benedicent: quod legi sic: cum hæc mala faciant, tamen postea benedicunt deū, laudantes eum de prosperis suis successibus in ore suo non dei quia deus laudem peccatoris non recipit. ¶ Hirales [ in inferno positi sunt. ] Bene dicit propheta positos in inferno, quia eos iam in diuina prouidentia ponendos fore cognouerat [ sicut oues ] id est, similes ouibus: quia sicut oues saepe tondentur, & iterum, & substantia remanet, sic illi semper affligentur supplicij, et tamen substantia non peribit [ mors depascet eos etiam ] id est, diabolus depascet, per similitudinem dicit. Sicut enim pratum depascitur, & tamen radices remanent, sic illi. Dicitur etiam pascere in alia significarione,

sicut pastor dicit, pasco gregem, Similiter mors. i. dia-  
 bolus depascet eos. i. deducet eos de pœna in pœnam.  
 ¶ Et in matutino ] .i. in iudicio, vbi iustus lux appare-  
 bit [ iusti ] qui in hac vita sunt depressi ab illis [ domi-  
 nabuntur eorum ] qui erunt iudices eorum [ & auxi-  
 lium eorum ] quod habent in hac vita [ à gloria eorū ]  
 scilicet à potentia & diuitijs [ veterescet ] comparabi-  
 le erit veteri vestimento, quod nullam habet vtilitatē  
 [ in inferno. ] ¶ Ipsi dominabuntur [ veruntamen de-  
 us redimet animam meam de manu inferi ] .i. de po-  
 testate diaboli: & hoc [ cum acceperit me ] .i. meam hu-  
 manitatem. ¶ De tertia parte incipit. Continuatio: In  
 iusti sic damnabuntur, & iustorum animas redimes  
 o deus, & ideo homo [ ne timueris cum diues factus  
 fuerit homo ] & non tantum in se diues fuerit homo,  
 sed [ cum multiplicata fuerit gloria domus ], .i. cū vnus  
 quisq; de domo eius multiplicatus fuerit in gloria, scz,  
 diuitiarum. ¶ Ideo ne timueris [ quoniam ] ipse [ cum  
 interierit, non sumet omnia ] omnia negat, & nihil se-  
 cum portat de diuitijs suis, neq; de gloria: & hoc est:  
 [ neq; descēdet cum eo gloria domus eius ] quia cū ve-  
 nerit ad infernum, non maioris erit quolibet paupere.  
 ¶ Ideo non descendet cum eo gloria domus eius [ qa  
 in ] hac [ vita ] tantum [ anima eius benedicetur ] ab  
 adulatoribus, & hoc tm̄ in vita ipsius, vt cū dicēt ado-  
 lescentes ei, si fecit homicidiū, vel aliqd tale, ha q̄ bene  
 factū, & ideo etiā peribit, qa tūc tm̄ [ confitebit tibi ] .i.  
 laudabit te [ cū benefeceris ei ] .i. cū dabis ei p̄speros  
 euentus. ¶ Hic oñdit consummationē nequitia ipius  
 Cōtinuatio: Quid per singula curret? Ipse [ introibit  
 vsq; in ] p̄genies patrū suorū ] .i. similis erit oibus patri-  
 bus suis in nequitia, etiā vsq; ad ipm Cain ascēdet p̄ ne-  
 quitia. & ideo [ nō videbit lumē ] .i. in hac vita nō ve-  
 ram

ram cognitionem, neq; in alia veram illuminationem  
& hoc est [ vsq; in æternum ] ¶ Ideo non videbit, quia  
[ cum homo esset in honore vt supra.

IN PSALMVM XLIX, Titulus. Psal. Asaph.

**D**Eus deor[um] ¶ Asaph fuit vnus ex p̄centoribus q̄s  
habuit Dauid secū ad amplificandū cultū dei,  
& ad eius memoriā hunc psalmū ex eius noīe i

titulauit i deo maxime, q̄a interpretatio noīis, p̄prietati  
ei psalmi cōuenit. Asaph namq; cōgregatio interpretat  
& in hoc psalmo cōgregatio. i. synagoga fidelīū loquit  
Materia est nouū testamētū & per oppositū vetus. Mo  
dus: In prima parte primū & secundū Ch̄i aduentū po  
nit, vt cōfirmet hoc q̄ Ch̄s in p̄pria p̄sona postea lo  
quit. Per secundū aduentū deterret malos, vbi cōdit  
damnādos impios, & remunerandos bonos. In secūda  
parte inducit Ch̄m loquentē in primo aduentu suis a  
micis, & docentē eos iā nihil valere legalia iñstituta, sed  
sacrificiū laudis solū mō. In tertia parte loquit inimicis  
inrepsans eos, & docēs qd sit faciendū. Intentio ē hor  
tari Iudæos, vt post Ch̄i aduentū nullo modo in lega  
libus iñstituti cōsidant, & vt gentiles ad eorū iñstituta  
non veniant. Titulus sic exponit: Psalmus iste cōuenit  
Asaph. i. cōgregationi fidelīū, quæ hic loquit. Ideo po  
tius loqui inducitur synagoga, q̄ ecclesia de Gentibus: q̄a  
potius Iudæis q̄ aliorum credunt authoritari. ¶ Ac si di  
ceret fidelis synagoga. Nolite vltcrius sequi legalia iñ  
stituta, quia Christus qui est [ deus ]. i. creator [ deo  
rum ]. i. iustorum. Vnde dicit scriptura: Nolite detra  
here dñs: ipse est dominus omniū Gentium, qui hacte  
nus locut⁹ fuit in p̄phetis, modo [ locus est ] i. p̄pria  
persona [ & vocauit terrā ] ad se audiendū. ¶ Vocauit  
terrā vniuersam sc̄z, & hoc est [ a solis ortu vsque ad oc  
casum: ] determinat etiam locum in quo locutus est,  
r. iij. cum

Exo. 22.



Esaiæ. 2.

cum dicit, & species decoris eius ] .i. speciosus decor ei  
 u: dñi ē [ ex Sion ] Vnde propheta: De Sion exhibit lex,  
 & verbum de Hierusalem. ¶ Dico deus locutus est, &  
 ille idem [ deus ] qui aliquando occultus fuit, quia di-  
 uinitas latebat in humanitate [ manifeste venit ] in iu-  
 dicio, sed & ille [ deus noster ] nostram humanitate in  
 habens, tunc [ non silebit ] ante Herodem & Pilatum,  
 sed increpabit vnumquemq; de peccatis: & hic notat  
 intentio. ¶ Et tunc [ exardescet ignis in conspectu ei° ]  
 præcedet enim materialis ignis ante conspectum eius  
 venientis ad iudicium, qui cremabit faciem terræ [ & i  
 circuitu eius tempestas valida id ē, sancti angeli, qui in  
 hoc comparantur tempestati, quia sicut tempestas va-  
 lida projicit paleam à granis, sic illi projicient malos à  
 bonis. ¶ Et ipse dominus veniens [ aduocabit cælum ]  
 id est, cœlestes desursum ] ad se .i. ipse veniens desursum  
 aduocabit cœlestes [ & ] vocabit [ terram ] non ad se,  
 sed [ discernere populum suum ] id est, ad hoc, vt discer-  
 nant populum suum à malis. ¶ Exultans propheta de  
 congregatione iustorum, & separatiōe ab impijs, mo-  
 net angelos, quorum officium est hoc facere, sic: vos o  
 angeli [ congregate illi ] domino [ sanctos eius. ] Offi-  
 cium enim angelorū erit, realiter congregare iudici san-  
 ctos, & malos in tormenta dimittere, determinas q̄s  
 vocet sanctos illos scilicet [ qui ordinant testamentū  
 eius super sacrificia ] .i. qui postpositis legalibus insti-  
 tutis, qui est rectus ordo, nouum testamentū sequunt,  
 ¶ Congregate sanctos [ & ] illi [ cœli ] congregati [ an-  
 nunciabunt iustitiā eius ] semper laudando deū: ideo  
 [ qm̄ ] ille [ deus ] iustus iudex ] est, qui iustos, qui in  
 hac vita fuerāt tribulati à malis separat. ¶ Hic incipit de  
 secunda parte. Continuatio: Dico dominus locutus, et  
 iam hæc, .i. [ Audi populus meus ] id est, diligenter in-  
 tellige-

relige, [ & ] tunc [ loquar tibi ] .i. cōprobabo tibi per  
 testimonium prophetarum, hoc scilicet; [ Ego sum ], .i.  
 verum esse habeo [ deus ] quidem omnium [ tuus de-  
 us ] familiaris. ] ¶ Et ego [ non arguam te [ deinceps  
 [ in sacrificijs tuis ]. Si non offeras sacrificia carnalia,  
 nō offendas, holocausta autem ] non vitulorum, sed  
 [ tua ], .i. quæ in te sunt, scilicet, spiritus contribulatus  
 [ semper sunt in conspectu meo ]. ¶ Dico non arguā,  
 quia [ non accipiam ], .i. non habeo gratos [ vitulos ]  
 cordis quin immoles mihi superbiam, scz. [ de domo  
 tua ] neq; accipiam [ hircos ] non dico cordis, quin im-  
 moles, fœtidos motus libidinis, scilicet, [ de gregibus  
 tuis. ] Non accipiam ideo, [ quia meæ sunt omnes fe-  
 ræ sylvarum ] scilicet meæ potestatis, & etiā indomitæ  
 feræ meæ sunt, & hæc [ iumenta ] pascentia [ in mon-  
 tib; & boues ], .i. indomita animalia sunt mea. Per  
 indomita animalia signantur gentiles, qui legem non  
 habebant, per domita, Iudæi, qui sub iugo legis tene-  
 bantur, sed hoc non habet hic locum. Non tantū ter-  
 restria animalia, sed etiam [ volatilia cœli cognoui ] vt  
 mea [ & pulchritudo agri mecum est ], .i. omnis fructus  
 terre in mea est potestate. ¶ Et ideo [ si esuriero ] quod  
 tamen impossibile est [ non dicam tibi, meus est enim  
 orbis terræ, & plenitudo eius. ] ¶ Dico si esuriero, sed  
 nunq̄ esuriam, & hoc est, [ nunquid manducabo car-  
 nes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo? ] Hic  
 manifeste stultitiam eorum reprehendit, qui putabāt  
 eum comedere, vel potare sanguinem animaliu. ¶ De-  
 terminat, quod holocaustum in conspectu suo supe-  
 rius esse dixerat, Hæc legalia sacrificia noli offerre,  
 sed potius [ immola deo sacrificiū laudis ], .i. lauda de-  
 um tuum ita, quod laus tua sit ei sacrificium laudis .i.  
 immola te ipsum secundū libidinem, luxuriā, super-  
 biam

biam, auaritiā, &c. quia non est speciosa laus in ore peccatoris, immola laudem, & hoc assidue, & hoc ē [ & redde altissimo vota tua ] .i. deuote, & si modo non poteris implere, redde quando poteris. ¶ Et tūc [ inuoca me in die tribulationis ] .i. in tempore istius presentis vitæ, & ego [ eruam te ] à tribulatione, non quod à quacūq; tribulatione eruat fidelem, sed ab illa tribulatione, vbi verum boni est damni, [ & ] tu ereptus [ honorificabis me ] deum laudando. Cum eum aliq̄ta ereptum vident deū sui iusti ereptorem collaudāt. ¶ Incipit tertia pars, & sicut synagoga Christū induxit loquentē suis, sic etiam synagoga inducit deum loquentē peccatori. Continuatio. Quasi diceret synagoga: Hæc dixit deus iustis, [ peccatori aut̄ dixit ] hæc [ deus, quare tu peccator enarras iustitias meas? ] de creatione cæli & terræ, [ & assumis testamētū meū, ] .i. veterē legē, siue nouā [ per os tuū ] vt alios inde doceas. Cum dicit assumis, notat rem ipsam non esse commissam peccatori, sed ipse peccator præsumēdo ingerit se. ¶ Testamētum ingeris, contra vero operaris, & hoc est, [ tu vero odisti disciplinam ] .i. correctionem meam, quia si aliquam correctionē tibi dedi, inuitus sustinuisti, [ & sermōes meos ] .i. præcepta mea [ proiecisti retrorsum ] non adimplendo ea. ¶ Sermonem proiecisti, [ & si furem videbas, currebas cū eo ]. Cum fure currit, qui furtum facientem non redarguit, & q̄ consentit. Furi consentit, vel cui furtum placet, vel qui cum possit redarguere, nō redarguit, [ & cū adulteris portionē tuam ponebas ] vel faciēdo adulterium, vel consentiēdo adulteris. ¶ Os etiam tuū abūdauit malitia. .i. abundanter locutum est mala aperta, & lingua tua cōcinnabit dolos. Concinnare ideo dicit, quia illi qui dolose loquuntur, ornaru maximo sua verba cōponūt



ponūt. ¶ Hic subdit de detractiōe. Cōtinuatio: Non tantum illa mala faciebas his modis, sed & detractiōne, & hoc est, [loquebaris aduersus fratrem tuum:] fratrem vocat quemlibet hominem, nec non faciebas horarie, sed [sedens] id est, assiduus, [&] non tantum aduersus alios, sed [aduersus filium matris tue] id est, synagogæ [ponebas scandalum] id est, quamcumq; offensionem persuadendo hæresim, vel aliquid tale, quod eum à via vera retrahat, [hæc] omnia [fecisti, &] ego tamen [tacui]. i. cum patientia expectaui, ut quandoq; saltē conuertereris. ¶ Et hac mea patientia abusus es, quia putasti, sicut ad horā te impune dimittebam, & hoc est, [existimasti inique] vel vocatiuus, vel aduerbium, [quod ero tui] non puniendo. Si enim deus impunitos dimitteret malos, similis iniustorum inueniretur. Tu hoc putasti, sed nō ero tui similis, sed [arguam te]. i. pro peccatis puniam [ & statuam contra faciem tuam ] scilicet, ut omnia peccata tua videas, quæ tu modo non attendis, per simile dicit, quia sicut aliquis rem quam habet, ante oculos manifeste videt, sic in die iudicij quisq; peccata sua manifeste cognoscer. ¶ Vos etiam [qui obliuiscimini deum] id est, qui deum in memoria non habetis [intelligite hæc] id est, hanc pœnam impijs futuram, intelligite dico, [ne quando rapit] vos ad pœnam, [&] tunc [non sit qui eripiat] ¶ Hæc intelligite, & offerre mihi [sacrificium laudis], id est, spiritum contribulatum, quia illud sacrificium [honorificabit me, & illic] id est, in illo sacrificio est [iter, quo] itinere ego [ostendam, illi] offerenti [salutare] id est, saluationem [dei.]

IN PSALMVM L.

Titulus, In sinem psalmus Dawid,  
quando

veni t

venit ad eum Nathan propheta, quando  
intrauit ad Bersabee,

**M**iserere mei deus. ] Legitur, quod cū vidisset  
2. reg. II. Dauid, vxorem Vriæ Bersabee lauante[m] in  
solario suo, complacuit ei, & a ccedēs, cum ea  
cōcubuit. Quæ cum impregnata esset timens ne adul  
teriū pderetur, vocauit ab expeditiōe Vriā, ille re uer<sup>o</sup>  
noluit reuerti ad thalamū cōiugis, dum sui socij essent  
in expeditione. Remisit eum Dauid ad Ioab cum lite  
teris, in quibus præcepit Ioab principi militiæ suæ, vt  
vbi fortiores defensores ciuitatis essent, eum poneret,  
& cum acrior esset assultus, omnes socij Vriam dimit  
terent solū, & sic interficeretur, & sic est factū, fuit igit  
Dauid adulterij uer<sup>o</sup> homicidij. Volēs itaq; dñs reuoca  
re seruū suum Dauid, misit ad deum Nathan prophe  
tā, qui in quadam parabola iudicium à rege quereret.  
Dixit itaq; nathan Dauid regi: Dic mihi rex iudicium.  
Quidam vir erat, qui multas oues habebat, & viciniū  
qui habuit quandā ouiculam tantum, & cum illi po  
tenti superuenissent hospites, noluit de suis ouibus ali  
3. Re. 12. quam accipere, sed vicini sui ouiculam rapuit. Iudica  
uit rex, quod hic talis esset filius mortis. Dixit ergo ei  
Nathan: Tu es ille, qui cum haberes sexaginta vxores,  
& concubinas quot velles, rapuisti tamen vxorem  
Vriæ, qui vnā solam habebat, De hac ergo admoni  
tione Dauid cōpunctus, cœpit pœnitere, & de aduen  
tu Nathan titulus compositus est. Qui sic exponitur:  
Psalmus iste conuenit Dauid pœnitenti qui hic loquit  
habitus cum venisset ad eum Nathan propheta, non  
de quocunq; aduentu Nathan, sed de eo, qui fuit cum  
Dauid intrauit ad Bersabee, de quo introitu Nathan  
propheta vehemēter eum increpauit. Materia est Da  
uid pœnitens, & valde humilians se propter peccata

gra-

grauia quæ fecerat. Modus. In prima parte ostēdiat suam humilitatem. In secunda parte confidentiam. Tertia est quæ sequitur ex istis, hæc scz. vt deus non respiciat peccata sua. In quarta petit, vt deus ecclesiam faciat, in qua sibi placitum holocaustū offeratur. Intentio est, vt quantumcunq; grauia peccata fecerimus, si volumus conuerti ad deum, non desperemus, quia ineffabilis est misericordia dei, & multo maior q̄ sunt peccata nostra, & sicut in alijs psalmis pœnitētiālibus non excusat peccata, sed se accusat, sic in isto confitens peccatum, deprecatur per ea quæ sunt in ipso iudice, sic dicens: [Miserere mei deus]. i. respice me oculo misericordie, reformando me, nec aliquod prætendo meritum, sed piam peto misericordiam tuam, & hoc dicit: [secundum magnam misericordiam tuam.] Bene dicit propheta, magnam misericordiam suam, quia præuiderat in spiritu sancto filiū suū se daturum in mortem, pro redemptione humani generis. Dico vt parcas mihi, & miserearis mei, sed precor vt peccato meo non parcas, imò [dele] à memoria tua per quas tibi placet, punitiones [iniquitatem meam], neq; precor hoc aliquo merito, sed [secundum multitudinem miserationum tuarum] quia video multas te miserationes exhibuisse hominibus, patribus nostris, q̄ ad te uolebant conuerti. ¶ Dico dele iniquitatem meam, nec quero deleri iniquitatem per sacrificia, imò per aquas baptismatis, & hoc est, [laua me] per fidem quam habeo in aquis baptismi, petit lauari per fidem quam habet de ipso baptismate, [laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me], idem uocat iniquitatem & peccatum, sed diuerso respectu, quia adulterium & homicidium suum, uocat iniquitatem, quo ad proximum: & peccatum secundum hoc, quod seipsum in



corpore, luxuriando, & in voluntate homicidij contra  
 minauit. ¶ Dico laua, & quia aliqua lauantur, vbi ta-  
 men aliquid sordis remanet, dicit, munda, secundum  
 vtrunq; ita scilicet, quod nihil in me contaminationis  
 remaneat. Dico laua, munda, & hoc [amplius]. i. am-  
 pliori lauatione quam soleas, quia sicut peccatū am-  
 plius est, sic amplior lauatio & mundatio necessaria  
 est. ¶ Quoniam dixerat, magnam misericordiam dei,  
 sed quia iterum vidit misericordiam non sine iustitia  
 posse esse, vult in seipso quandam occasionem osten-  
 dere, propter quam deus debeat sibi iuste misericor-  
 diam exhibere, & sicut hactenus deprecatus est iudicē  
 deū, per ea quæ in iudice sunt, sic modo incipit depre-  
 cari per ea quæ in ipso deprecante sunt. Continuatio  
 Laua per misericordiam dico, & hoc iustum est [quo-  
 niam ego iniquitatem meam cognosco] nō sola co-  
 gnitione, sed detractione, & execratione: [ & peccatū  
 meum contra me est semper ] quasi imago terribilis,  
 quam omnibus modis fugere velim, per omnia, debe-  
 remus accipere, & iniquitatem & peccatum, vt supra  
 expositum est. ¶ Peccatum est contra me, & hoc per  
 petrādo non peccaui alicui, nisi [ tibi soli ] quia cū rex  
 sim, nullus habet punire peccatū, meū, nisi tu solus, vel  
 peccaui curandus tibi soli, quia cum nullus iustus, nisi  
 tu solus, à te solo dñe sum curādus, & vt maiorem ag-  
 grauet suam stultitiam, dicit, [ & malum illud corā te  
 feci ] .i. licet vbique præsente[m] te scirem esse, & omnia  
 videre, & iudicem omnium futurū esse scirem, tamen  
 peccaui in conspectu tuo, & ita peccaui, quod si pona-  
 tur inter te & hominem, tu solus iustus inueniaris, ho-  
 mo iniustus, adeo [ vt iustificeris ] id est, iustus iue-  
 niaris [ in ] omnibus [ sermonibus tuis ] quia quæ pro-  
 misisti, penitus implesti, ego autem & cæteri homi-  
 nes

penitus inueniamur iniusti. Vnde Apostolus: Est autē deus verax, omnis autem homo mendax. Et non solū Rom. 13  
iustificeris in sermonibus tuis, sed [etiam vincas cū Psal. 115.  
iudicaris] in omnibus. i. si fiat iudicium inter te & hominē, q̄ tu iustus inueniaris, Deus autē iustus inueniſ, cum oīa homini quæ sibi sunt necessaria, subministret, homo autem iniustus, cum deo dignum fructum nō reddit. Vnde dominus in Euāgelio: Iudicate inter me & vineam meam. ¶ Vere vincas, si iudicaueris, cū homine, quia vt taceam hoc nouū peccatum [conceptus sum in iniquitatibus] q̄a in ipso conceptu fui ego reus præuaricationis & inobedientiæ Adæ. ¶ Ideo tam miserum me esse fateor, quia [ecce] omnib⁹ patet, quod tu [veritatem dilexisti] quia si non confiteor veritatē de me ipsa, non essem dignus cui tu cōdonare deberes. Postq̄ accusauit se per propria peccata, accusat etiā se per beneficia dei, quibus male vsus est. Propterea itera vinctes, quia [manifestasti mihi incerta occulta sapientiæ tuæ] manifestasti mihi, scz, incarnationē & reparationem, quā facturus es per filium tuum, quæ quibusdam incerta sunt, scilicet illis, qui & si aliquid intelligunt de aduentu filij tui, tamē non omnia plene intelligunt, quibusdā occulta, scilicet illis, qui nihil prorsus inde sciunt. ¶ Hic incipit de secunda parte: O domine tam grauitè peccaui, sed tamen confido de misericordia tua, & sciēs [aspices me hysopo] mittit nos ad legē, in qua præcipiebat, vt hysopo intincto in sanguine vitulæ, leprosus aspergeretur, & hoc erat eis quædam Exo. 12.  
expiatio. Sanguis ille sanguinē Christi significauit, in quo per fidem lepra peccatorum mundatur. Hysopus, quæ herba humilis est, significat humilitatē qua & Christus fudit sanguinem suum, & qua nos ipsum sanguinem per fidem suscipimus, & sicut hysop⁹  
lapi-

lapides penetrat, & pulmonis tumorē pellit, sic humilitas lapidea corda penetrat, & tumorem superbiæ fugat. & secundum dicit: Asperges me hyssopo, .i. sanguine Christi, cum humilitate fuso, & cum humilitate suscepto me [ & ] per hoc [ mundabor ] à peccatis meis & nō tantum in hac aspergione mundabor, sed etiam accipiam candorem virtutum, [ lauabis me ] illo sanguine [ & ] ego dealbabor ] .i. dealbationem à te recipiam [ super niuem ] .i. plusq̄ aliquod corpus possit dealbari. ¶ Sic dealbabor, & postea [ auditui meo dabis ] .i. dabis mihi intelligere: à spiritui sancto intus mihi loquente [ gaudium ] de remissione peccatorū, [ & lætitiā ] de sæpe vitæ æternæ, [ & ] tunc [ ossa ] mea i. roborationis meæ prius [ humiliata ] per peccatū [ exultabunt ] de reformatione. ¶ Auerte. Agit de tertia parte, scilicet, vt se respiciat, non peccatum, quam proprie ponit post illas duas tertiā, quia ille iuste deum precatur, qui sic humiliat, & ira cōfidit in domino. Continuatio: Exultabunt ossa dicit, & vt possit exultare, [ auerte faciem tuam ] .i. cognitionē tuam [ à peccatis meis ] ne punias ea æternaliter, [ & dele ] de libro mortis, & hæc recentem, & [ omnes ] alias [ iniquitates meas ], Et delebis malis [ crea in cor mundum o deus ] ne deinceps velim peccare, crea dicit, quia per peccatum erat cor quasi destructum, & non tantum remouet volūtates à corde, sed etiam suggestiones à carne, posset enim voluntatem mundatam suggestio carnis corrumpere, [ & ] hoc [ spiritum rectum ] .i. filiū tuum, qui bene regit omnes quos inhabitat, [ innouā in visceribus meis ] .i. vt innouet mea viscera, .i. desideria meæ carnis. Per hoc quod ter ponit spiritū sanctū, notamus triuitatē ¶ Peccata pijsce à facie, sed [ me ] .i. humanitatem [ ne proijcias à facie tua ] sed respicias  
meum



meū meritū [ & spiritū sanctum tuū ne auferas à me ]  
 Cum dicit, ne auferas, notat q̄ aliquo modo haberet:  
 non enim ita posset compungi, nisi sancti spiritus gra-  
 tia tribuente. ¶ Dico ne auferas, sed potius [ redde mi-  
 hi lætitiā salutaris tui ] vt sicut de aduentu filij tui de  
 semine meo nasciturū lætabor, ante hoc peccatum pri-  
 us sic recepra venia & cognita deinceps lætabor: [ & ]  
 reddita lætitiā [ confirma me ] ita vt vltcrius nullate-  
 nus mouear ad peccatum [ spiritu principali ] .i. deo  
 patre inhabitatore mei. Spiritus principalis ideo pater  
 dicitur, quia ab eo procedit filius, & ab vtroq; spiritus  
 sanctus. ¶ Pōnit quartam partem: Dico redde, confir-  
 ma & si hoc feceris, non q̄ offeram tibi bouem aut hir-  
 cum, sed inde acquiram tibi multos, & hoc est [ doce  
 bo iniquos vias tuas ] .i. præcepta tua [ & ] ita [ impij ]  
 qui sunt contra diuinum cultū [ conuertentur ad te. ]  
 Quod dicit post peractam pœnitentiā recipere offi-  
 cium docendi, quod propter peccatum amiserat, dat  
 intelligere, q̄ illi, qui propter peccata degradantur in  
 ecclesia, peracta pœnitentiā possint restitui, contra q̄  
 quidam Canon esse videtur, qui dicit, q̄ post lapsum et  
 peracta pœnitentiā, quilibet non debet restitui. Quæ  
 tamen singularis secundum simularie pœnitentes, ma-  
 gis quàm secundum veritatem est data. Quare genera-  
 lis sententiā est habenda, vt si diuino iudicio illa pœni-  
 tentiā peracta comprobetur, in suam dignitatem pri-  
 stinam persona reformatur. ¶ Libera ] & vt possim do-  
 cere alios, o [ deus libera me de sanguinibus ] .i. de pec-  
 catis quæ veniunt per suggestionem sanguinis. Per san-  
 guinem ideo accipim⁹ illa peccata, quia ex natura san-  
 guinis veniunt huiusmodi suggestiões. Sanguines plu-  
 raliter ideo ponit, vt ostendat se implicitum multis hu-  
 iusmodi peccatis: libera dico tu quies auctor huius  
 f [salutis

[salutis meæ] [ & ] si liberaueris, [exultabit] id ē, exultanter annuntiabit [lingua mea iustitiam tuam] de creatione cœli & terræ, & de hoc etiam, quod facis hominem iustum. ¶ Domine si fuero liberatus, exultabit lingua mea iustitiam tuam, & etiam tu [domine aperies] id multiloqua facies [labia mea, & os meum annuntiabit laudem tuam] .i. cum multa loquar, oīa erunt de laude tua. ¶ [Quoniam] ideo dico quod annuntiabo laudem tuam, quia aliud noluisti sacrificiū quia [si] aliud [sacrificium uoluisses, dedissem utiq;] sed neq; etiam holocausta, de quibus potius uide retur, placent tibi [neq; unquam holocaustis delectaberis.] ¶ Sacrificium animalium non placet tibi, sed [spiritus contribulatus] .i. anima quæ tribulat superbiam & cætera uirta, est [sacrificium] placens [deo] [nec unquam despicias] o deus cor contritum] per fructus pœnitentiæ: [ & ] ita [humiliarum] ¶ Benigne fac domine, ponit quintam partem. Dico quia tibi placet rationale sacrificium, ut autem tibi rationale offerat [benigne fac] id est, large scilicet construe ecclesiam [Sion] & hoc peto non ex meritis, sed ex [tua uoluntate] quæ specialiter [bona] est [ut] sic [ædificentur] uirtutibus [muri] id est, fortiores [Hierusalem] ecclesiæ, q̄ muri ceciderunt prauaricatione primi parentis, sicut muri Hierusalem realiter ruerunt à coco Nabuchodonosor, ita cocus noster, id est, gula nostra destruit in nobis muros spiritualis. Hierusalem, id ē, uirtutes. ¶ Tūc dico, construe ecclesiam, [tunc] id est, ea constructa [acceptabis] id est, acceptabile recipies [sacrificium iustitiæ] id est, immolationem dominici corporis [ & ] acceptabis [oblaciones] id est, uirtutes sanctorum cōfessorum, qui licet totos se non cremant, tamē aliquid deo offerunt [ & holocausta] id est, uirtutes sanctorum

rum martyrum, qui totos se cremant, & [ tunc imponem ] multi de ecclesia [ vitulos ] id est, novos populos, qui nondum fuerant sub iugo. Vel per vitulos predicatores, qui mugiunt deo per totum mundum [ super altare tuum ] id est, Christum, sine quo nullæ oblationes à deo recipiuntur.

## IN PSALMVM LI.

Titulus. In finem intellectus David, cum venit ad eum Doech Idumæus, & nunciavit Sauli: Venit David in domum

Abimelech.

1. Re. 21,  
&: 22.

**Q**uid gloriaris. ] Cum David persequeretur à Saul, venit in domum Abimelech sacerdotis cum suis, & cum ille non haberet panes, nisi panes propositionum, dedit illos David & suis, & gladium quem David Goliæ abstulerat. Erat autem ibi Doech Idumæus de familia Saul custos equorum eius, qui hæc omnia nuntiavit Sauli, Misit aut Saul, & fecit Abimelech occidi, & alios sacerdotes. Postea vero David psalmum istum composuit, non de historia illa, sed de intellectu quem habuit, quod Antichristus scilicet venturus erat, qui per auxilium diaboli ecclesiam, in qua verus habitat David, persequitur. Per Doech enim Antichristus intelligitur. Doech nanque motus, Idumæus vero terrenus interpretatur. Antichristus autem semper ad commouenda terrena commouebitur & alios etiam ad commotionem, & ad terrenorum petitionem vocabit, Doech propriū nomen illius fuit Idumæus à loco dictus est, ab Idumæa terra quæ inhabitavit Esau. Et sicut ille Doech venit ad Saul, sic Antichristus venit per signa & miracula ad Saul, id est, ad diabolum, & nuntiabit ei quod David, id est, quod Christus venit



in domum Abimelech. i. in domum illam, quæ est regnum patris. i. ecclesiam, quærens quomodo receptores Christi possit occidere, sicut Saul Abimelech. Titulus sic exponitur: Intellectus. i. psalmus iste, qui nobis exponit intellectum, scilicet arcanum, quod diximus, conuenit Dauid prophetae, qui hic loquitur, intellectus dico tractus ab illo negocio, cum venit Doech, & nuntiavit Sauli historialiter. Materia est Christus, & per oppositum Antichristus. Modus: In prima parte ostendit multam malitiam ipsius Antichristi, redarguendo eum. In secunda parte ponit perditionem eius, & sanctorum stuporem, qui ita eum exaltatum in mundo vident, cum eum ita damnatum aspiciet. In tertia parte ponit, quod nunquam amouebuntur à misericordia dei, qui semper sperant in ea. Intentio, mouere omnes fideles, ut quamuis eum in hoc mundo exaltatum esse videant, tamen intelligat eum damnandum & nunquam ei consentiant. Sed statim propheta ipsum Antichristum de sua malitia increpare incipit. ¶ O homo Antichriste omnium nequissime, [ quid gloriaris in malitia? ] pro qua debes erubescere, quia cæteri si male faciunt, erubescunt, tu contra: quid gloriaris [ qui potens es in iniquitate ] quia cum facias multas iniquitates, in illis habes potentiam, quos potes deuorare, siue per miracula, siue per pœnas, quas potes facere permissione dei. In hoc etiam, quod potentiam dedit eis deus, perficendi nequitiam, aggrauatur nequitia eius. ¶ Per partes exequitur malitiam, [ tota die ] .i. omni tempore [ lingua tua cogitauit iniustitiam ] ideo lingue tribuit cogitationem, quia stultorum est, in corde & in ore simul habere, & omnia loqui impræmeditate. Vnde Salomon: Cor stultorum est in ore ipsorum. Lingua cogitauit iniustitiam, & tu [ fecisti dolum ] tu dico

dico [ sicut nouacula acuta ] .i. comparabilis nouaculae accurae, quia dolose & acute decipit : quia sicut nouacula acuta renouat, corium, & corrodit forinseca, sic ille Antichristus, tribulando iustos, & sua auferendo, interiorem hominem pulchriorem reddit. Vel sic: Antichristus promittit nouitatem toti mundo, quem tunc omnino destruit. Vel in hoc comparatur nouaculae accurae quia tantum molles & fragiles decipiendo secat, vt nouacula quae secat mollia, vt pilos & carnem: non aliqua dura, vt ossa. ¶ Dilexisti malitiam super benignitatem ] quia si natura tibi aliquam suggererat bonitatem, per pessimos mores tuos illam cōprimebas. Dilexisti etiam [ iniquitatem ] non solum facere, sed etiam facere [ magis quam loqui aequitatem. ] ¶ Dilexisti oīa. Quid per singula currā: Dilexisti oīa verba precipitationis ] .i. ea per quae tu & alij precipitentur aeternaliter: tu dico ens [ lingua dolosa ] quia quod nō potes per violentiam perficere, per dolum aggredieris perficere, siue per periurium, siue per falsas expositiones scripturarum. ¶ Secunda pars incipit. Et [ propterea ] quia talis es, [ deus destruet te ] non secundum temporalia bona, sed [ in finem ] .i. in aeternum, vt ulterius nō possis resurgere: & [ euellet te de tabernaculo tuo, & emigrabit te ] .i. emigrare faciet aliō: tabernaculo .i. de hoc mundo, in quo habitas ad tempus, & cum emigraverit, non radicabis, sed potius euellet [ radicem tuam de terra uiuentium ] te propter cupiditatem malitiae tuae. Radix enim tua, .i. nequitia tua, non patitur huiusmodi terram te habitare. Vel [ euellet & emigrabit de tabernaculo tuo ] .i. de ecclesia, te cum omnibus membris tuis, quia membra Antichristi commixta ecclesiae in hac vita, non radicabunt in terra uiuentium, sed potius euellet radicem tuam, id est, sequaces tuos, de ter-

ra uiuentium. ¶ Dominus te destruet ita, & hoc [ uidebunt iusti ] in die iudicij, [ & timebunt ] id est, uerebuntur ipsum iudicem, & timor ille non erit tristitia, sed gaudij, & hoc est: [ super eum ridebunt ] id est, gaudebunt, consentientes diuinæ iustitiæ, [ & dicent: ecce ] apparet, quia hic est [ homo ] licet se deum diceret, & talis [ qui non posuit deum adiutorem suum. ] ¶ Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum ] id est, auri & argenti, & potētia & gloriæ [ & prauauit in uanitate sua ] quia nullus impiorum tot fideles decepit. ¶ Tertia pars incipit: Ille ita sperauit in diuitijs, [ ego autem ] ens [ in domo domini, sicut oliua fructifera ] id est, comparabilis oliuæ fructiferæ, quia sicut oliua omni tempore plena est succo, sic propheta plenus erat spiritui sancto. Cum omnis iustus se possit comparare oliuæ fructiferæ, specialius tamen propheta iste, de cuius semine Christus nasciturus erat. Ego talis [ sperabam in misericordia dei ] hoc scilicet [ in æternum ] ut æternitatem haberem: & non accipit æternum usque ad finem, sed [ in seculum seculi. ] ¶ Et ut possim comparare [ confitebor tibi ] id est, laudabo te [ in seculū ] quia fecisti ] tu confessionem istam, scilicet per tuā misericordiam, uel me fecisti sicut oliuam: [ & expectabo nomen tuum ] quantumcunq; moretur, donec in iudicio me immortalem & impassibilem facias, scilicet filium dei [ quoniam bonum est in conspectu, sanctorum ] .i. sanctis placet illud bonum expectare.

## IN PSALMVM LII.

v. 30. Titulus. In finem intellectus Dauid pro Amalech.

**D**ixit insipiens. ] Legitur in historia, q̄ Dauid fugiens Saulem, collocauit in quadā ciuitate sua, scz, Sicelech, uxores suas, & filios, & ē. impedimenta, expeditos uero hoīes, q̄s ad pugnā & defensionem



nem vtilis cognouit, secum duxit, Interim Amalechitarum ciuitatem Dauid occupantes, diripuerunt omnia. Quo nuntiato Dauid, insecutus est eos, & deuictis illis, totam familiam suam liberauit. In quo negotio suo intellexit futura ecclesie, quae per Dauid signatur, a familia Antichristi, quae per Amalech intelligitur. Amalech namque interpretatur, lingens terram, per quod familia Antichristi intelligitur, quae semper lingit & appetit terrena, de quibus: amen deus liberabit ecclesiam suam. Titulus sic exponitur: Psalmus iste dicitur intellectus Dauid, quia exponit nobis intellectum Dauid, intellectus dico habitus pro Amalech, id est, de negotio illo, dirigens in finem, id est, in Christum, Interpretatur etiam Amalech, parturiens siue dolens, per quod intelligitur ecclesia, quae parturit, id est, laborat, ut aliquos filios deo pariat, & dolet de perditione malorum. Secundum hoc ita legitur titulus. Psalmus iste dicitur intellectus Dauid, habitus pro Amalech id est, pro ecclesia, in cuius persona hic loquitur propheta. Materia principalis est ecclesia, & per oppositum sequaces Antichristi. Modus: In prima parte redarguit eos, quia sunt de familia Antichristi. In secunda parte ponit damnationem eorum. In tertia parte ponit saluationem iustorum. Intentio est, informare ecclesiam contra membra Antichristi. Hic ponit eadem verba, ad reprehensionem istorum, quae posuit prius ad reprehensionem Iudeorum, qui non receperunt Christum visitatorem suum, quia similes videt eos, qui sicut illi negauerunt CHRISTVM, sic isti negabunt Messiam. Vox ecclesiae, sic eos redarguentis [Inspiciens] scilicet familia Antichristi, quae est sine vera sapientia [dixit], i. dicer: Christus ille, qui est dictus deus [non est de?] & alij

f iij. f. iij.

Sup. psal.  
15.

ficut in alio psalmo exposita sunt, vt videat, si est intel-  
ligens aut requirens, etiam aliquo modo vt intelligat:  
[ non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum ]. i.  
nec vnus inuenitur inter omnes qui faciat bonū. ¶ In-  
cipit de secunda parte: Omnes declinauerunt, sed [ nō  
ne scient ] in damnatione sua. i. cognoscent [ omnes ]  
se male egisse, [ qui ] modo [ operātur iniquitatem: ]  
& c. ¶ Deum. Ideo iniquitatem operantur, quia ipsi  
[ deum non inuocauerunt ] in quo magna spes datur  
illis qui inuocant deum. Vere scient quod male agunt,  
[ quoniam deus dissipabit ]. i. destruet [ ossa ]. i. robo-  
ra [ eorum qui hominibus ]. i. sibiipsis [ placent. ] Ha-  
bet alia litera [ ossa hominum sibi placentium confu-  
si sunt ]. i. erubescantiam patiuntur: hoc ideo [ quoni-  
am deus spreuit eos. ] ¶ Isti confundentur, & Israël sal-  
uabitur: & [ quis ] veniens [ ex Sion ]. i. de Iudæa, [ da-  
bit salutare Israël: ] Nullus scilicet, nisi Christus, quē  
vos negastis deum esse: deus quidem auerteret captiuita-  
tem plebis suæ, [ cum conuerterit ]. i. prorsus amoue-  
rit [ captiuitatem ]. i. passibilitatem, & mortalitatem  
[ plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabit Israël. ] In hac  
vita remouet deus captiuitatem animæ. i. peccata: in a-  
lia remouet etiam corporum, quoniam induentur im-  
mortalitate & impassibilitate.

1. Reg. 23

IN PSALMVM LIII.

Titulus. In finem intellectus in carminibus Da-  
uid, cum venissent Ziphei ad Saul, & dixit  
sent: Nonne David abscondi-  
tus est apud nos?

**D**Eus in noīe tuo. ] Ziph est vicus, vnde Ziphei  
inhabitantes dicti. Hi aut erāt cōtribules David  
de tribu Iuda, apud q̄s cum lateret David fugi-  
ens Saul: ipsi non putantes eum regem futurum nun-  
ciauc-

ciauerunt Sauli, vt eum incautum comprehenderet.  
 Dauid autem dolum eorū presentiens, discessit ab eis,  
 & liberatus fuit. Post hanc liberationem cantauit Da-  
 uid psalmum istum, nec de hac sua liberatione, sed de  
 liberatione ecclesie à Zipheis. i. à florētibus huius mū-  
 di: Ziphei namq; florentes interpretantur. Titulus sic  
 exponitur: Psalmus iste est intellectus Dauid. i. expo-  
 nit nobis intellectum Dauid scilicet, liberationem ec-  
 clesie à florentibus mundi: intellectus dico, habitus in  
 carminibus. i. in laudibus, quæ sunt vbi dicit: Volunta-  
 rie sacrificabo, & etiam si nō habuissētur in psalmo lau-  
 des, tamen materia esset digna laudibus, quæ ecclesie  
 ereptionem aperte declarat, intellectus dico habitus  
 de historia hac, quando Ziphei, & cætera, dirigens nos  
 in finem. Materia est ecclesia. Modus: In prima parte  
 petit suam liberationem. In secunda petit inimicorum  
 conuersionem, quæ incipit ibi, auerte, mala, & affirmat  
 suam liberationē, quare hostias recompensationis sol-  
 uit deo. Vbi dicit, auerte mala, & ecce de<sup>o</sup> adiuuet me,  
 intendit conformare mores ecclesie, vt non tantum  
 pro se oret, sed pro inimicis. ¶ Ac si diceret: Orate  
 pro liberatione vestra, & inimicorum, exemplo mei  
 Vox ecclesie, dicentis ad deum: [O deus saluum me  
 fac] ne mihi preualeant inimici, nec peto saluari in pa-  
 trocinio alicuius potentis, vel etiam in diuitijs, sed [in  
 nomine tuo]. i. in hoc quod nomen tuum habeo, scs,  
 vocor Christianus, vel fidelis: [ & in virtute tua ] id ē,  
 cū apparebit virtus tua, scilicet, in die iudicij, [ iudica ]  
 i. secerne [ me ] à massa perditorū. ¶ Facta ordinatione  
 petit, vt deus exaudiat orationem eius, dicens: [ deus  
 exaudi orationem meam ] & idem est, ac si geminaret  
 orationem, sed ideo hoc facit, quia magna instat libe-  
 rationis necessitas, & non tantum interiorem oratio-  
 nem,



nem, sed etiam exteriorem, scy. factam in clamore, & hoc est, [verba oris mei], nō dico simpliciter exaudi, sed firmiter tene ī memoria, & hoc ē, [p̄cipe aurib⁹]. ¶ Et opus est vt exaudias, [quoniam alieni] licet conturbes, tamen alieni voluntate à me, sicut Ziphei contra Dauid [insurrexerunt] omni nisu [aduersum me, & fortes]. i. diaboli & ministri eorum, vel etiam principes seculi [quæsierunt] perdere [animam meam] sicut Saul & ministri eius animā Dauid [ & ] ipsi quærentes [non proposuerūt deū ante conspectū suū] i. non attendentes in me esse deū. ¶ Bene dico deū, quia esse deum in me [ecce] patet, quia [de⁹ adiuuat me] ad bene operandū, [ & ] ipse [dñs susceptor est animæ meæ]. i. suscepit de hac vilitate animā meā, conferēdo ei virtutes. ¶ Incipit orare pro inimicis, & est secunda pars. Continuatio: Dico deus susceptor est, & tu domine deus, qui es susceptor, [auerte mala ab inimicis meis] ne possint efficere quod ipsi volūt: [ & ] disperde illos [id est, destrue] [in veritate tua] scilicet, ponēdo veritatem tuam in loco, vbi modo habent falsitatem, & malā voluntatē. ¶ Et vt facias hoc [ego sacrificabo tibi] me ipsum: & non pro aliquo commodo temporali, sed [volūtarie]. i. ex sola tui dilectione: [ & ] etiā [confitebor nomini tuo dñe]. i. laudabo nomē tuū, [quoniam bonum est]. i. laudare nomen tuum suauē. ¶ Et bene debeo sacrificare & confiteri, [quoniam] tu domine [eripuisti me ex omni tribulatione, & oculus meus] id est, interior ratio mea, [despexit super inimicos meos], super dicit, quia iust⁹ ille iam intelligit se in alto loco positum, & inimicos suos in huius seculi fece deiectos putrescere.

## IN PSALMVM LIIII.

Titulus. In finem in carminibus intellectus Dauid.  
Exaudi

**E**Xaudi deus ] Psalmus iste vocatur intellectus David, scilicet, Christum futurum hominem, fragilem secundum carnem & fluctuantem, sed ex solo deo habentem confidentiam, intellectus dico habitus in carminibus, id est, in laudibus & exultatione. & ex hoc, quod deum intelligit esse firmitudinem nostræ humanitatis. Comparatur enim nostra humanitas fluctuanti naui: & sicut ipsa naus habet firmitudinem ex ancora, sic nostra humanitas ex solo deo: & illam intellectum quem habuit propheta, non per historiam, sed per spiritum sanctum, non exponit ex se, sed inducit Christum exponentem: Christus enim hic loquitur, & est materia. Modus: In prima parte exponens Christus suam fragilitatem, petit à deo liberationem. In secunda parte, quæ incipit ibi: Præcipita dñe, imprecatur inimicis. In tertia parte, quæ incipit ibi: Ego autem ad deum clamavi, ostendit exauditam suam orationem, & de sua liberatione, & de inimicorum damnatione, & ibi indignatione malorum, interferit quandam admonitionem iustorum, scilicet, ut cum viderint damnationem impiorum, non timeant, sed omnem curam suam in dominum iactent, & hoc est ibi: Iacta super dominum curam tuam, & hæc est intentio. Unde *1. Pet. 5.* Apostolus: Omnem sollicitudinem vestram projicietes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. ¶ Et antequam ponat suam fragilitatem, petit liberationem, cum dicit: [Exaudi deus orationem meam] de obtinendis bonis: [ & ne despexeris deprecationem meam ] quin semper remoueas mala: posset enim dare bona, quæ malis imminetibus tolli possent, & cum humanitas mea ita humilis sit, & ad altitudinem tuam nequeat attingere, [intende mihi], i. intentum præbe, humiliando te ipsum mihi, humiliavit se deus, quoniam se humane coniunxit infirmitati: [ & ] sic exaudi me ]

¶ Opus

¶ Opus est vt exaudias, quia ego [sum contristatus in exercitatiōe mea]. i. exerceo me, vt bonus agricola, in proximis meis, vt fructificem, in quo quia parū proficio, contristor, & non tantum in hoc contristor, [sed etiam conturbatus sum à voce], id est, ab obprobrijs [inimici, & à tribulatione peccatoris. ¶ Et bene dico à tribulatione [quoniam] ipsi iniquitatem], id est, mortem [declinauerunt in me] quia cum ego dicerē eis aliquid boni, ipsi tamen semper declinabant in me, machinantes mihi mortem. Vel iniquitates suas remouendo à se declinauerunt in me, vocantes me peccatorem, &c. [ & in ira molesti erant mihi ]. i. in furore molestias mihi inferebant. ¶ Et propter hoc [cor meum] carnale [conturbatum est in me. [Conturbatio fuit, cum Iudæi, mortem ei minarentur, [ & formido mortis ]. i. horror mortis venientis [super me] in quo nihil iuris habebat [ cecidit ]. i. destructa est, quia per hoc Laurentius, & alij sancti vicerūt formidinē ratiōe. ¶ Timor ]. i. formido, venit super me, & timor etiam animi, nō necessari⁹ volūtarius [ & tremor ] corporis [venerūt super me] in ipsa hora passionis, scilicet, iam imminente morte, [ & tenebræ ]. i. mors ipsa [ contexerūt me ]. i. morte ipsa extincti sunt omnes sensus. ¶ Et dixi. Expositis per ordinem malis, ostendit quomodo in ipsis malis se habuerit. Hæc omnia fecerunt mihi, & dum hæc mihi fierent, [ dixi ]. i. deliberaui in corde meo, hoc scilicet, [ quis dabit mihi pennas sicut columbæ ]. i. comparabili columbæ, scilicet, sine omnia amaritudine, pennas. i. virtutes, [ & volabo ]. i. remouebo me ab ipsis Iudæis corporaliter, [ & requiescā ] ab omni tumultu. Maxima penna fuit patientia, qua remouit se corporaliter à Iudæis in tempore persecutionis suæ, ne sua præsentia esset eis causa maioris infamiae



quietus, non ideo quin ipse posset esse quietus inter omnes tumultus huius vitæ, sed vt daret nobis exemplum recendi ab isto tumultu corporalia, ne moueremus alios ad maiorem furorem. Tumultus quidem exterior est fugiendus, quia ipse est causa inquietudinis animi. ¶ Ecce quæsiui vt dareretur pennæ, & [ecce] datæ sunt, quibus [elongaui fugiēs] corporaliter Iudæos, [ & mansi in solitudine ] ad literam. ¶ Et existens in solitudine [eum qui me saluum fecit à pusillanimitate spiritus] .i. qui me sic custodiuit, vt spiritus meus humanus, qui quârū ad hominem pusillus erat, nō deficeret, [ & ] qui me saluum fecit à [tempestare] tribulationis Iudæorum, ne aliquo modo conformis es fierem, eum qui hoc fecit [expectabam] vt resuscitare faceret, &c. ¶ Præcipita. Hic incipit de secūda parte, scilicet, impecari suis inimicis. Ego elongaui, fugiens mala eorum, sed tu [domine præcipita] eos de altitudine regni sui, in contemptu hominum, & [diuide linguas eorum] .i. diuersis erroribus implica linguas eorum, vt sibi non consentiant in scripturis, sicut nec hodie faciunt. Admodum imprecatur eis, qui contra deum turrim ædificātes, sunt præcipitati & diuisi per linguas, & debes præcipitate & diuidere, [quoniam ego vidi iniquitatē] .i. actualia mala, quæ mihi inferebant [ & contractionē ] in verbis, quibus contracticebant [in ciuitate] reali Hierusalem. Potest legi in bonum sic: Præcipita de superbia in humilitatem: diuide linguas eorum, ne sibi consentiant in malo, cætera non mutantur. ¶ Et quia fecerunt iniquitatem in me, ideo [circūdabit eam] ciuitatem [iniquitas die ac nocte] .i. assidue, quæ existat [super muros eius] .i. maiores ciuitatis, qui sunt murus & defensio ciuitatis: [ & in medio ] .i. communi [eius] .i. totius plebis, erit [labor]

[labor] id est, laborabunt vt malefaciant in malefa-  
 ctis [in iustitia] velut in falsis iudicijs. ¶ Et vsura] in  
 pecunia temporali, [ & dolus non deficit ] id est, non  
 deficiet ab eis, & hæc mala non facient occulte, imo  
 manifeste, & hoc est: [de plateis eius.] ¶ Quoniam.  
 Isti quatuor versus sequentes leguntur specialiter de  
 Iuda. Sic continuantur ad supradicta: Ideo præcipita  
 & diuide eos, [ quoniam ] hæc mala, quæ mihi faciunt  
 per quendam familiarem meum, de quo non est pa-  
 tiendum, sed [ si mens inimicus ] manifestus [ maledi-  
 xisset mihi ] ego [ vtiq; sustinuissem ] eum, ne remale-  
 dicerẽ, nec vindicarem in eum, Vel duo precedentes le-  
 guntur de simulatis amicis, & ita iunge, dico præcipi-  
 ta, disperge: ideo, quoniam peiores sunt veris inimi-  
 cis: & ita est ibi: Quoniã si inimicus maledixisset. ¶ Et  
 non tantum si maledixisset, sed [ si locutus fuisset su-  
 per me magna ] scilicet, me deprimendo, & se ipsum  
 exultando, [ is qui oderat me: ] non dico simpliciter  
 sustinuissem, sed [ abscondissem me ] corporaliter re-  
 mouendo [ ab eo ], & hoc dico [ forsitan ]. i. reuera.  
 ¶ Tu vero homo. Inimicum sustinuissem, [ tu vero ]  
 qui amicũ simulabas te, non es sustinendus, & hoc est  
 tu [ homo vnanimis ]. i. qui te fingebas vnanimẽ mi-  
 hi, [ dux meus ] quem ego præmittebã sicut alios disci-  
 pulos, vt pararent mihi hospitium, [ & notus meus ]  
 secundũ conuersationẽ. ¶ Qui] etiã existẽs [ mecũ si-  
 mul ] cũ alijs, [ capiebas cibos dulces ], qui deberent  
 esse causa dulcis amicitie. Vel [ dulces cibos ] id est, spi-  
 ritualẽ doctrinã, quæ debuerat tibi esse dulcis, & à tra-  
 ditione remouere, & etiã [ abulauim<sup>9</sup> in domo dei cũ  
 consensu ]: & si aliquando pharisæi contra dicebãt in  
 in templo, tu mihi consentiebas, & cũ mihi ita famili-  
 aris esses, quare ergo tu homo in me peccasti: ¶ Et ga  
 iste,

iste, qui tam familiaris mihi erat, sic me tradidit, [ve-  
 niat super illos] qui isti consentientes, in me peccaue-  
 runt, [mors] id est, leuius puniantur, qui ignoranter,  
 in me peccauerunt, id est, non sentiant grauem pœ-  
 nam, sicut nec illi qui mortui cremantur, & alij qui  
 scienter peccauerunt, [descendant in infernum vi-  
 uentes] id est, ita grauius puniantur, ac si viui crema-  
 rentur. Hic tangit historiam, quomodo Daihan & A- Num. 16  
 biron propter seditionem, quam mouerant contra Psal. 105.  
 Moysen, viui absorpti sunt a terra, Chore cum ducen-  
 tis quinquaginta crematus est. Vel legitur in bonum  
 [Veniatur mors super illos] id est, moriantur in pecca-  
 tis: [ & descendant in infernum viuentes ] non mor-  
 tui, scilicet, agilitate mentis, sed attendentes pœnas in-  
 fernales, quæ parantur impijs, recedant à malis. ¶ Et  
 debet mors venire super eos, [quoniam in habitacu-  
 lis] id est, in cordibus [eorum] sunt [nequitia] quia  
 in cordibus eorum habitant multæ malæ cogitatio-  
 nes, & hoc nō in paucis, sed [in medio] id est, in com-  
 munioni [eorū]. ¶ Ego autem. Incipit de tertia parte  
 scilicet, ostendit se esse exauditum, & de sua liberatione  
 & de malorum damnatione. Cōtinuatio: Mali ita da-  
 mnabuntur, [ego autē ad deum clamaui], & hoc est  
 clamaui, & dñs saluauit me]. ¶ Ei quia saluauit, ideo  
 [narrabo] iam facta, [ & annuntiabo ] futura, & hoc  
 [vespere]. i. cum ipse traditus fuit, [ & mane ] quādo  
 ante iudicē ductus, [ & meridie ] quā positus est in cru-  
 ce. Videntur dissentire Euangelistæ: Dicit enim alter,  
 dominū crucifixū in sexta hora, alter in tertia, nec tamē  
 dissentiunt, quia quod alter dicit in tertia hora cruci-  
 fixum, nō de crucifixione ligni, sed de damnatione in  
 linguis Iudæorū, alter dicit de ipsa crucis affixione. Sin-  
 gula singulis narrauit vespere, id est, in cœna discipulis  
 suis,



suis prædicendo mortem suam, & resurrectionem, &  
 ascensionem, cum dixit: Amē dico vobis vnus vestrū  
 Mar. 26. me traditurus est, Annunciauit mane dictus ante Fi-  
 Ioan. 18. latum iudicem, cum dixit: In hoc natus sum, vt perhi-  
 Luc. 23. beam testimoniū veritati, ex hoc videbitis filium ho-  
 minis venientem cum nubibus. Exauditus est magis  
 in ipsa passione, cum derelictus videretur, cum dixit:  
 Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum, [ & ]  
 quia sic narrabo, ideo dñs [ exaudiet vocem meam ].  
 ¶ Sic scilicet exaudiet vocem meam, [ redimet animā  
 meam ab his qui appropinquant mihi ]. i. familiarib⁹  
 inimicis, quod iam nihil mali poterunt facere: animā  
 dico positam [ in pace ]. i. in æterna requie, cōtra hoc  
 quod superius dixit: conturbatum est cor meum, & c.  
 huiusmodi. Et necesse est vt redimas ab his [ quoniā ]  
 ipsi [ erant mecum ] non inter paucos, scilicet, de nu-  
 mero iustorum, qui pauci dicuntur ad comparationē  
 malorū, sed [ iter multos ]. i. de numero malorū q̄ mul-  
 ti sūt. ¶ Exaudiet deus ] exaudient me de hoc q̄ mihi  
 peto & etiā exaudiet me de his quę inimicis meis peto,  
 [ & humiliabit ]. i. affliget [ illos ], de⁹ dico [ q̄ ē ante  
 secula. ] Per hoc dat intelligere, quod etiam ipse Chri-  
 stus humiliat eos, qui fuit, scilicet, deitate, ante secula.  
 ¶ Non enim. Ideo humiliabit eos, [ non enim est illis  
 commutatio ]. i. noluerunt cōmutari de malo in bo-  
 num, [ & ] hoc est, quia [ non timuerunt deū ] & pro-  
 pter hoc [ extendit ]. i. extēdet deus [ manum suam ]  
 i. vindictam super eos [ in retribuendo ]. ¶ Quia [ con-  
 taminauerunt testamentum ]. i. legem [ eius ] male in-  
 terpretando scripturas. i. peruerse agendo, non quod  
 lex dei posset quantum ad semetipsam, contaminari,  
 sed quantum ad eos qui se polluebāt, sicut malus dia-  
 conus dicitur polluere Euangelium dei, & ideo [ sunt  
 diuisi ]

diuifi ] in præsentia à regno imperiali, & in futuro à cō  
 sortio iustorum: & [ ab ira vultus eius ], .i. propter hoc  
 quod ipsi meruerunt iram eius [ & cor ], .i. voluntas, q̄  
 modo est occulta [ illius ] dei [ appropinquabit ] id ē,  
 manifestabitur quia tandem cognoscent, quare deus  
 hunc elegit, illum reprobauit. ¶ Ideo diuifi sunt, quia  
 ipsi mollierunt sermones suos ] multa compositione  
 locutionis. Vel [ molliti sunt sermones ] scilicet, Iudai  
 ci populi [ super oleum: ] quia verba eorum magis pe  
 netrant in corda hominum quos decipiunt, quàm ole  
 um in carnem [ & ipsi ] sermones, quāuis ira sint mol  
 liti, tamen [ sunt iacula ], .i. occidentia corda hominum  
 ¶ Et cum mali ita diuidantur ab ira dei, tu bone hō ne  
 timeas, sed [ iacta cogitatum tuum super dominum. ]  
 Habet alia litera: Molliti sunt sermones eius, & tūc sic  
 legitur: Ipsi sunt diuifi ab ira dei, sed tu bone homo [ ia  
 cta ] cogitatum. .i. [ curam tuam super dominum ], .i.  
 ab ipso omnia expecta, & à te nihil. Curam Salomon  
 vermem hominū dicit, quo homo corroditur, sicut pā  
 nus à tinea, & vnaquæq; res suo proprio verme: dico  
 iacta, & potes, quia sermones eius dei, qui antea nō po  
 terant intelligi, sunt molliti. .i. facti sunt intelligibiles su  
 per oleum, quia magis penetrant corda hominum, q̄  
 oleum carnem: & ipsi sunt iacula, ad impugnādas sen  
 tentias inimicorum, dixi iacta super dominum curam  
 tuam [ & ipse dominus enutriet te ] in fide, & dando  
 augmentum in virtutibus, & licet hic habeas fluctua  
 tionem, tamen [ in æternum non dabit fluctuationē  
 iusto ], .i. turbationem, sed quietos faciet in vita æter  
 na. ¶ Tu vero iusto nō dabis fluctuationē, sed [ eos ]  
 quos diuidis in ira, [ tu deus deduces in puteum inte  
 ritus ] id est, in profunditatem mortis, tradendo in in  
 ferno. ¶ Viri, Dico deducis in puteum, & citius quàm  
 t ipsi

ipſi putent, & hoc eſt [viri ſanguinum] .i. qui innocẽtem corporaliter interficiunt, non enim iudices debẽt dici homicidæ & doſoſi, qui viuẽtem ſpiritualiter occidunt, non [dimidiabunt dies ſuos] ſcilicet, quos ſe habituros opinantur. [ego autem ſperabo in te domine.] Vel non dimidiabunt dies ſuos, quod deberẽt facere, vt ſi in prima & ſecunda ætate mala fecerunt, ſaltem in vltima ceſſarent. Vel non dimidiabunt, id eſt, non licet eis dimidiare, partim deo ſeruiendo, partim diabolo. Vnde in Euangelio: Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ.

Matt. 6.

IN PSALMVM LV.

Titulus. In ſinem psalmus David pro populo, qui à ſanctis longe factus eſt in tituli inſcriptione, cum tenuerunt eũ Allophili in Geth.

**M**iſerere mei deus, quoniam] Tangit hic de nouo teſtamento & veteri hiftoriam, de nouo, vbi dicit, in tituli inſcriptione. Non enim legitur in veteri hiftoria, quod David habuiſſet aliquam inſcriptionem, de veteri, vbi dicit, tenuerunt eum Allophili in Geth. Fugiens enim David furorem Saũlis, venit Geth, in terram Allophilorum, ipſiq; tenuerunt eum, & conculcauerunt eum. In hac ſua preſſura intellexit David preſſuram eccleſiæ. Allophili, interpretat alienigenæ ſecundum ſenſum, ſimiliter interpretatur Philiftæi, portione cadentes: Geth, torcular Interpretatur. Titulus ita legitur: psalmus iſte attribuitur David, ſcilicet vt ipſa eccleſia liberetur à populo, qui populus longe factus eſt à ſanctis in tituli inſcriptione, quia cũ conſiteantur ſc̄ti Chriſtum regem eſſe Iudæorum, ſicut titulus dicit: populus iſte contradicit, aliqui ſi non dicẽtis, tamen factis, ſicut mali Chriſtiani, per hoc longe

1. Reg. 21



ge factus, cum, id est, quia tenuerunt eum David. id est, Christum & ecclesiam. Allophili, id est populus iste alienus à deo, in Geth, id est, in torculari, scilicet in pressura huius vitæ. Mater ia est ecclesia, & ipsa loquitur de se. Modus: In prima parte petit liberari à demonibus, & à membris eius, ponens fiduciam suæ liberationis in deum. In secunda parte, quæ incipit vbi dicit Tota die verba mea exercebantur, enumerat illa mala, quæ facit populus ille, dicens tamen illa mala se non timere, cum etiam cedat illi populus. In tertia parte, quæ incipit vbi dicit: In me sunt deus vota tua, dicit se laudaturum deum in æternum. Intentio est, nos admonere, vt cum patientia sustineamus mala huius vitæ attendentes etiam illos, qui nobis mala inferunt, ad nos conuerti, & licet confidat ecclesia de sua liberatione, tamen suam attendens infirmitatem, sic incipit orare: [ Miserere mei deus: ] & necesse est, [ quoniam homo ] id est, diabolus, qui dicitur homo, scilicet, carnalis, terrenus, [ conculcauit me. ] De quo dicitur in Euangelio: Venit inimicus homo, & superseminauit zizania, scilicet [ tota die impugnans ] verbis & suggestionibus [ tribulauit me ] manifestis impugnationibus, ¶ Conculcauerunt me. Ostendit per quid faciat huiusmodi impugnationem ecclesiæ: dico tribulauit, per hoc scilicet, [ quia cõculcauerunt me inimici mei ] ad modum vitiæ, quæ premitur in torculari, oppresse- runt me vmbra diaboli: & [ tota die ] & potuerunt cõculcare, [ qm̄ sunt multi bellâtes aduersum me. ] ¶ Ipsi me ita conculcauerunt, sed [ timebo ] ego [ ab altitudine ]. i. à potentia, quæ quidē non est, quia [ diei ] est. i. ab ipsa concessa, & quæ est parua ita, vt dicat vnus di ei, q̄si diceret, nō, timebo, sed poti⁹ [ ego in te sperabo ]

Matt. 13.

¶ Dico quod in te sperabo, & [ laudabo ], .i. laudabiles  
faciam [ sermones meos ], .i. prædicationes meas, per  
hoc quod erunt [ in deo ] dixi sperabo in deo, & propter  
hoc [ non timebo quid faciat mihi caro ], .i. quicumque  
carnalis. ¶ Hic incipit de secunda parte. Bene dico quod  
faciat, quia assidue faciunt mihi mala, & hoc [ tota die  
exercebantur verba mea ], .i. prædicationem meam ex  
ecrabilem iudicabant: [ & omnes cogitationes eorum  
in malum ] erant [ aduersum me ] non meo merito,  
sed tendentes eis in malum, quia iniuste cogitabant.  
¶ Nec tantum extranei mihi mala inferebant, sed etiam  
priuati, hoc dicit [ inhabitabunt ] mecum corporaliter  
[ & abscondent ] mihi laqueos mortis, & si statim non  
possunt decipere, imitantes magistrum suum diabolum  
qui semper in fine vult decipere hominem [ ipsi calcaneum  
meum obseruabunt. ] ¶ Ita obseruabunt calcaneum,  
[ sicut sustinuerunt animam meam. ] Mali enim qua-  
si graue pondus ferunt vitam iustorum, sed ego non  
curo, quia tu domine [ saluos facies illos ] & hoc [ pro  
nihil ], .i. sine aliquo merito eorum, & per hoc salua-  
bis, quia [ confringes ], .i. humiliabis [ populos in ira ]  
. i. in aliqua vindicta, quam de eis fumes. Vel [ in ira ]  
. i. in conseraditione venturae irae, in die iudicij. ¶ Tu  
confringes eos, & ego appono partem meam ad con-  
uersionem, scz, annuncio fecisse me multa peccata,  
& illa mihi esse condonata, vt ipsi hoc audientes, non de-  
sperent pro peccatis suis, & hoc est [ deus vitam meam ]  
scilicet, quae ex me est, scz, peccata mea [ annunciaui ti-  
bi ] & etiam [ lachrymas meas ] pro his susas, tibi pro-  
tuli, quas tu [ posuisti in conspectu tuo. ] ¶ Sicut & in  
tua promissione. ] Promissio enim dei est, quod ipse su-  
scipiat lachrymas quae a sanctis funduntur. .i. per tuam  
contractionem, & meam annunciationem [ conuertentur  
inimici

inimici mei] à sua mula via, ita qđ sint [retrosum], i. sequantur me. ¶ Ipsi conuertentur, & [in quacunque die] ego cum illis iam facti vna ecclesia [inuocauero te, ecce cognoui] quoniam exaudies me, & hoc est [qđ niam deus meus es], i. meus adiutor. ¶ In deo laudabo. Et quia me exaudies, [in deo laudabo verbū] id ē filium dei in deo patre, intelligendo & pđicando ipm esse filiū coeternum, omnipotentē, & prorsus idē cū deo patre [ & in dño laudabo sermonē ], i. Christi pğdicationem per spiritum sanctū esse factā, & ideo [spe rau in deo] & propter hoc [non timebo quid faciat mihi homo] i. carnalis aliquis. ¶ Hic incipit de tertia parte. Ideo non timebo, quia & si auferantur mihi hæc temporalia, tamen remanebit mihi vnde tibi seruire possim, quia [in me] i. in meo interiori o [deus sunt vota tua] i. desideria tibi seruiendi: [quæ] vota ego tibi [reddam] [scz,] [laudationes tibi] i. laudabo te vř vota laudationis reddam tibi. ¶ Quoniam. Et debeo laudare te, [qm̄ eripuisti animam meam] i. eripies in alia vita [de morte] æterna: de qua ereptione ita sum certus ac si iam haberem [ & pedes meos ] i. affectiones meas, eripies [de lapsu] quia ibi nullo modo mouebitur ad malum affectio mea, ad hoc scilicet eripies vt ego positus [in lumine viuientium] i. vt habeā cognitionem de deo, quā habebunt vere viuentes [placeam] tibi & bonis omnibus [coram deo] idest, in beneplacito dei.

## IN PSALMVM LVI.

Titulus. In finē ne disperdas Dauid in tituli inscripti one, cum fugeret à facie Saul in speluncam.

**M**iserere mei deus. ] Tangit hic iterum veterē 1. Reg. 22  
 historiam & nouā. Legitur enim in veteri & 24.  
 historia, qđ Dauid fugiens Saulem, abscondit  
 t iij se cū



se cū suis ī speluncā Cōrigit aut̄ vt Sa ūl in eādē spelun-  
cā diuerneret ad purgādū vētrē. Et cū Dauid monerēt  
ā suis, vt eū interficeret, noluit, sed parte clam yd̄, rege  
nesciēte, abscondit, vt per hoc aiaduerneret, q̄ eū Dauid,  
si veller, interficere potuisset. Cum vero rex exisset, ex-  
iuit Dauid, & clamauit: Rex Israhel attende, q̄nia cum  
partem vestis abscondi, potuissē te interficere, si vellē.  
Tunc rex recognoscens suam iniquitatem, non tamē  
cessauit à persecutione. Non debemus hic attendere de  
hac sua tribulatione scripsisse prophetā, sed per se Chri-  
stum intellexit: per speluncam in qua latuit, humanita-  
tem Christi, in qua latuit diuinitas: a facie Saul. i. à co-  
gnitione diaboli, vel Iudæorum, qui per diabolū Chri-  
stum impugnabant. Vel per speluncam possumus ac-  
cipere sepulchrum, in quo latuit Christus. Cognoscēs  
Ezdras prophetam hoc de Christo intellexisse, ideo sic  
intitulauit, qui titulus sic legitur: Psalmus iste tēdit in fi-  
nem, i. in Christum, admonens nos: O tu homo, siue Iu-  
dæus sis, siue gentilis, ne disperdas Dauid. i. ne de ho-  
nores Christū in tituli inscriptione, mutatā à te. i. sub-  
trahendo te à regno Christi scilicet, negando Christū  
esse regem Iudæorum: inscriptione tituli dico mutata  
à quibusdam, tunc scilicet, cum fugeret Dauid à facie  
Saul. i. à cognitione diaboli & Iudæorum, in speluncā,  
.i. in humanitatem, vel in sepulchrum. Propter hoc em̄  
quod solam Christi humanitatem cognouerunt, &  
eum in sepulchro mortuum viderunt, nullo modo at-  
tendentes esse eum deum, quidam mutauerunt inscri-  
ptione tituli, negantes Christum esse regem Iudæorū.  
Materia est Christus, Modus est, quod in prima parte  
sicut in alijs psalmis, in quibus agit de passione, præ-  
mittit orationem. In secunda parte, quæ incipit: Para-  
tum cor meum deus, ostēdit se magnam laudem deo

ex sua glorificatione facere. Intentio est, ne disperdas David. i. semper Christum regem confitearis, ad quod bene monet, cum ostendit Christum licet aliquando passum, tamen valde glorificatum. & ex sua glorificatione in omni gente deo laudem acquisiuisse. ¶ Christus præuidens suam passionem, sic orat: [ Miserere mei deus, miserere mei: ] cum ingeminat orationem, innuit nobis magnam necessitatem, & ideo debes miserere [ quoniam in te confidit anima mea. ] ¶ Et in umbra alarum. Ponit modum, quomodo velit, quod deus sui misereatur. Miserere, & debes facere, quia [ sperabo in umbra ], i. in refrigerio [ alarum tuarum ], i. misericordiarum & potentiarum tuarum. Per simile loquitur, quia sicut galina adumbrat pullos alis, protegit ab æstu, sic deus per misericordiam suam & potentiam obumbrat & protegit sperantes in se: sperabo dico [ donec transeat iniquitas ], i. impleuerint omnes iniquitates suas in me. ¶ Clamabo, sperabo, & non otiosus, sed [ clamabo ad deum altissimum ] qui etiam dominatur angelis, & ne aliquis diceret. Cum sit ita alius, non respiciet te, dicit: Cum ita sit altissimus, tamen respiciet me, quia humiliavit se mihi, & hoc est quod dicit: [ ad deum qui bene fecit mihi. ] ¶ Misit de cælo. Hoc scilicet bonum fecit mihi, [ misit de cælo ] verbum quod vniuit meam humilitati [ & ] per hoc verbum [ liberauit me ] i. animam meam, humanitatem, remouendo omnia mala, & conferendo glorificationem, & per idem verbum [ dedit in obprobrium cõculcantes me ] i. vt oēs Gentes habeant obprobrium, cõculcantes me Iudæos. In hoc versu incipit de secunda parte, & ponit breuiter glorificationem, cum dicit liberauit me, & passionem vbi dicit, cõculcantes me. ¶ Misit. Determinat quid miserit, & à quibus liberauerit, eum dicit [ misit deus misericordiam suam ], i. filium suum per

Matt, 23.

quem misertus est humani generis [ & veritatem suā ]  
 .i. per ipsum filium, qui veritas dicitur, quia per ipsum  
 completę sunt omnes promissiones dei [ & ] per ipsam  
 misericordiam [ eripuit animam meam de medio ] .i.  
 de communi, quia eam ex omni parte inuadebant, de  
 medio dico [ catulorum ] .i. plebis Iudæorum, q̄ sunt  
 filij [ leonum ] .i. malorum principum, à quibus mino-  
 res incitabantur, quasi catuli, ad Christi impugna-  
 tionem eripuit dico, & necesse erat, quia ego [ conturba-  
 tus ] fui ab illis per mala, quę mihi intulerunt & in illa  
 conturbatione [ dormiui ] .i. mortuus fui. Mortem su-  
 am bene comparat dormitioni, quia quā leuiter ali-  
 quis excitatur à sua dormitiōe, ita leuiter excitatus fu-  
 it Christus à sua morte. ¶ Filij. Bene dico conturbatus  
 & ostendit à quibus, scilicet Iudæi. Quasi diceret: Ve-  
 re fui conturbatus, quia [ filij hominum ] id est, Iudæi  
 qui sunt filij rationabilium hominum, id est, generati  
 à prophetis, & ideo ipsi deberent vti ratione [ laqueū  
 parauerunt ] id est, aliquem dolum [ pedibus ] id est, p̄  
 dicationi meę: [ & incuruauerunt animam meā ] q̄  
 secundum opinionem ipsorum erat anima mea de-  
 pressa & incuruata multis peccatis. Vel incuruauerunt  
 animam meam, quia fecerunt me contristari de duri-  
 tia eorum. Vnde in alio psalmo dicit: Humiliabam in  
 ieiunio animam meam. ¶ Quia aliquis diceret: Non  
 parauerunt, sed potius Romanite interfecerunt, ad  
 hoc respondit: imò parauerunt, quia licet manibus nō  
 interficerent, tamen lingua interfecerunt & hoc est [ dē-  
 tes ] .i. corrosiones [ eorum ] fuerunt [ arma ] .i. mani-  
 feste impugnationes [ & sagittę ] id est, doli, & consi-  
 lia, quibus me occulte ferirent [ & lingua eorum ] fuit  
 [ gladius acutus ] sc̄z efficiens mortem, sicut gladius:  
 vt cum dicerent: Crucifige, crucifige eum. ¶ Exaltare  
 Facta



Facta interpositione, quomodo Iudæi impugnarent eum per verba, facit aliam interpositionē de sua liberatione. Cōtinuatio: Ipse me ita impugnāt, sed tu deus, qui humilis apparuisti, dum me tribulare permiffi, [exultare] .i. exaltatus appare, resuscita me, ducendo [super cœlos] materiales. Vel [cœlos] .i. super angelicam creaturam, [ & ] per hoc, si me exaltaueris, [gloria tua] effunderetur [in omnem terram] .i. fama nominis tui. ¶ Facta interpositione, ponit illam à qua pendebat constructio. Filij hominum parauerunt laqueum. Foderunt. Dico incurauerūt animam meam, & etiam [foderunt] .i. foueam parauerunt. i. mortē, in qua me præcipitarēt, à qua nullo modo egredi possem, & hoc [ante faciem meam] .i. in conspectu meo cum dicerent: Reus est mortis, [ & ] ipsi [inciderunt Mat. 26: in eam,] quia vbi mortem mihi machinati sunt, seipfos occiderūt. ¶ Tertia pars. Continuatio: Ipsi tot mala mihi intulerunt, tamen [cor meū] semper fuit [paratum] cātare tibi, & etiam [cor meum] semper fuit [paratum] psallere tibi, & ad quod fuit paratum, hoc explebo, quia [cantabo] scilicet corde & ore laudabo [ & psalmum dicam ] bene operando. ¶ Dico, psalmū dicam & cātabo, & vt hoc possim explere, [exurge] .i. appare, o [gloria mea] quæ scilicet hæctenus latuisti & o tu [psalterium & cithara] .i. caro mea [exurge] .i. appare in virtute quam habes à deo. Psalterium dicitur caro Christi, propter opera quæ semper fecit. Cithara Psal. 21: dicitur, propter mortificationem, quia in passione extensus fuit in ligno, sicut coriū mortui animalis, Vnde & alibi: Dinumerauerunt oīa ossa mea. ¶ Dico exurge, & non dubito de resurrectione, quia ego [exurgam,] & vt certissime etiam terminū dicam, dico [diluculo] .i. summo mane, prima sabbati. Et cum resur-

rexero, [confitebor tibi]. i. laudabo te per prædicatores [in populis]. i. inter Iudæos, [ & in Gentibus dicā tibi psalmū ]. i. acquirā tibi bonos operadores. ¶ Quoniam. Ostēdit per quos confiteatur, scilicet, per cælos & per nubes, & ostendit per quid illi sint facti cæli & nubes, scilicet, per misericordiam dei, quæ magnificata est. Continuatio: Dico confitebor, quæ confessio per hoc eueniet, [ quoniam misericordia tua magnificata est ] id est, filius tuus magnificat<sup>9</sup> est [ vsq; ad cælos ] constituēdos, quia quosdā constituit cælos. i. sanctos apostolos in ecclesia, [ & veritas tua ]. t. ipse filius, qui bene veritas dicitur, quia per eum dei patris promissa completa sunt, est magnificata [ vsq; ad nubes ] constituendas, scilicet, sanctos prædicatores, qui complunt ecclesiam rore cælestis doctrinæ. Vel [ misericordia est magnificata ], i. filius ascendit supra cælos. Aliud quod sequitur non mutatur. ¶ Et vt constituentur alij cæli, alij nubes, [ exaltare ] o [ de<sup>9</sup> sup cælos, & sup omhē terrā gloria tua ] Ideo versus iste, qui intercalaris dicitur, maxime reperitur, quia in eo pender maxima vis totius intentionis, scz, ne disperdamus David.

## IN PSALMVM LVII.

Titulus. In finem ne disperdas David  
in tituli inscriptione,

**S**I vere vtiq; ]. Psalmus iste intendit in finem, id est, in Christum, monens ne tu quicumq; disperdas David. i. honores Christū, tituli inscriptione mutata, semper regem Iudæorum confitearis eum, & hæc est intentio sicut in alio psalmo, scilicet, ne disperdas David. Materia sunt Iudæi per oppositum, quia Christus debet esse principalis. Modus: In prima parte redarguit Iudæos, enumerando quædam eorū mala. In secunda parte, quæ incipit: Deus conteret dentes  
corū:

eorum, ostendit damnationes Iudæorū. In tertia parte, quæ incipit: Lætabitur iustus, ostendit iustos lætari & ex hoc quod ex damnatione eorum castigati sunt, cum ostendit Iudæos damnari, qui disperdiderunt Dauid, maxime nos admonet, ne desperamus Dauid.

¶ Vox prophetae sic incipientis ad increpatione: O vos filij [hominum] scilicet, prophetarum, quorum rationē imitari deberetis [uos utiq; si vere iustitiā loquimini], id est, vero fidelig; corde secundum deum, tum [recte iudicate] cognoscēdo Christum iam esse promissum redemptorem nostrū, filium dei, &c.

¶ Ideo dico recte iudicate, [etenim] nō recte iudicatis, sed potius vos positi [in terra,] id est, in appetitu terrenorum, [in corde] vestro [operamini iniquitates]. i. iniqua cogitatis & sicut mala cogitatis, sic facitis, & hoc est, [manus, vestrae concinant] .i. concordēs exequentur [iniustitias]. ¶ Hoc ideo faciūt, quia ipsi [peccatores sunt alienati], id ē, reprobati à deo [à vulua] .i. à conceptione ipsa. Vel [à vulua]. i. à nutrimento ecclesiae, & non tantū sunt alienati, sed etiā [errauerūt]. i. erroribus deputati sunt [ab utero]. i. à conceptione, vel ab utero ecclesiae, in quo nutriūtur quidam, ut ad fidem perducantur, & non tantū in seipsis mali fuerunt, sed etiam [locuti sunt falsa] ut alios deciperent. ¶ Furor [etiam est] [illis secundum similitudinem serpentis] non tantum cuius lit et serpentis, sed [sicut aspidis surdē] non per naturam, sed [obturantis aures suas]. ¶ Quæ non exaudiet vocem incantantium], & non quorumcunq; incantantium, sed [sapienter etiam incantantium] [&] hoc est [venefici] id est, sapientis. Sicut enim in caverna sua cum incantatur, vnam aurem affigit terræ, & alteram cauda obstruit, ne prodeat in lucē, & ab ea venenū extrahatur.

fic



sic Iudæi existentes in cauernis ignorantia & peccato-  
 rum, vnam autem affingunt terræ. i. dilectationi præ-  
 sentium bonorum, & aliam obstruunt cauda. i. priori  
 vel veteri consuetudini legis suæ, ne possint Euangelij  
 veritatem percipere, & ne prodeant, scilicet, in veram  
 cognitionem, & ne abstrahatur venenum ab eis, id est  
 odium, & alia peccata. ¶ Deus conteret. Secunda pars  
 Continuatio: Et quia ita mali sunt, [deus conteret]  
 id est, destruet & falsas ostendet [dentes eorum] id est,  
 corrosiões eorum [in ore ipsorum]. i. propria verba  
 ipsorum, quia sæpe cōtingit, vt in verbis proprijs falsi  
 esse conuincantur, vt Augustinus contra milites, qui  
 dixerunt, ipsis dormiētibus corpus Christi furtim ab-  
 latum fuisse, dicit: Si dormierūt, quomodo sciuerunt?  
 & si non dormierunt, quare non custodierunt? Et e-  
 tiam [molas]. i. magnifica verba, quia molæ dicūtur  
 illi maioers dētes, molas dico [leonum]. i. maiorum  
 principum [confringet]. i. destruet, & falsas ostendet  
 [dominus] nec poterunt venire ad aliquem effectū.  
 Et aliud malum, [ad nihilum deueniēt] de gloria re-  
 gni sui, [tanquam aqua decurrens]. Sicut enim tor-  
 rens de pluuijs cito crescit, & cito deficit, sic illi cito de-  
 ficient, & per hoc ad nihilum deuiant, quia deus [in-  
 tendit arcum suum], i. parauit vindictam suam [do-  
 nec infirmentur]. i. conuertantur ad deū. ¶ Auferent  
 etiam sicut cera, quæ fluit, ] quia sicut cera adnihilā-  
 buntur, quia in ignem æternum descendunt, ideo aufe-  
 rentur, quia [ignis]. i. ardor concupiscentiæ eorū [ce-  
 cidit] super eos, [ & ] ideo [non viderunt solem] id est,  
 Christum non cognouerūt. ¶ Hic conuertit se ad eos.  
 Continuatio: Super eos cecidit ignis, & hoc priusq̄ in-  
 telligeretis per peccata vestra vos esse puniendos, &  
 hoc est: priusq̄ spinæ vestræ]. i. peccata vestra [intel-  
 lige-

ligerent] se esse [ramnum] .i. pungentia. Ramnus est herba, prius mollis, deinde quando maturescit, habet acutissimos aculeos, sic peccata prius sunt mollia, & delectant, & deinde grauissime pungunt. Alia translatio hanc sententiam manifeste confirmat, que est, priusq[ue] spinæ vestræ producāt ramnum. Vel aliter: Dico auferentur, & vere vos auferemini citius q̄ puteris, & hoc est, [prius auferemini, q̄ spinæ vestræ producaſſe ramnum] id est, veniant ad maturitatē, ad consumptionem nequitie, dico auferentur, per hoc scilicet, q̄d [absorbet eos] .i. destruet eos, quasi absorpti sint à terra, absorbet dico [sicut in ira] .i. similis irato, & bene dicit, sicut, quia deus nunquā iratus est, ipsos dicit non viuentes, sed [sicut viuentes] quia nō vere viuunt, sed etiam si viuentes exterius videantur, tamen interius mortui sunt, quia carent vita, quæ deus est. ¶ Lætabitur, tertia pars. Deus ita vindicabit se de eis, [iustus] autem [cum viderit hanc vindictam, lætabitur] consensiens, diuinæ iustitiæ, & [lauabit] .i. purgabit [manus suas] .i. operationes suas [in sanguine peccatoris] .i. in consideratione sanguinis. i. vindictæ quam deus sumet de peccatore, [ & dicet homo ] ille [si fructus est iusto] de iustitia tua, quod vtiq[ue] est, tūc [vtiq[ue] deus est iudicans eos] malos, id est, reputans pignos damnatione: [in terra] id est, dum viuunt in hoc seculo.

## IN PSALMVM LVIII.

Titulus. In finem ne disperdas David in tituli inſcriptione, quando Saul misit & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.

**E**Ripe me]. Tangitur hic aliquid de noua & veteri historia. Legitur enim in veteri historia q̄ 1. Reg. 19 David fugiēs Saul, pertexit ad Michol vxorem suam,

suam, in quandam domum suam, quod cum Saul cognouisset, fecit domū custodiri, ne David posset eua-  
dere, & interficeret eum. Vxor sua vero hoc perpen-  
dens, emisit eū per fenestrā, & sic liberatus eū. Per hoc  
quod David ita fuit circumseptus in domo sua, intelle-  
xit, quod Christus custodiretur à ministris Saul .i. dia-  
boli, in sepulchro suo, vt occiderent eum .i. vt famam  
eius extingerent. Titulus ita legitur: Psalmus iste ten-  
dit in finem .i. in Christum admonens, ne tu quicumq;  
disperdas David, corumpas regnū Christi .i. Christū:  
in tituli inscriptione, mutata à quibusdam, tunc quan-  
do Saul, id est, diabolus, misit milites, & custodiuit do-  
mum, id est, Christi sepulchrum vt interficeret eum  
id est, extingeret famam eius. Hanc causam habuerunt  
quidam, quare mutauerunt titulum, quia videbāt eū  
mortuum, & in sepulchro positum, Materia Christus  
est, de qua sic agit: In prima parte petit liberationem  
& exaltationem. In secunda parte conuersionē Gen-  
tium, quæ ex illa exaltatione & liberatione procedit,  
quæ ibi incipit. Conuertentur ad vesperum. In tertia  
parte, cōuersionem Iudæorū, quæ est ibi, & de exe-  
cratione & mendacio. In quarta parte, laudem, quam  
rotus Christus deo inde faciat pro sua liberatione, &  
Iudæorum & Gentium conuersione, quæ ibi incipit:  
Ego autem cantabo fortitudinem. Intentio est, ne di-  
spendas David. ¶ Vox capitis, sic pro sua liberatione  
orantis: [Deus meus eripe me] per tuam magnam  
potentiam, ne isti mali possint conformare sibi: [de  
inimicis meis, & ab insurgentibus in me libera me.]  
¶ Eripe me de operātib; iniquitatem, & de viris san-  
guinum salua me]. Inimici sunt, qui solam volunta-  
tem habēt nocendi erga proximum. Insurgentes, qui  
tam cōmoti sunt furore & ira, vt mala faciāt, nec tamē  
faci-



faciunt: contradicētes, verbo, iniquitatem operantes,  
 qui actualiter mala inferunt, viri sanguinum sunt, qui  
 furorem suum circa hominū interfectionem perdu-  
 cūt. ¶ Et opus est vt eripias, [quia ecce] in manifesto  
 est [ceperunt animam meam fortes] .i. dæmones, &  
 principes Iudæorum [iruerunt in me] .i. impetū fe-  
 cerunt sine omni ratione. ¶ Neq; iniquitas. Ostēsa ne-  
 cessitate suæ liberationis, ostendit meritum, quare di-  
 gnū sit vt eripiatur. Cōtinnatio: Dico eripe, libera, ga  
 hoc quod mihi faciunt, [neq;] est [iniquitas mea] id  
 est, neque peccaui in eis voluntate, neq; actu, & hoc ē,  
 [neq; peccatum mæum dñe]: vel iniquitas quantum  
 ad proximū, neq; peccatum ad me ipsum, scz, neq; pec-  
 caui contra eos, neq; in me ipso, quare ipsi debeant mī  
 hi hæc mala facere, sed potius [cucurri] id est, militi-  
 am meam expleui [sine iniquitate] scilicet, nihil mali  
 eis intuli, & non tantum mala non intuli, sed bona fe-  
 ci, & hoc est, [ & direxi] aliquos exemplo & documē-  
 to, vt ad viam vere cognitionis ascēderent. ¶ Et quia  
 sic cucurri, o domine, qui tunc videris dormisse, dō me  
 permitteres tribulari, [exurge in occursum meum]  
 id est, occurre mihi bene remunerando. Occurrit de-  
 us pater Christo, resuscitando eum, de militia bene re-  
 munerando: Christus patri, bene promerendo: exur-  
 ge dico [ & uide] id est, fac alios videre & cognoscere  
 meam exultationem, vt licet aliquando vidissent me  
 depressum, tamen modo cognoscant me regem Iu-  
 dæorum, [ & tu domine intende] id est, intentum te  
 præbe [ad visitandas omnes Gentes] quæ infirmæ  
 sunt onerata peccatis, & ideo opus est vt intēdas aspi-  
 rando, & eis emittendo prædicatores, tu dico [deus  
 virtutum] .i. angelorum, [ & deus Israël] .i. Israëliti  
 populi, scilicet, visites eos sic, vt facias concorporari  
 Gen-

Gentes cum angelis, & etiam cum Israëlítico populo visita Gentes, & [non miserariis omnibus,] non dico quin aliquibus, qui volunt conuerti, sed nō omnibus, scilicet, nō obstinatis miserariis, [qui operantur] egregiam [iniquitatem scilicet, mortem meam. Vel [operantur iniquitatem], i. in sua malitia perseuerant. Obstinatio Iudæorum valuit ad conuersionem Gētium.

**Rom. 11.** Vnde dicitur: Cæcitas contigit in Israël, vt plenitudo Gentium intraret. ¶ Posita oratione pro conuersione ponit affirmationem cōuersionis. Continuatio: Dico intende, & vere intendes, quia Gentes [conuerterēt] à sua idololatria, ad cultum dei, & hoc [ad vesperum] i. in tempore gratiæ, [ & patientur famem ] incorporando sibi alios [vt canes] latrantes in prædicatione dei, [ & circumbunt ciuitatem ]. i. ecclesiam custodiendo magnam, ne quis hæreticos locum impugnandi inueniat. ¶ Dico famem patientur, & [ecce] scilicet, manifestum est, [loquētur] prædicatione dei [in ore suo], i. sibi conuenienti, quia quod verbo prædicant, exemplo & opere confirmāt, [ & gladius ]. i. verbum dei, per quod occidunt prædicatores inimicos Christi excommunicando eos, defendentes filios ecclesiæ ab hæreticorum impugnationibus, qui incidūt ex vtraq; parte, nouo scilicet, & veteri testamento, erit [in labijs eorum]: ideo erit gladius in labijs eorum, [quoniam quis audiuit] eos, i. aliquis audiuit. i. obediuit eis prædicantibus, aliquis non audiuit illos, qui audierūt, defendunt gladio, non audientes impugnant. Vel quis audiuit prædicationem, anteq̄ Gentes haberēt gladiū dei: quasi diceret, ferè nullus, & ideo necessarium erat. ¶ Gentes prædicarent verbum dei. ¶ Gentes conuertentur, [ & illos ] qui non conuertentur [deridebis] i. derisibiles ostendes. Legitur etiā in bono sic: Gentes  
con-

**Gala. 3.**

conuertentur, [ & tu domine eos ] conuersos [ deridebis ] .i. derisibiles ostendes sibiipsis, quia cognoscent se secundum priorem vitam derisibiles esse & contemptibiles [ & ad nihilum deduces omnes Gentes ] tam bonos, quàm malos. Boni ad nihilum deducuntur, quí priorem vitam deserunt, & nihil eam reputant. Mali, quando propter priorem vitam, damnabuntur. ¶ Fortitudinem. Postquam ostendit conuersionem Gentium ostendit, quare non destruet inimicos suos Iudæos, cum posset facere, quia secundum voluntatem dei cognouit illorum conuersionem, & dispersionem vilem fore ad conuersionem Gentium, & ad Iudæorum conuersionem, quæ in nouissimis temporibus est futura. Continuatio: Omnes Gentes ad nihilum deducent. sed [ fortitudinem meam ] .i. patientiam meam, qua possum perdere Iudæos, [ custodiam ego ad te ], .i. iuxta voluntatem tuam: ideo iuxta voluntatem dei, quia [ deus ostendit mihi ] existenti mihi [ super inimicos meos ] quia superior illis omnibus eram, & possem me ad libitum meum de eis vindicare, hoc non ponit quod ostendisset, sed ex sequentibus potest intelligi, scz, quod utilis esset eorum cõseruatio, dico deus ostendit, & quod ipse ostendit, debeo facere, [ quia ] ipse [ deus est susceptor meus ] cum meam humanitatem suæ diuinitati coniunxit [ & etiam deus meus ] .i. creator meus [ misericordia eius præueniet me ] Semper enim Christus fuit præuentus à misericordia dei, & in ipsa conceptione, & semper postea ostendit mihi deus, & tu dñe [ ne occidas eos ] .i. ne prorsus disperdas eos inimicos meos, ideo hoc precor, ne populi ] .i. gentiles [ obliuiscantur mei, quando ] .i. aliquo tempore, quia & si statim non obliuiscerent tñ post magnū tēpus obliuiscerent nisi haberent Iudæos, qui mortē Chri redemptoris, sua di



sperſio ne confirmarent, & lex ſua quam habent, teſti-  
 monium Chriſti eſt. Vel, ne populi mei obliuiſcantur  
 mei ¶ Ne occidas, ſed potius [ diſpergas illos ] per di-  
 uerſa regna, & hoc [ in virtute tua ] .i. in potentia tua,  
 quæ petitio Chriſti impleta fuit, quando eos Titus &  
 Veſpaſianus diſperſerunt, & incipit orare pro conuer-  
 ſione eorum, dicens deo: [ depone eos protector me-  
 us dñe ] de ſuperbia ſua ¶ Delictum. Depone ſuperbi-  
 am, & etiam depone [ delictū oris eorum ], .i. cordis e-  
 orum: cor ideo dicitur os, quia hiat in deſiderijs ſicut  
 os [ & ] etiam [ ſermonē labiorum ipſorū ] vt cum di-  
 cerent: Dæmonium habes, & ſimilia: [ & comprehen-  
 dantur ], .i. conuincantur [ in ſuperbia ſua [ vt cogno-  
 ſcant propter ſuperbiā ſuam in has miſeras ſe incidiffe  
 ¶ Dico comprehendantur. Tertia pars. Vere compre-  
 hendantur, quia [ de execratione ] .i. de hoc q̄ omnes  
 habent eos execrabiles, [ & de mendacio. ] Mendaces  
 enim erant male intetpretando ſcripturas, & etiā men-  
 tientes de Chriſto, cum dicerent: Venerunt diſcipuli e-  
 ius nocte, & furati ſunt corpus eius, & de ipſis edocti,  
 erant [ in conſummatione ] .i. in perfectione virtutū:  
 & ira, quod [ annunciabunt ] alij ſcilicet, quod dicitur  
 Iudæi qui inimici erant Chriſti, ad ipſum cōuerſi ſunt:  
 & annunciabunt etiam [ in ira ] eſſe [ cōſummationis ]  
 .i. perfecti conſummati, conſiderando iram & vindi-  
 ctam iudicis in futuro iudicio: [ & ] etiam [ nō erunt ]  
 quales prius erant, ſc̄z blaſphemi & peccatores. Vel  
 [ annunciabuntur ], .i. per annunciantes erunt [ in con-  
 ſummatione. ] Alia tranſlatio habet planiorem lite-  
 ram, & de execratione, & mendacio euellentur in ira  
 conſummationis, ¶ Et ] rincipſi Iudæi [ ſcient, quia de  
 us dominabitur Iacob ] .i. Iudaici populi [ & ] etiam  
 [ finium terræ ], .i. gentilium, per omnes Gentes terræ  
 ſcilicet

Ioan. 7.  
 & 8.

scz, cognoscent Iudæi eundē deum esse Iudæorum & Gentium. ¶ Hic ponit apertam conuersionē. Continuatio. Euellentur de execratione, q̄a [ cōuertentur ad uesperā ], .i. circa finē mundi, [ & famem patient vt canes, & circumibunt ciuitatē ] vt supra, ¶ Et [ ipsi ] conuersi, qui prius inuiti erant dispersi, sponte [ dispergentur ad manducandū ] vt alios faciant cibū suū, .i. incorporando eos sibi [ si uero nō fuerint saturati, & murmurabūt ], .i. si nō possunt sibi alios incorporare vt uoluerint, & murmurāt, sicut olim in deserto, p̄ cibo corporali murmurauerūt, sic mō pro spiritali murmurabunt. ¶ Ego aut. Quarta pars. Ipsi ita dispergent [ ego s̄t ] tur, p̄pter hæc oīa [ cōtābo ], .i. laudabo corde & ore [ fortitudinē tuā ], .i. potētiā, q̄ liberaſti me, & Iudæos & Gentes cōuertisti [ & exultabo ], .i. exultans annuncianto [ ueritatē tuā ] de resurrectione, facta [ mane ] & in me & in meis maxime. ¶ Hoc iuste facio, [ quia tu factus es susceptor meus ] & meorū ad maximā dignitatem [ & refugiū meū ] q̄n maxime necesse est, scz [ in die tribulationis meæ ] & meorū in hac uita. ¶ Cantabo. & etiā [ psallam ] bene operādo [ tibi ] qui es [ adutor meus ] in bonis operibus: psallā ideo [ quia ] tu [ es susceptor me⁹ de⁹ ] nō hō susceptor, sed susceptor deus, .i. quia susceptum deificas, & etiā [ deus meus ], .i. creator meus [ & etiā misericordia mea ], .i. faciens mihi & meis omnia per misericordiam.

## IN PSALMVM LIX.

Titulus. In finem pro his qui commutabuntur in  
 scriptione tituli ipsi David in doctrinam, cū succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam  
 Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Edom in ualle Salinarū  
 duodecim milia.

2. Reg. 8.  
& 10.

1. Par. 18.

**D**eus repulisti. ¶ Mortuo Saule, postquam Dauid obtinuit regnum succendit Mesopotamiā, scilicet partem Syriæ, & Syriam Sobal, & aliam partem Syriæ, & conuertit se ad Ioab inimicum suum & percussit Edom. i. Idumæum populum, quia erat populus ille de terra Idumæa, quæ sic vocata fuit ab Esau habitatore, qui sic vocatus fuit Edom, quia dilexit terrenam. Per has enim victorias intellexit Dauid victorias Christi, quas facturus erat in Iudæos & Gentes. Titulus sic exponitur: Iste psalmus habitus pro his. i. ad honorem illorum, qui commutabuntur in finem. i. in Christum, vel in perseuerantiam, ostendit enim psalmus iste commutationes duas iusti, vnam in hac vita, quæ fit de peccato ad iustitiam, secundam in alia vita, quæ est de mortalitate ad immortalitatem, quæ commutatio fiet, in inscriptione tituli, suscepta per fidem, scz, quia credunt Christum regem Iudæorum, in inscriptione dico facta ipsi Dauid. i. Christo, eundo etiam in doctrinam. i. in præcepta eius, se legi ipsius Christi conformans, vt secundum eam legem operetur, quia fides sine operibus mortua est, commutabuntur dico, cum succendit. i. per hoc quod succendit igne dei Mesopotamiam Syriæ. i. Iudæos, quos vocando eleuauit, eleuando sustulit in alteram dignitatem, qui prius erant sublimes. i. singulariter superbi de cognitione dei: Mesopotamia enim alta vocatio. Syria vero sublimis interpretatur. i. Christus succendit Syriam Sobal. i. ipsos Iudæos, sublimes & superbos de vana vetustate. i. de carnalibus obseruantijs legis. Sobal namque vana vetustas interpretatur, & conuertit ad fidem suam ab idololatria Ioab. i. inimicum suum scilicet gentilem populum, quia nullam cognitionem, de deo habebant, & percussit, id est commouit, de infidelitate ad fidem. Edom, id est, gentilem populum terrenis

Iacobi. 2



renis deditum, vel in peccatis sanguineū. Edom namq; vel terrenus vel sanguineus interpretatur, quia percussit terrenitatem Gentium, scilicet, quod iam terrenā nō quærerent, per hoc conuertit Ioab, id est, gentilem populum, & ita percussit eos, quod essent in valle Salinarum. In valle fuerunt, id est, in humilitate, quæ est mater omnium virtutum, & condimentum omnium bonorum, sicut sal ciborum, quia qui sine humilitate virtutes congregat, puluerem in ventum portat, percussit dico duodecim milia, id est, omnes in quatuor partibus mundi, fidem sanctæ trinitatis confitentes. Per mille perfectio intelligitur. Materia est Iudei & Gentes ad fidem conuersi per Christi percussiones. Modus: In prima parte per multas rationes, & per autoritatem ipsius dei eos esse commutandos, scilicet de peccato ad iustitiam. In secunda parte, quæ incipit: Saluum fac dextera: ostendit eos per eandem commutationem peruenire ad aliam commutationem, scilicet de mortalitate ad immortalitatem. Intentio est, vt nemo contēnat istas percussiones, quia per eas habent vtranque commutationem. ¶ Vox ad fidem conuersorum per victimas Christi, & quia dicturi erant se commutandos, ostendit prius vnde commutentur, cum dicit: [Deus repulisti nos] ab amœno loco illo, in quo primum patrem nostrum constitueras: [ & destruxisti nos ] faciendo mortales & passibiles, quod antequam peccasset Adam, non erat: & hoc non tua culpa, sed nostra, qua [ iratus es ] nobis propter peccatum præcedens: [ & ] tamē [ misertus es nobis ] modo per incarnationem filij. Vnde alibi dicitur. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. ¶ Ostendit quomodo sit misertus, quia [ commouisti terram ] id est, terrenos ab errore, [ & conurbasti eam ] ad pœnitentiam & fi-

Abac. 3.

sicut cœpisti o domine, ita perfice, [ sana contritiones eius ] id ē, remoue ab ea miseras eius quas sustinet, de quibus dixit: Destruxisti nos, & hæc sanatio fiet in cōmuni resurrectione, vel sana contritiones. i. peccata, pro quibus habet cor contritum, & iustum est vt sanes [ quia ] ipsa [ commora est ] gratia commouente per liberum arbitrium. ¶ Ostendisti. Et licet peccata per commotionem dimissa sint, tamen non statim ad requiem eos colligis, sed tribulationibus, quibus purgenrur, exponis. Commouisti, per hoc quod non solū [ ostendisti ] sola cognitiōe, sed ipsa rei experientia [ populo tuo dura ]. i. grauissimas tribulationes. Vel, ostēdisti exemplo & prædicatione populo, qui debent te imitari, debere dura pati: [ & potasti nos ]. i. delectari nos fecisti, quasi in bono potu, [ vino ]. i. tribulationibus, quæ dicuntur vinum, quia bene purgant vulnera peccatorum, sicut vinum vulnera carnis, vino dico nō dulcedinis, sed [ compunctionis ] quia per illud ab omni parte compungimur. ¶ Dedisti. Dico potasti populum vino compunctionis, & meruentibus te dedisti significationem ] scz, præsentēs istas tribulationes, indicantes & significantes eis, [ vt fugiant à facie ]. i. à vindicta dei, quam in facie habent, & quam quasi præsentem considerant, à facie dico [ arcus ]. i. diuine scripturæ, scz quam vindictam minantur veteris & nouum testamentum, præsentēs enim tribulationes, quas pro veteri peccato sustinemus, nobis significant, qđ si hic in peccato permanebimus, in futuro iudicio grauissime puniemur. Vel per significationem diuinam scripturam possumus intelligere, quæ nobis proposita est vt sequamur. Vel significationem vexillum crucis possumus accipere, quod nobis indicat, vt fugiamus à facie arcus: ideo etiam adhuc ante populum portatur,

vt nobis signum sit, ne redemptoris nostri passionem fugiamus: quia si compatimur, & conregnabimus. ¶ Ideo dedisti significationem, [ vt liberentur dilecti tui ] facti ab æterna pœna. Ecce per miseras huius vitæ certificat futuram commutationem, quæ videbatur repugnare. Incipit secunda pars, Dico vt liberetur, & o domine libera, & hoc est [ saluum fac ] populum timentem te, in [ dextera tua ] id est, in potioribus bonis tuis, scilicet in æterna beatitudine [ & ] de hoc [ exaudi me ] quia sine intermissione oro, vel ideo ingeminat, quia res magna est. ¶ Deus. Dico saluum fac, & bene dico, quia securus sum inde, quia [ locutus est in sancto deus ] id est, in filio suo, in quo promisit hanc saluationem, de qua locutio est, Ego populus fidelis [ læta bor & parrabor Sichimam ] id est, disponam humeros, imponendo onera, secundum quod humeri sustinere possunt, alios presbyteros, alios diaconos faciendo, & cætera. Sichimus nanque humerus interpretatur [ & conuallem tabernaculorum ] id est, Iudæos qui ideo intelliguntur per conualle tabernaculorum, quia Iacob fugiens Laban auunculum suum, requieuit cū ouibus suis in conualle tabernaculorum. Quem locū vocauit conuallem tabernaculorum, quia ipse ibi primum tabernacula sua fixit: & per Iacob & familiam suam intelliguntur Iudæi, qui sunt nati ex Iacob: [ metabor ] id est, quosdam assumā, quosdam reijciam. ¶ Meus est Galaath. i. aceruus testimonij, scilicet multitudo martyrum. Galaath nancy aceruus testimonij interpretatur, sic enim vocatus est cumulus lapidum, quæ fecerunt Iacob & Laban in signū fœderis. Per aceruum habemus multitudinem, per testimonium martyres, qui passione sua Christi passionem testificant. Martyr em

Gen. 31.



Græce, testis Latine dicitur, & Ille Galath est meus, id est  
meæ societatis, qui mecum ibit ad deum: [ & Manaf-  
ses ] id est, obliuio, scilicet, qui oblitus est prioris status  
Psal. 44 [ est meus, ] Vnde alibi. Obliuiscere populum tuum,  
& domum patris tui: [ & Effraim ] id est, fructifican-  
tes, est [ fortitudo capitis mei ] id est, Christi. Per illos  
enim Christus nunquam debilis, sed fortis apparet.

Vel [ capitis mei ] id est, sustentatio mentis meæ. Cum  
Ioseph esset in Aegypto, nato Manasse, dixit: Iam sum  
oblitus priorum dolorum: & ideo dictus est, Manaf-  
ses, id est, obliuio. Nato Effraim dixit: Iam fructificaui  
Gene. 41 in terra aliena, & ideo dictus est Effraim, id est, fructificatio

[ Iuda rex meus ] id est, Christus, qui nasciturus est de ge-  
nere Iuda, est rex meus: [ Moab ] id est, gentilis populus,  
est [ olla ] id est, refectio [ spei mei ] id est, in quo spero refecti-  
onem. Vel [ olla spei mei ] id est, probatio, in qua spero, quæ  
nunquam deficiet, sicut olla fortis, quæ posita in igne  
probatur & fortior redditur. Moab abutens lege in-  
terpretatur, vel ex patre, populus autem abutebatur le-  
ge, quia contra legem erat natus. Loth enim à filiabus  
inebriatus, cum vtraque coniit, & ab vna Moab, & ab a-

lia Amon genuit, & à Moab dicti sunt populi Moabi-  
tæ, & ab Amon, Amonitæ. ¶ Ostendit qualiter Gen-  
tes erunt suæ, scilicet, per prædicationem Euangelij: &  
Gene. 19 hoc est: [ Extendam calceamentum meum ] id est, Euan-  
gelicam doctrinam, quia ea calceata est ecclesia, vt pos-  
sit transire spineta & lutosâ loca, scilicet quæcunque.

Vnde Apostolus. Calceati pedes in præparatione Eu-  
angelij pacis, hoc inquam, calceamentum extendam  
[ in Idumæam ] id est, in terrenitatem gentilium, vt p  
hoc Euangelium contrita terrenitate, faciam Moab  
meam [ mihi etiam alienigenæ ] id est, illi, qui licet mi-

Ephe. 6. hi corporaliè adhæreant, tamè mente alieni sunt, sicut  
hypo-

hypocritæ [sunt mihi subditi]. ¶ Postquam fideles, qui loquuntur, saluum fac dextera, dixerunt, dixerunt etiam quod secum multos aggregarēt, addunt, quod ab ipso deo deducuntur in munitam ciuitatem, vbi accipient secundam cōmutationem. Continuatio: Hoc deus promisit, sed [quis] est tam potens, vt [deducet me in munitam ciuitatem?]. i. in supernā Hierusalem & [quis deducet me vsque in Idumæam]. i. in gētilitatem, vt multi ex Gentibus mihi incorporent, & ambietur ciuitas societate membrorum. ¶ Nonne tu deus] deduces, [qui] tamen sicut videt [repulisti] permittendo tribulari [nos]. Repulisti nos, [ & vltorius [non egredieris in virtutibus nostris] ó [deus] id est, in exercitiis nostris, quia neq; hodie iubet cōgregari exercitum, neq; præbet manifestum auxilium, sicut fecit antiquis patribus. ¶ Tu nõ egredieris, vt viues corporaliter, neq; nos petimus, sed [da nobis auxilium de tribulatiõne] scilicet, vt tribulationes immisiæ auxiliarentur nobis, & perducant ad ciuitatem munitam, & salutem hominum non petimus, quia [vana salus hominis]. i. transitoria, si sit ex homine. ¶ Dico, salus est vana, & ideo [in deo faciemus virtutem]. i. ponem<sup>us</sup> spem virtutis nostræ in deo, & non in salute hominũ, vel in mundanis, quia omnia ei, & nihil boni nobis tribuamus, [ & ipse ad ad nihilum deducet tribulantes nos]. Vel si inducatur ab ecclesia Christus, loquens: Deus locutus est in sancto suo, hoc scilicet: Letabor de resurrectione per me facta, & partabor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor, Meus est Galaath, meus est Manasses, & Effraim, id est, fructificans, est fortitudo capitis mei, i. meæ diuinitatis, in illis non i firmat caput meũ, sed suauiter gescit. Iuda. i. confitēs, est rex meus, quem ego cõstituiam regem, & extendā

calceamentum meum, id est, humanitatem meam, qua fuit calceata diuinitas, in Idumæam, faciendo eam ibi annunciari. Quis deducet? quando quidē Christus hæc bona facit mihi, ego qui deducet me in ciuitatem munitam? & cætera.

## IN PSALMVM LX.

Titulus. In finem in hymnis psalmus Dauid

**E**Xaudi deus deprecationem meam]. Psalmus iste dirigit in finem, habitus in hymnis, in laudibus scilicet, Dauid. i. Christi. In hoc enim psalmo totus ostenditur populus à cunctis patribus mundi, per omnes successiones clamare ad dominum Christum. Ostendit etiam, quod per Christum ad eandem hæreditatem, quam ipse Christus habet, ille populus peruenit. Materia est fidelis populus, qui. Modus est, quod in primæ parte ostendit se clamare ad Christum ut dictum est. Et secunda parte, quæ incipit, Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: ostendit se Christi hæreditatem habere. Intentio est, contra illos, qui dicebant Christum esse paucorum, ostēdere Christum esse regem vniuersorum. ¶ Incipit ab oratione sic: [Exaudi deus deprecationem meam] de remotione malorum, [ & orationi meæ ] factæ, de impetratione æternæ vitæ [intende] intentum te præbe quia res magna est, opus est magna intentione. ¶ Intende dico, quia [clamaui]. i. irremissa cordis extensione peregi [ad te] habendum [à finibus terræ] id est, de omnibus finibus terræ, [dum anxietate cor meum] siue exteriori, siue interiori tribulatione, & me clamantem ex necessitate [exaltasti] [liberando à malis, conferēdo iustitiam. Me dico] positum [in petra] in Christo firmatum per fidem, in quo securus sum, sicut aliquis positus in munitissima petra. Vel [in petra]



tra] id est, in constantia. ¶ Et me ita exaltatum, [deduxisti me] de virtute in virtutem, & nõ sine merito, [quia factus est spes mea, turris fortitudinis] ad quẽ si refugiã, inueniam fortitudinem, [a facie inimici], id est, ab omni impugnatione inimici. ¶ Postquam ostendit, quod de vniuersa terra populus clamaret ad deum, ostendit quod faciet per omnes successiones.

Continuatio: Tu es spes mea, turris fortitudinis, & ideo [inhabitabo in tabernaculo tuo] .i. in ecclesia, in qua militat tibi [in secula], .i. quãdiu durabit in istud seculum, & sicut modo protegor, sic semp [protegar in velamento] .i. in obumbratione [alarum tuarũ] id est, clementiã & potentia tuã. ¶ Quoniam. Hic incipit secunda pars. Hic protegar in velamento, & tandem dabis [hereditatem timentibus nomen tuum:] non dico dabis, sed ex nimia securitate dico [dedisti.] & ideo certus sum de securitate, [quoniam tu deus exaudisti orationem meam] scilicet, exaudies quando dabis, & etiam exaudisti, conferendo mihi virtutes. ¶ Dies super dies. Dico hereditatem dabis, scilicet, [dies super dies regis] id est Christi, quos habemus in hac vita, adijcies nobis dies æternos, quos modo CHRISTVS habet, & super annos regis, quos habemus in hac vita, [adijcies annos eius] id est, æternos annos, quos modo CHRISTVS habet. In hac vita habet dies, quos Christus habuit, qui imitatur iustitiam eius, hos autem habent, qui non habent annos, sicut Hippolitus, qui non vixit in fide, nisi tres dies, & aliqui similiter, & propter hoc subdit annos: annos dico adijcies, quos ipse CHRISTVS habet [vsq; in diem generationis & generationis] id est, iudicij, quando fiet generatio, corporis & animæ, Vel, generationis & generationis, id est, semper. Alia enim

trans-

translatio habet in seculū seculi. ¶ Permanet. Dico q̄d dies regis adijcies, quos habere nō est parum: quia rex ille cum tota familia sua [permanet in æternum] .i. dies eius æterni sunt. Adhuc æternitatem illam commendat. Dico permanet in æternum, nec hoc in vili loco, imō [in cōspectu dei] quia semper præsētia ei⁹ fruitur, & adhuc æternitatem commendat, quia ibi nullus requireret misericordiam, quia ibi nullus miser erit: Iterum alia commendatio: Quia ibi nullus requireret veritatē, quia omnes ibi perfectam habent cognitionē, & hoc est quod sub interrogatione ponit, [misericordiam & veritatem quis requireret?] ¶ Hic ponit pro supradictis laudem. Continuatio: Et quia hæc mihi facies o deus, ideo [psalmū dicam nomini tuo], id est, bene operabor, ad ampliandum nomen tuum, & hoc [in seculum seculi] id est, quandiu durabit seculū istud, & sic, [vt reddam vota mea de die in diem] id est, assidue, vt nullum diem, intermittam, quin operer ad laudem tuam.

## IN PSALMVM LXI.

Titulus. In finem pro Idithum psalmus Dauid.

**N**onne deo], Psalmus iste conuenit Dauid, & cæteris iustis, habitus pro Idithum, .i. pro transfiliēribus, dirigens in finem, id est, in Christū. Maeria sunt transfiliētes tales, qui nulla persuasione, vel tribulatione possunt impediri, quin saltum suum perficiant, scilicet, quin terrenis dimissis, ad sola cœlestia tendant. Modus: In prima parte ostendit se non posse impediri, quin saltum suum perficiat, increpādo malos, qui volunt eum, siue persuasionibus, siue tribulationibus impedire. In secunda parte, quæ incipit: Veruntamen deo: admonet seipsum & alios, vt deo subiecti sint. In tertia parte, quæ incipit: Veruntatem vani  
filij

filij hominum, increpat malos de nequitia sua. Inten-  
 tio est, nos admonere, vt nulla tribulatione impedia-  
 mur, quin à terrenis ad cœlestia transfiliamus. ¶ Ac si  
 dicat, increpando malos: Vos vultis impedire me, ne  
 saluā, sed frustra, qa [ nōne erit deo subiecta anima? ]  
 i. obediēs, & eius mandata custodiens? Anima dico,  
 [ mea ], i. meæ potestatis, quia licet quādoq; corp⁹ sit  
 vestræ potestatis, tamen aniria nunquā nisi meæ po-  
 testatis erit. Vere subiecta, & deber, [ ab ipso em ] scz,  
 deo patre, est [ salutare meum ] i. Christus, qui meus  
 saluator est. ¶ Nam & ipse, Et bene debet subiecta ei  
 esse anima mea à quo mihi illud salutare est, [ nā ille ]  
 à quo procedit, & ille qui procedit, [ deus meus est, &  
 salutaris meus ] quia per assumptam humanitatē me  
 saluauit, [ & susceptor meus ] quia me suscepit de vili-  
 tate peccati, ducendo ad dignitatem iustitiæ: & ideo  
 [ non mouebor, amplius ], i. licet aliquando motus fu-  
 erim, tamen vltorius non mouebor. ¶ Et quando qui-  
 dem talem habeo saluatorē, à quo amplius non mo-  
 uebor, ergo o stulti, [ quousq; ] i. quandiu [ irruitus in  
 hominem ] exteriorem, scilicet, irrationabiliter impetu-  
 tum facitis, quia licet corpus possitis affligere, non po-  
 testis tamen animam tangere, & non solum ira irrui-  
 tis, vt bona nobis exteriora auferatis, sed vos [ vniuer-  
 si interficitis ipsos ], & hanc sententiam approbat alia  
 translatio, quę dicit: interficitis vniuersos. Vel sic: Vos  
 irruitis in hominem, & vniuersi interficitis vos interi⁹  
 quia cum bonis malum facitis, vos ipsos interficitis, ir-  
 ruitus dico, [ tanquam parieti inclinato ], quia si-  
 cut paries inclinatus pronus est ad ruinam, sic putatis  
 nos pronos ad ruinam, tanquam omni destituamur  
 auxilio, [ & maceris depulsæ ], quia sicut maceria in se  
 ipsa fragilis est, qa sine cernō est, si depulsa est, prors⁹



in ruinam imminet, sic nos puratis esse sine omni colligatione, & pronos funditus ad ruinam. ¶ Nos enim non sumus inclinatus paries, vel maceria. [ Veruntamen ] non ideo cessant mali, sed potius [ cogitauerūt repellere ] à me, id est, auferre mihi [ primum meum ] id est, deum, quem ego solum peto. Alia translatio habet, honorem meum: sed tamē ego semper [ cucurri ] per militiam, & viam istam propositam inflexibilis [ in siti ]. i. salutis eorum, quia eam multū sitiebam. ¶ Cōtinuario: Cogitauerūt repellere, ita scilicet, [ ore suo benedicebant ] id est, in ore bonum oprabant, [ & corde suo maledicebant ] id est, si quid boni dicebant, deceptionis intēione dicebāt. In hoc versu ostēdit latentē impugnationē. Vel sic cōtinuat: Ipsi interficiūt ipsos vniuersi, sed tamen ideo non cessant ipsi, sed potius cogitauerunt, & cætera. ¶ Veruntatem deo, Pars secunda. Ipsi per tribulationes, & per dolos me impugnant, [ veruntamen subiecta esto anima mea deo ] hoc est, noli propter persecuciones, iniurias, tribulationes, & reliqua mala tibi in iuste illata, deficere, & à dei mandatis deciscere, vt vel sis impatiens, vel in vitia relabaris, sed eius dicto sis audiens, & debes, quoniam non ex me, sed [ ab ipso est patientia mea ] quia non possem pati, nisi ipse faceret. ¶ Et iterū. Ideo debes esse subiecta anima, quia [ ipse est deus meus, & saluator meus ] qui me suscepit per humanitatem redimendo: [ & ] etiā [ adiutor meus ] ad bene operandū, & [ ideo non emigrabo ] vt recedam ab eo, transeundo ad alienum deū. ¶ Non emigrabo, quia in eo est mihi omnis sufficientia, & hoc est, [ in deo est salutare meū ] .i. per deum habeo saluationem, [ & gloria mea ] .i. per ipsum habeo gloriam æternæ vitæ: & ipse est [ deus auxiliij mei ] .i. auxiliatur mihi ad bene operandum, & qd  
singula

singula enumerem? vniuersa [ spes mea in deo est. ]  
 ¶ Et quandoquidem talis est, [ omnis cōgregatio po-  
 puli sperate in eo ], & vt possitis secure sperare, [ effun-  
 dite corda vestra ] .i. euacuate corda vestra ab omni  
 sorde, vt sint [ coram illo ], .i. in beneplacito ipsius, quia  
 si non habent cor euacuatū, & sperant, nō est spes, sed  
 præsumptio. Dico sperate, quia [ de⁹ adiutor noster ]  
 scilicet, ducens nos [ in æternum ]. ¶ Veruntamen.  
 Hic incipit tertia pars, Continuatio: Deus est adiutor  
 suorum, [ veruntamen filij hominum ] hoc non attē-  
 dunt, sed sunt [ vani ], .i. dediti vanitatibus, sunt etiam  
 [ mendaces in stateris ], .i. in ponderibus, quod falsum  
 pondus vendunt in argento, & in pipere, ad hoc [ vt  
 ipsi decipiant de vanitate sua ], .i. per vanitatem suam,  
 perseverantes [ in idipsum ] vanitatis. .i. de vanitate ad  
 vanitatem tendentes. Vel, mendaces in stateris sunt,  
 in libra iustitiæ, quia se tales ostendunt, quasi omnia  
 ponderent æque. .i. in omnibus æquitatem custodiāt,  
 sed quia alij sunt interius, quàm se simulent exterius,  
 veluti barbati, ad hoc vt ipsi alios de vanitate decipi-  
 ant, scilicet, per vanitatem suam ducendo eos in idip-  
 sum vanitatis, vt secum eos malos constituent. ¶ Vos  
 filij hominum estis ita vani, sed dimitte vanitatem ve-  
 strā, & hoc est: [ Nolite sperare in iniquitate ], & hanc  
 iniquitatē per partes exequitur, & etiam si pauperes  
 estis, [ nolite concupiscere rapinas ] nec diuitias diliga-  
 tis, & hoc est: [ diuitiæ si, affluāt, nolite cor apponere ].  
 Non prohibet habere diuitias, sed non amare: potest  
 enim habere eas, qui conuenienter distribuit. ¶ Semel  
 Ideo nolite hæc mala facere, quia deus habet potesta-  
 tem puniendi malos, & remunerandi bonos, & hoc  
 est: [ quia potestas dei est ] ad puniendos malos, [ &  
 tibi domine misericordia ] qua iustos remuneres:

& hoc ostendit per effectus: Vere est tibi potestas & misericordia, [ quia tu reddes vnicuique iuxta opa sua ] & quasi aliquis quæret, Tu modo scis in deo esse misericordiam & potestatem: dicit se hoc ex ipsius dei consilio cognouisse, dicens, [ deus locutus ] scilicet, omnia creans, locutus est nobis, dico locutus est [ semel ] id est, immutabiliter omnia creauit, & ego transfiliens, raptus ad consilium eius, ibi [ audiui ], i. intellexi [ hæc duo ] scilicet, quia misericordia & potestas est ibi, &c.

## IN PSALMVM LXII.

Titulus. In finem psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumææ.

**D**Eus deus meus ]. Dauid historialiter fugiens Saulem, venit in desertum Idumææ, intellexitque in hac figura, ecclesiam positam in deserto huius vitæ, vbi nihil est, nisi terrenitas, de quo significato cantauit hunc psalmum. Psalmus iste conuenit Dauid prophætæ cum omnibus iustis, cum ipsa ecclesia est in deserto Idumææ. i. huius vitæ. Modus est: In prima parte ostendit se admonitam per desertum huius vitæ, ad deum omni desiderio festinare. In secunda parte, quæ incipit. Si memor fui tui: ostendit securitatem in hoc deserto per ipsum deum. Intentio est, vt solum deum eligant admonere. ¶ Vox ecclesiæ totius, sic dicentis: Ego posita [ in terra deserta, in via. & in aquosa, vigilo ] id est, omni studio dimitto mala, & facio bona ad re habendum, & hoc [ de luce ] id est, ex quo habui cognitionem tui, quæ est causa vigiliæ meæ, & in hac luce maxime possumus intelligere illuminationem per resurrectionem. Ad te dico o [ deus ] creator omnium, & [ deus meus ] ex magna familiaritate. Cū bis ponit, deus, ostendit se habere magnam ad deum desiderium. ¶ Sitiuit, Ideo vigilo, quia [ anima mea ] hic affecta



affecta multis desiderijs, sicut ira, & alijs similibus [si-  
 tiuit in te] venire fontem viuum, in quo inueniet ple-  
 nam refectiōem, & [caro mea [sitiuit hoc idem [ti-  
 bi]. i. ad laudem tuam: & hoc [multipliciter]. i. mul-  
 to amplioribus causis, quā anima, subiacet enim am-  
 plioribus miserijs, scilicet, fami, siti, frigori, & alijs huius  
 modi. ¶ In terra. Propter hoc ad te sitiui, quia sum [in  
 terra] id est, in seculo, terra dico [deserta] quantum  
 ad se, omni bono, [inuisa & inaquosa] ex se nullo mo-  
 do irrigata, vt sit habilis ad fructum ferendum, & ideo  
 [apparui tibi]. i. talem me parauī, quem tu debes res-  
 picere, per hoc scilicet, quod sum [in sancto] propo-  
 sito, [vt viderem in patria] [virtutem tuam & gloriam  
 tuam]. i. Christum filium tuum, qui est virtus & sapi-  
 entia patris. ¶ Quoniam. Quam veritatē debeo qua-  
 rere [quoniam misericordia tua melior est] non dico  
 super vnam vitam [sed super vitas] non tantum sup  
 vitam pauperis, sed etiam super vitam diuitis, & non  
 tantū super eam si breuis est, sed etiam quantuncunq;  
 longissima, & ideo [labia mea laudabunt te.] ¶ Et si-  
 cut laudabo te voce, [sic benedicam te in vita mea]. i.  
 in operibus meis, & [in nomine tuo] i. in honore tuo  
 ampliando, [leuabo manus meas] exteriores & inte-  
 riores: exteriores enim signum sunt interiorum. ¶ Si-  
 cut. Facio quantum possum, & vtinā plus possem: sic  
 [repleatur anima mea, sicut adipe:] nō adipe carnali,  
 sed significatio adipis: [ & ] sicut [pinguedine], i. non  
 pinguedine corporali, sed significato pinguedinis. Ad-  
 eps proprie pinguedo interior est, quæ est circa vitalia,  
 vt reticulum, & cætera, pinguedo quæ est in membris  
 exterioribus, vt in pectore, quæ cremabant deo in sa-  
 crificijs veteris legis. Per adipem significamus scientiā  
 boni & mali, quæ est in anima, quæ optat repleti fidelis

anima, vt digne possit laudare deum, non enim place-  
ret deo macra anima, sicut nec macra caro dicebatur  
placere. Per pinguedinem accipimus alacritatem ipsi<sup>a</sup>  
animæ, quæ facit corpus alacriter bene operari: [ & ]  
tunc [ laudabit te os meum labijs exultationis ]. i. vo-  
ce exultanti. Alia translatio habet, labia mea laudabūt  
nomen tuū. ¶ Si memor fui. Incipit secunda pars. Cō-  
tinuatio. Laudabit te os meum, quia tu fuisti & eris ad-  
iutor meus, & te adiutore, fui memor tui in prosperita-  
te, & hoc est: [ si memor fui tui super stratum meum ]  
.i. in prosperitate, quæ est quasi stratum & suavis le-  
ctus, quia facit homines in se dormire, & sibi adhære-  
re, & si tibi fui tui memor, cum illa prosperitas me excæ-  
caret, tunc [ meditabor in te ]. i. assidue memor ero tui  
existens [ in matutinis ]. i. in illuminatiōibus, quas mi-  
hi conferes, quod matutinum ego habeo, [ quia fuisti  
adiutor meus. ] Ecce iam ostendit ecclesia se esse secu-  
ram in deserto, per adiutorium dei. ¶ Ex ideo quia fui-  
sti adiutor, [ exultabo ] ego [ in velamento ]. i. in refri-  
gerio [ alarum tuarum ]. i. quod mihi facient alæ tuæ.

**Matt. 6.** Ideo exultabo, quia [ anima mea adhæsit ] tibi omni  
**Marci. 8.** voto & affectione te solum expetens, non ita vt præ-  
cedat te veluti Petrus, cum dixit domino: Propitius  
esto tibi domine, ne fiat istud tibi, dixit ei dominus:  
Vade retro satanas, sed ita vt sit [ post te ]. i. vt te sequa-  
tur assidue, & quia sic adhæsit, ideo [ dextera tua ] id ē,  
propitiatio tua, vel filius tuus [ me suscepit ] in magnā  
dignitatem, à deiectione, in qua eram propter peccata  
¶ Ego ecclesia ita sum suscepta, [ ipsi vero ]. i. mali illi  
& est [ ipsi ] positum ad significantiam: [ quæsierunt ] p-  
**Nuc. 16** dere [ animam meam ] sed hoc [ in vanum ] quia ni-  
hil profuerunt, sed potius sibi nocuerunt, quia per hoc  
in inferiora terræ introibūt ] scilicet, in infernum, sicut  
Dathan

Dathan & Abiron viui absorpti sunt [ & tradentur in manus gladij ] .i. in potestatem vindictæ, & [ erunt partes vulpium ], .i. dæmonum, qui assimilantur vulpibus propter dolum. Vel [ erunt partes vulpium ], .i. dolosorum, scilicet, erunt de numero eorum. ¶ Illi ita damnabuntur, [ rex vero ] noster cum suis [ lætabitur in deo ] securus de æterno bono, & [ omnes qui iurāt in eo ], .i. qui firmissimum sibi promittunt, & persolvent obsequium [ laudabuntur ], .i. laudabiles erant apud omnes, ideo [ quia os loquentium ] contra eos in hac vita [ iniqua, obstructum est ] quia iam nihil poterunt loqui.

## IN PSALMVM LXIII.

Titulus In finem psalmus David.

**E**Xaudi deus orationem meam. ] Iste Psalmus conuenit David, .i. Christo, qui hic loquitur: dirigens in finem. Christus est materiæ passus & glorificatus: breuiter enim tangit de passione & glorificatione. Modus. In prima parte describit malitiam Indæorum, & orat liberari ab eis, & affirmat quod liberabitur. In secunda parte, quæ incipit: Sagittæ paruulorum ponit irrisionem stultitiæ eorum. Intentio est, admonere Iudæos, vt cessent à nequitia, & sicut in cæteris psalmis, vbi de passione agit, ab oratione incipit, sic hic cum dicit. ¶ Exaudi deus orationem meam ] de bonis obrinendis, & [ cum ] ego [ deprecor, eripe animam meam. ] Nō dico à timore mortis, sed à timore inimici ] .i. ita libera me, ne ego cedam inimicis, ppter timorē ¶ Prorexisti me à cōuentu malignantiū ] & certus sum qd eripies, quia [ protexisti me à conuentu malignantium ] .i. à collectione de me male cogitantium. [ & etiam à multitudine operantium iniquitatem ].i. qd mihi mala  
x ij actua-



actualiter inferunt. ¶ Quia. Enumerat nequitias Iudae-  
 orum. Bene dico, operatum iniquitatem, [quia] ipsi  
 [exacuerunt vt gladium linguas suas] quia sicut gla-  
 dius acuitur vt magis incidat, ita acutissime cogitabāt  
 quid peius possent dicere in eum, vt cū dicerent: Cruci-  
 fige eum, & alia manifesta. & [intenderunt arcum] .i.  
 dolos [parauerunt] scz, rem amaram] vt cum quæsi-  
 erunt quomodo à discipulo traderetur, & ab ipsis cru-  
 cifigeretur Romanis, cum à iudice Romano damna-  
 retur, ad hoc scilicet intenderunt [vt sagittent] .i. inter-  
 ficiant [immaculatū] .i. me ipsum, qui sine omni labe  
 peccati eram, & hoc [in occultis] quantum ad cogita-  
 tionem eorum. ¶ Subito. Intendunt vt sagittent, [ &  
 sagittabunt eum] quem volunt, scilicet me [subito]  
 .i. occulte, me scz nesciente, quantum ad stultam opi-  
 nionem eorum, [ &] me mortuo [nō timebunt] pœ-  
 nam pro nequitia illa, & certum est quod sagittabūr,  
 quia [firmauerunt sibi] .i. apud se [sermonem neq̄]  
 de morte mea: vt cum prophetans Cayphas, dixit: Ex-  
 pedit vt vnus moriatur homo pro populo. ¶ Narra-  
 uerunt, Firmauerunt sibi sermonē neq̄, & postea [nar-  
 rauerunt] .i. apud se pertractauerunt [vt absconderēt  
 laqueos] vt cum fecerunt eum à discipulo tradi, & à Pi-  
 lato iudicari & similia: [ &] postea [dixerunt] apud  
 seipos: Quam bene excogitauimus, [quis videbit] la-  
 queos [istos:] ¶ Scrutari sunt] .i. multo studio inqui-  
 sierunt [iniquitates] vt quō possent me in morte deti-  
 nere, sed ipsi [scrutantes] non semel, sed [scrutinio] .i.  
 assiduā inquisitione [defecerunt] quia non potuerūt  
 me in morte detinere. ¶ Accedet. Isti qui mala quære-  
 bant, defecerunt, sed homo rationalis, scz [accedet ad  
 cor altum] .i. vt cor suum erigat ad intelligenda alta,  
 scz, consilium dei. Vel cor dei dicamus, scz, accedet ho-  
 mo

mo vt intelligat cor dei. i. eius secretum consilium. Accedet proprie dicit, quia nullus plene consilium dei cognoscet. Accedet dico, [ & exaltabitur ] apud eum [ deus ] non quod deus quantum ad ipsum est, possit vnamquam exalrari, sed quantum ad eum, apud quem maior cognitio de deo habetur. Vel aliter: Ipsi defecerunt, sed tamen homo ille fructus accedet ad cor altum, scz, vt impleat altum consilium dei vt me interficiat, sed deus exaltabitur, me resuscitando. Porest ita legi, & cor altum, quous sancti patres non ponunt, sic ipsi querunt mortem meam, ac si ego inuitus sustinerem, sed dominicus homo accedet voluntarie, & cor altum. i. dispositio dei, erit cum eo, & exaltabitur deus. ¶ Sagittæ. Incipit de secunda parte. Bene dico defecerunt, quia [ plaga eorū ] .i. mala quæ mihi inferunt, [ sunt factæ sicut sagittæ paruulorū ] quæ sicut sagittæ paruulorū nō nocēt, sic nec mala quæ mihi faciūt [ & linguæ eorū sunt infirmatæ ] quæ cū ante resurrectionē supbe cōtra Ch̄m loquerentur, post resurrectionē nō tam proterue locuti sunt, & hoc [ contra eos ] .i. ad dedecus eorum, cum ita ostendit eos defecisse planē suam resurrectionem nobis innuit. ¶ Conturbati sunt. Mali sic defecerunt, & tūc [ sunt conturbati ] ad fidem suscipiendam [ omnes quæ videbant eos ] scilicet aliqui de omni genere: ] & timuit omnis homo ] sic conturbatus timuit pœnam pro peccatis. ¶ Et illi tales [ annunciauerunt opera dei ] in carnationem, natiuitatem, passionem, resurrectionem & similia [ & ] illa [ facta eius ] dei, tandem [ intellexerunt: ] & hic notatur, quod prius mysterium dei diu tractetur, quàm intelligatur, vbi dicit, alios considerantes malitiam eorum conuersos, ostendit magnam glorificationē Christi. ¶ Lætabitur, Dixi conturbati sunt, & de hac conturbatione [ lætabitur ] omnis [ iustus ]

non in se, sed [in domino. & sperabit in eo] vitam æternam: [ & laudabuntur ] id est, laudabiles apparebunt [ omnes recti corde.

## IN PSALMVM LXIIII.

Titulus. In finem psalmus David, Canticum Aggæi & Hieremiæ, & Ezechielis, de verbo peregrinationis, & de populo transmigrationis, cum inciperent proficisci.

**T**E decet.] Hieremias prophetauit Iudæis, quod propter peccatum captiuarentur, & tandem in terrâ vnde exirent, reuertentur. Aggæus vero non prophetauit captiuitatem, sed successit Hieremiæ, qui mortuus fuit, dum essent Iudæi in captiuitate, & ipse Aggæus prophetauit reditum, & fuit in reditu, qui mortuo Nabuchodonosor successit alius rex, qui timens deum dimisit populum. Per hanc captiuitatem intellexerunt ipsi captiuitatem humani generis, in qua tenentur in Babylone. i. in confusione peccatorum. Per reditum vero illorum, intellexerunt reditum nostrum in terram promissionis. i. in supernam Hierusalem. Titulus sic exponitur: Psalmus iste conuenit prophætæ, & alijs redeuntibus, qui psalmus est canticum Hieremiæ & Aggæi, quia exponit nobis illud, vnde maxime exulauerunt Hieremias & Aggæus, siue Zacharias, & ceteri quod hoc intellexerunt, scilicet, reditum humani generis ad supernam Hierusalem, à qua exulauerant per primi parentis inobedientiam, canticum de verbo, id est, de exultatione peregrinationis, id est, peregrinorum: verbo exultationis dico, tunc habito, cum illi inciperent proficisci, id est, reuerti Christo duce, ad supernam Hierusalem. Vel de verbo, quod fuit causa peregrinationis, quo diabolus & Eva Adæ persuaserunt: secundum hoc



hoc habitum cum illi inciperent proficisci, id est, reuert  
 ti ad supernam Hierusalem. Vel de populo transmi  
 grationis, id est, qui transmigrauerat à perfectione, in  
 qua creatus erat, ad Babyloniam, id est, ad confusionē  
 peccatorum canticum dico tunc habitum de populo,  
 cum ipse populus inciperet proficisci, id est, ad anti  
 quam dignitatem reuerti. Materia sunt ipsi reuertentes,  
 qui hic loquuntur. Modus. In prima parte ipsi  
 reuertentes cum sua prius exultatione liberatoris lau  
 dem describunt. In secunda parte potentiam reducto  
 ris, quæ incipit: spes omnium finium terræ. Intentio  
 est nos admonere, ne desperemus de salute, contra sen  
 tentiam philosophorum, quibus certū erat, post mor  
 tem æternum habere supplicium apud inferos. Et ipsi  
 reuertentes, ex sua reuersione exultantes, dicunt: ¶ O  
 deus] qui noster redemptor es, [te decet] nō lapides,  
 non idola, [hymnus] non in Babylone, id est in con  
 fusione peccatorum, quia non est speciosa laus in ore  
 peccatoris, sed [in Sion] id est, in ecclesia, quæ te specu  
 latur: [ & tibi reddetur votum ] id est, laus [in] super  
 na [Hierusalem] vbi est plena visio pacis. ¶ Et quæ tibi  
 reddetur votum, ergo o deus [exaudi orationem me  
 am] vt possim ad te peruenire: & necesse est vt exau  
 dias, quia non solæ animæ, sed [omnis caro ad te veni  
 et] in iudicio. Hic propheta aperte resurrectionem an  
 nunciat. ¶ Et necesse est vt exaudias, quia [verba iniq  
 rum] .i. diaboli & Euæ, qui persuaserunt Adæ [pua  
 luerunt super nos] quia nos in peccatum demerserunt  
 [ & ] tamen [tu] dñe [propitiaberis impietatibus no  
 stris] condonādo eas. ¶ Beatus quē elegisti. Dico tu p  
 pitaberis, & ille [beatus] erit [quē tu elegisti] .i. à mas  
 sa peccatorū separasti, conuertēdo ad fidē: [ & assum  
 pisti ] ad dignitatē, ideo beatus, quia [inhabitabit in

Ecclesi.

atrijs tuis ] .i. in cœlesti Hierusalem, quam dicit atria,  
 propter amplitudinē. ¶ Ideo quoq; beatus, [ quia re-  
 plebitur in bonis ] .i. spiritualibus bonis [ domus tuę ]  
 .i. præsentis ecclesię, sed quia propheta vniuersa intel-  
 ligit de illis, ideo dicit: [ replebimur in bonis ] quia [ tē-  
 plum tuum ] scilic; domus illa [ sanctum est ] .i. mul-  
 tam habet sanctitatem, & illud tēplum est [ mirabile i  
 æquitate ] quia nulli facit nisi æqua. ¶ Quibus bonis.  
 vt possimus repleri [ exaudi nos deus salutaris noster ]  
 Hic incipit de secunda parte, Et bñ potes exaudire, tu  
 qui es [ spes omnium finium terrę ] .i. hominum posi-  
 rorum in solida terra [ & in mari longe ] .i. in remo-  
 rissimis insulis. ¶ Et per hoc es spes earū, quia tu es [ p-  
 parans ] doctrina & inspiratione [ montes ] .i. aposto-  
 los [ in virtute tua ] .i. in constantia illis data, & bñ po-  
 tes præparare, quia tu es [ accinctus potētia ] diuinita-  
 ris, quæ non est longe à te, sed tibi adheret. [ qui ] per  
 illos montes [ conturbas profundū maris ] .i. qui sunt  
 in profunda immutabilitate huius mundi, & contur-  
 bas [ sonum ] .i. sonantes contradictione [ fluctuum  
 eius ] maris. i. fluctuantes psecutione. ¶ Dico contur-  
 bas profundum sc; [ Gentes turbabuntur ] ad pœni-  
 tentiam [ & timebunt ] pœnam pro peccatis [ qui ha-  
 bitant terminos ] terrę & hoc [ à signis tuis ] .i. per mi-  
 racula tua & [ delectabis ] .i. delectabiles tibi facies [ ex-  
 itus matutini & vespere ] .i. exeuntes de aduersitate,  
 sc; nō curantes vel prospera vel aduersa. ¶ Item p hoc  
 turbabuntur Gētes, quia [ visitasti terram ] sic [ & inebri-  
 asti eam ] spiritu sancto [ multiplicasti locupletare  
 eā ] sc; locupletationē illius multis ampliasti modis.  
 ¶ Et bñ potuisti inebriare, quia [ flumē dei ] .i. miseri-  
 cordia eius [ est repletū aquis ] id est, donis, quæ lauāt  
 sicut aqua, & nō tm̄ inebriasti, sed etiā [ parasti cibum  
 illorum

illorum .i. corpus tuum. Bene dico tu parasti, [quoni  
 am preparatio eius] cibi [est ita] id est, per te solū po  
 test parari. ¶ Et tu domine [riuos eius], fluminis id ē,  
 sanctos apostolos, qui dicunt riui fluminis, quia à mi  
 sericordia dei fluunt, & alios portare possunt, illos [in  
 ebria] .i. abūdare facias donis spiritus sancti, [geni  
 mina ei<sup>9</sup>] fluminis. .i. q̄ sunt generari à misericordia dei,  
 [multiplica] in numero & virtutibus, [germinans]  
 id est, rudis, de quo alia translatio dicit, qui oritur, [la  
 tabitur in stillicidijs eius] [fluminis, scz, guttis miseri  
 cordiæ dei, de quibus dicit Apostolus: Lac dedi vobis  
 potum, non escam. ¶ Bene dices. Quid per singula cur 1. Cor. 3.  
 ram: Tu domine [bene dices]. .i. dabis benedictionē,  
 id est, incrementum iustitiæ in hac vita, [coronæ], .i.  
 gloriæ: coronæ dico. .i. ipsis hominibus, qui sunt coro  
 na acquisiti in gloria, [anni benignitatis tuæ] id est,  
 tēporis, in q̄ apparuit benignitas tua, scilicet, in tēpo  
 re gratiæ. Cum dicit Coronam, significat eos esse col  
 lectos de omni circuitu terræ, [ & campi tui ], .i. illi  
 boni viri, qui consistunt in æqualitate, [replebuntur  
 vbertate] spiritualium donorū. ¶ Et speciosa deserti]  
 .i. gentiles, qui prius erant desertum, modo facti sunt  
 speciosi, [pinguescent] abundātia gratiæ, [ & colles ]  
 id est, aliores viri, sicuti martyres, [accingentur exul  
 tatione] gratiæ, sibi collatæ. ¶ Et arietes ouium ] .i. sa  
 cerdotes, ductores ouium, vel gregem [sunt induiti]  
 benedictione dei, .i. ornati multis virtutibus, [ & val  
 les ] id est, illi inferiores [abundant frumento] .i. bo  
 nis operibus, [clamabunt] etiam ad dominum semp  
 & non discordantes, [etenim hymnum dicent]: quia  
 omnes bene operando deum glorificant.

## IN PSALMVM LXV.

Titulus. In finem canticum psalmi resurrectionis.



**I**ubilate deo omnis terra]. Psalmus iste conuenit  
 Dauid prophetae, qui & hic loquitur, dirigens in  
 finem, qui dicitur canticum psalmi. Propterea dicit  
 psalmus, quia admonet nos ad bonam operationem,  
 scilicet, proposita resurrectione Christi, monet bene  
 operari, vt & nos ad eandem veniamus. Canticum ideo  
 dicit, quia proponit nobis rem, vnde maxime nobis  
 fit exultandum, scilicet, resurrectionem Christi: quia  
 nos quoque reddit de nostra resurrectione securos. Quam  
 resurrectionem prouidens Ezdras propheta in spiritu  
 sancto, sic in titulauit hunc psalmum, canticum psal-  
 mi resurrectionis, id est, agens de resurrectione. Huius-  
 modi titulus procedit ex figura illius, vbi de recitati-  
 one psalmodiarum praecebat psalmus in melodia chor-  
 darum, quae melodia, significabat exultationem. Non  
 enim sufficebat eis sola voce cantare, sed exultatio-  
 nem suam viua voce exprimere. Materia est resurre-  
 ctio Christi. Modus: In prima parte omnes Gentes  
 monet, exultare de illa resurrectione, quae praeponi-  
 tur eis certum indicium suae resurrectionis. In secunda  
 parte monet nos intelligere ea, quae deus fecit antiquis  
 patribus, in se completa esse, quae incipit: Venite, & vi-  
 dete opera. In tertia parte monet nos patienter ferre  
 tribulationes, quae deus infert ad purgationem & pro-  
 bationem, quia tandem nos ducet deus in refrigerium  
 quae incipit: Benedicite Gentes. In quarta parte monet  
 nos exemplo suo esse securos de exauditione: quae in-  
 cipit: Venite audite. Intendit Gentes spiritualiter amo-  
 uere a desperatione, & certos facere de resurrectione.  
 ¶ Prouidens propheta Christi resurrectionem, admo-  
 net Gentes inde exultare, dicens: [Omnis terra] id est,  
 Gentes de quacunque terra [Iubilate deo] id est, tantam  
 letitiam mente concipite, ad quam exprimendam nulla  
 vox

vox sufficiat, & [ psalmum dicite nomini eius ] bene  
 operando, & nō tantum bene operamini, sed [ etiam  
 date gloriam ] id est, alijs annūciare eū esse gloriosum,  
 non laudem nostrum, sed laudem ipsius, & hoc est:  
 [ laudi eius ]. Vnde Apostolus: Qui gloriatur, in do-  
 mino gloriatur. ¶ Dico date, & hoc nō tantum facite, 2. cor. 10.  
 sed [ dicite deo ], & hoc dicere ē, corde, voce & opere:  
 istud scilicet dicite deo: O [ domine q̄ terribilia sunt  
 opera tua ] quod cum deus esses, factus es homo, pas-  
 sus, & mortuus, & resurrexisti, & hæc omnia terribilia  
 sunt impijs: & q̄ terribilia. i. valde terribilia, qa nemo  
 valet inde modum concipere, & quamuis sint ita ter-  
 ribilia, ramen [ inimici tui ] id est, iudæi, [ mētientur ]  
 negando te filium dei, & c. & hoc [ tibi ] ad honorem  
 tuum, quia quanto magis de deo mentiebātur, tanto  
 ipse gloriosior apparebat, quia per impropria iudæ-  
 orum creuit nomen Christi, & hoc nō tantū quando  
 virtus eius nō apparebat, sed [ in multitudine virtutis  
 tuæ ] .i. quādo virtus tua, prior apparebit, sicut in re-  
 surrectione negauerunt eum resurrexisse, dicētes à di-  
 scipulis sublatum esse, & etiam cum dicerēt: in Beelze-  
 bub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. ¶ Inimici Luc. 11.  
 mentientur de te, sed loco eorum [ omnis terra ] .i. o-  
 mnes Gentes, [ adoret te, & psallat tibi ] id est, bene o-  
 peretur ad honorem tuum: & alijs [ psalmum dicat ]  
 id est, prædicet suam operationem, vt sui exemplo alijs  
 operentur, & hoc non sibi, sed [ nomini tuo ] id est ad  
 honorem tuum. ¶ Venite. Pars secunda. Dico terribi-  
 lia sunt opera tua, quæ opera vt intelligatis, [ venite ]  
 per fidem vos Gentes longinquæ à fide, [ & videte ]  
 id est, intelligite [ opera dei ] quæ ipse fecit antiquis  
 patribus, in vobis esse completa: qui deus est [ terribi-  
 lis ]: vel dei terribilis [ in consilijs ] habitis, & impensis  
 [ super

[super filios hominum]. Super ideo dicit, quia de supernis venerunt consilia illa, quibus liberati sunt filij hominum. Consilia ista fuerunt, quibus deus excacauit Iudæos, vt plenitudo Gentium intraret. ¶ Ecce opera. [Qui] dominus [conuertit mare] Iudæis venientibus, [in aridam] id est, in solidam terram: & ista conuersio completa est in baptismo. Conuertit em̄ mare. i. homines amari, & fluctuantes in amaritudine huius mundi, per aquas baptismi, in aridam, cum omnis amaritudo peccati abluitur. Arida terra restituta est, quando ecclesia fuit in fide assumpta, & [pertransierunt in flumine pede]. Perduxit eos dominus pede sicco in flumine Iordanis: hoc quoq; in Gētibus completum est, quæ fluuium huius vitæ transeunt impoluta affectione. Quod dicit, pertransibunt, respicit ad significatum, & [ibi]. i. in operib⁹, sicut impletum est in nobis, [lætābimur,] & quia de eorum numero se sciebat, in quibus hæc implerentur, dicit, lætabitur: [in ipso] non in nobis. ¶ In ipso, in quo quidem lætandū est quia ipse est [qui dominatur] omnibus, & hoc [in virtute sua]. i. propria, [in æternum], quia si ceteri dominantur, hoc neq; est per suam virtutem, sed per dei, neq; in eternū, sed ipse & propria virtute, & in æternū. ¶ Et cum talis tam altus, tam potens sit, tamen nō despicit suos, imō [oculi eius respiciunt] pie [sup Gentes] conuertendo eas ad fidem, cum ferant iustitiam [qui] eas [exasperāt], scz Iudæi, [non exaltentur in semetipsis] quia non haberent exaltationem in se, sed in solo deo. ¶ Benedicite Gentes deo. Tertia pars. Cognitis istis operibus dei, & per illa cōuersi ad deū, [vos Gentes benedicite], i. laudate [deum nostrū, &] non tantum apud vos ipsos, sed [vocē laudis eius], scilicet, qua laudatis, [facite audiram] alijs. ¶ Et debemus,  
[quia



quia ipse posuit animam meam ad] veram [vitam] dando fidem: [ & ] postq̄ cōuertit, [ non dedit pedes meos in commotionem ] vt retro respicerem. ¶ Quoniam probasti nos, deinde, quasi aliquis diceret: Quare deberes commoueri: [ quoniam ] tu [ deus probasti nos ], .i. nobis ipsis & alijs probatos ostendisti: & ostendit modum probationis, sic scilicet probasti, [ examinasti nos igne ] .i. quacunq; tribulatione, vel igne materiali, sicut Laurentius, & similes, [ sicut examinasti argentum. ¶ Induxisti nos. Ostendit genus examinationis, dicens: [ Induxisti nos in laqueum ], .i. in vincula, in carceres, & iterum alia afflictio. [ Posuisti tribulationes in dorso nostro ], .i. flagellati sumus, & cæsi, sicut Paulus apud Ephesum. Item aliud malum, [ imposuisti homines sup capita nostra ] qui sic nobis dominarentur, vt de nobis capitales sententias dare possent. ¶ Et quamuis hæc omnia mala nobis euenirent, nos tamen semper [ transiimus ] ad te [ per ignem ] materialem, [ & aquam ] quia multi martyres aquis submersi sunt, nec tamen igne vel aqua eorum cursus potuit impediri. Vel ignem quencunq; æstum aduersitatis possumus accipere, per aquam prosperitatem: quia sicut aqua dissoluit terram, ita prosperitas dissoluit hominē. A similitudine viatoris hic loquit̄, q̄a sicut viator neq; ppter æstū, neq; ppter pluuiā vult dimittere, quin viā suā pagat, sic iste iust⁹ nec ab aduersitate, nec a prosperitate potest impediri, quin cursum suū q̄ficiat, & per hæc omnia [ eduxisti ], .i. educes nos [ in refrigerium ] in quo iam spe duxisti. ¶ Et tandem introibo in domum tuā ] non manufactā [ in holocaustis ], .i. deferens holocausta .i. destructionem vitiorū, & ibi tunc [ reddam tibi ], .i. persoluam [ vota mea ] i laudes quas hic tibi voueo, [ quæ ] vota non sunt ir-  
 ratio-

Gen. 4.

rationabilia, sed quæ [distinxerunt] .i. cū ratione tibi obtulerunt [labia mea] interiora id est, ratio, vella-  
 bia ad literam. Cain enim obtulit, qui creaturam cre-  
 atori obtulit, sed non recte distinxit, quia seipsum, qđ  
 deo charius est, subtraxit. Abel vero distincte obtulit,  
 qui seipsum prius deo presentauit. ¶ Et non solum in  
 prosperitate labia mea distinxerunt vota illa, sed etiā  
 [in tribulatione mea] id est, mihi vtili [os meum est  
 locutum] laudes illas, vel hoc qđ sequitur [holocausta  
 medullata, offeram tibi]. Vel ita continuatur. Intro-  
 ibo in domum tuam in holocaustis, qua dū vixero  
 offeram tibi holocausta. i. me ipsum totū ctematū, se-  
 cundū opera vitiosa, holocausta dico medullata. i. pin-  
 guia & delata fide & charitate, quod holocaustū erit  
 beneplacitum deo, sicut in veteri testamēto dicebatur  
 placere holocaustū, quod erat pingue & medullatū,  
 & [hoc offerā cū incenso]. i. cū oratiōe, qđ ideo p incē-  
 sum intelligit, qđ redolet & placet deo, sicut incensum  
 hominibus odorantib⁹. Vel orationē [arietū]. i. apo-  
 stolorum scz, ita orabo, sicut apostoli, vel quos modo  
 ipsi instituent, [offeram] etiam [tibi boues]. i. bonos  
 prædicatores. i. qui bene triturabunt & excolent eccle-  
 siam, sic scilicet offeram, deducendo eos ad maiorem  
 perfectionem virtutum, & hoc faciam [cum hyrcis]  
 id est, hyrcos & fetidos in peccatis conuertam ad te.  
 ¶ Venite. Pars quarta. Cōtinuatio: Quia ita me habeo  
 vos alij incitari meo exemplo, [omnes] scilicet, [qđ  
 timetis deum, venite] .i. parate vos ad intelligentiam  
 [ & audite]. i. intelligite īteriori aure & si tales fueritis,  
 [narrabo] quasi rem nō fictā, [quanta fecit deus ani-  
 mæ meæ.] ¶ Et hoc scz, feci, [clamauī ad ipsum ore  
 meo], & nō tantū ore, sed etiā [sub lingua mea]. i. in  
 corde meo [exultaui]. i. exultāter clamauī, ¶ Iniquita-  
 tem,

id est. Clamaui non tantum facto, sed etiam sine omni iniquitate, etiam in corde, & hoc est [ si aspexi iniquitatem in corde ] id est si placuit mihi iniquitas in corde [ meo ] id est, in voluntate, [ non exaudiet ] me [ dominus. ] ¶ Et quia clamaui, & sine iniquitate, [ propterea exaudiuit me deus ] de conferendis bonis, & attendit voci deprecationis meae ] de malis remouendis. ¶ Et quia exaudiuit, [ benedictus ] sit [ deus ] id est, laudandus ab omnibus [ qui non amouit orationem meam ] sed exaudiuit eam, [ & ] non distulit [ misericordiam suam a me ] id est, mihi dare, sed simul & orationem audiuit, & misericordiam contulit.

## IN PSALMVM LXVI.

Titulus. In finem in hymnis psalmus  
canti David.

**D**Eus misereatur nostri ] Psalmus iste, conuenit David prophetae, qui dicitur psalmus cantici, quia nos commonet ad confessionem, & dicitur canticum, quia nobis proponit maximam exultationem, scilicet, illuminatione omnium Gentium, que per Christum futura fuit, psalmus dico habitus in hymnis, .i. in laudibus dei. Intellexerunt enim prophetae, deum esse laudandum de illuminatione, quam daturus erat mundo, de qua omnes debent eum summo studio laudare, psalmus dico dirigens in finem. Materia est Christus illuminator. Modus. In prima parte precatur illuminationem. In secunda parte hortatur ad vtraque confessionem peccati, scilicet, & laudis dei, & ponit causam, scilicet, deum iudicem aequum. In tertia parte ad eandem confessionem, sed alia de causa scilicet, qui terra prius sterilis, modo in aduentu filii dedit fructum suum. Intentio est hortari, ut omnia misericordiae dei retribuamus. Et quoniam videt omnia bona esse ex misericordia dei, sic antequam dicat



dicat de illuminatione dei, misericordiam deprecatur  
dicens. ¶ Deus miseriam nostri, & qualiter roget sui  
misereri, supponit, [ & benedicat nobis ] scz, sic [ vul-  
tum suum ] .i. claritatem suam, [ illuminet ] .i. irradi-  
are faciat [ super nos ] scilicet, cognitionem suam in-  
fundat nobis, per quam cognoscamus eum, quia sicut  
aliquis non potest videre solum, nisi videat eum sol,  
sic nemo potest venire ad dei cognitionem, nisi deus  
ostendat eise, [ & ] postq̄ illuminauerit, ad hanc illu-  
minationem conseruandam, [ misereatur iterum no-  
stri ], quia sicut illuminatio sine misericordia dei non  
potest haberi, sic nec ea habita, sine misericordia dei  
poterit conseruari. ¶ Et hoc illuminet, [ vt cognosca-  
mus ] licet habitantes [ in terra ] vbi necessaria est co-  
gnitio, [ viam tuam ] .i. Christū filium, per quem itur  
ad te, [ viam tuam ] scz, salutare tuum. i. filium tuum,  
per quem saluatio fit humani generis, & hoc non in  
paucis Gentibus, sed [ in omnibus Gentibus ] .i. in om-  
ni loco Gētium [ salutare tuum. ] ¶ Confiteantur. Se-  
cunda pars. Continuatio: Dico illuminet, & quia illu-  
minabit, ideo [ deus confiteantur tibi populi ] pec-  
cata sua, accusando seipsos pro peccatis suis: & ipsis  
peccatis deleris, [ confiteantur tibi ] .i. laudent te [ po-  
puli ] non pauci, sed [ omnes. ] ¶ Latentur etiam &  
exultent Gentes, quoniam iudicas ] .i. iudicabis [ po-  
pulos in æquitate ] reddendo singulis secundum sua  
merita. Et quia propterea non multum laudaretur,  
quia omnes damnarentur, nisi deus per suam magnā  
misericordiam in hac etiā vita homines uisitaret, addit  
[ & Gentes ] habitantes scilicet [ in terra ] vbi necessa-  
ria uisitatio [ dirigit ] ad bene operandum. ¶ Confite-  
antur. Pars tertia. Continuatio, [ Cōfiteantur populi ]  
quia iudicas, & [ confiteantur ] etiam quoniam [ terra  
dedit

dedit fructum suum ] .i. homines, scilicet, in terra quæ prius maledicta erat & proferebat spinas & tribulos, in maledictione, quam dixit deus Adæ: Maledicta terra tua in opere tuo, facta est fructifera dādo fructum suum. .i. conuenientia opera sua. Terra dedit fructum suum, & quid opus est, nisi sola benedictione? & ideo [ benedicat nos deus ] pater scz, in hac vita multiplicet nobis virtutes: & [ deus noster ] .i. Christus filius dei, [ & deus ] .i. spiritus sanctus [ benedicat nos, & metuant eum omnes fines terræ ] cum dilectione .i. homines de omnibus finibus terræ. Timor namq; necessarius est, ad custodiam omnium virtutum.

## IN PSALMVM LXVII.

Titulus. In finem psalmus cantici David.

**E**Xurgat, ] Psalmus iste conuenit David prophetae qui hic loquit: dirigens in finē, psalmus dico cantici, qui pponit nobis magnā exultationē .s. exultationē ipsius Chri, & illam exultationē ecclesie. Materia est Christus exaltatus, & exaltans ecclesiam. Partes facit sex. Modus: In prima parte proponit exaltationem Christi & quid per illam eueniat bonis, quid malis. In secunda parte quæ incipit: Deus cum egredieris, ostendit ea quæ deus priori populo fecit, esse completa in isto nouo populo. In tertia parte quæ incipit: Mons dei mons pinguis, ostendit altitudinem Christi & quid inde eueniat ecclesie. In quarta parte, quæ incipit: Et domini domini exitus mortis, ostendit humilitatem Christi, & quid ipsa conferat ecclesie. In quinta, quæ incipit: In ecclesijs benedicite, ostendit statum ecclesie, scilicet per sanctos apostolos hæreticos increpandos, & per eosdem apostolos Aegyptios & Aethiopes conuertendos. In sexta parte, quæ incipit: Psallite deo qui ascendit, ostendit vocem eius qui ascendit

fore fortem in iudicio, & per ipsam sanctos resuscitan-  
 dos & mirificandos. Intentio est nos admonere ad  
 Christifisi exaltationem, vt cantemus Christo, & exal-  
 temus eum. Hæc quidem intentio notatur in psalmo  
 in pluribus locis, & etiam vbi dicit: Cantate deo, psal-  
 mum dicite nomini, & in titulo etiam quando dicit:  
 psalmus cãtici. Sciendũ est, q̄ istos duos primos versus  
 accepit propheta à libro Moyfi. Cantabat enim Moy-  
 ses hos versus, cũ eleuaret arcam dñi, & processerunt i  
 pralium. A cuius arcæ, aspectu prosternebantur inimi-  
 ci, & populus dñi saluabat, non q̄ Moyfes tantam vir-  
 tutem illã intelligeret in arca, sed per illã Chřm dei fi-  
 guificari sciebat, in q̄ continent omnes thesauri scienti-  
 tiæ & sapientiæ, sicut in arca cõtinebant tabulæ testa-  
 menti, &c. ¶ Et quia intellexit David Moysem de Chri-  
 sto hoc canrasse, agens de exaltatiõẽ eiusdẽ Chři, po-  
 nit verba Moyfi, dicẽs: [Deus] qui aliqñ latuit, [exur-  
 gat] Hoc exurgere fuit in oĩbus, quæ Chřs fecit à tem-  
 pore resurrectiõis, & deinceps [ & inimici eius dissipen-  
 tur] localit, sicut impletũ est in dispersione Titi & Ves-  
 passiani: [ & qui oderunt eũ ]. i. cõtra eũ pseuerauerũt  
 in odio, [ fugiant ]. i. remoueant [ à facie eius ], i. à præ-  
 sentia, non q̄ possint remoueri à p̄sentia eius qui vbiq̄  
 est: vnde propheta: Si descendero ad infernũ, ades, sed  
 sed remouentur à facie eius, qui nõ fruunt cognitione  
 ipsius. Vnde dicitur: Tollat impius, ne videat gloriã dei  
 Hæc remuneratio fiet, cũ dicet. Discedite à me maledi-  
 cti in ignẽ æternũ. ¶ Sicut deficit. Hic aggrauat penã  
 eorum, quia tantũ valet optatio prophetæ, quantum  
 affirmatio. [ Deficiant ] etiam [ sicut deficit fumus ] sic  
 em natura fumi est, vt quanto magis ascendit, tanto  
 magis euanescat: sic mali, quanto magis ascendunt in  
 potestate huius seculi, tanto magis euanescent à veri-  
 tate

Num. 10

Psal. 159.



rate, & sicut fumus, semper procedunt ab igne concupiscentiæ. Et nunc etiã magis aggerat pœnam eorũ, cum dicit: [ sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie ], .i. à p̄sentia [ dei ] remoti: non q̄ eorum substantia prorsus interimat, sed in hoc perit, q̄d à vero esse, quod est deus, separant. ¶ Post q̄ ostendit quid malis euēniat de Christi exaltatione, e contra ostendit qd bonis de eadem exaltatione contingat. Continuatio: Peccatores pereant, [ & iusti epulent̄ ], .i. reficiantur, ip̄o scilicet deo, qui erit omnia in omnibus [ & exultent ], positi [ in conspectu dei, & in lætitia sua ] in qua delectandum est, quia æterna est [ delectent̄ ]. ¶ Cantate deo. Et quia iusti exultabunt, & delectabunt, ideo vos alij [ cantate deo ] corde & voce, & [ dicite psalmum ], .i. bene operamini, nomen eius ampliando [ nomini eius ] sc̄z, Christo filio eius, per quẽ nomen eius mũdo innotuit. Cum dicit, psalmũ dicite, nõ tantum monet bene operari, sed alijs suam operationem dicere .i. in exemplo proponere, & [ iter ] etiam ] facite ei ] per qd iter in nos veniat, rumpendo omnia obstacula, scilicet, vitia, quæ deum expellunt de habitatione nostra: ei dico, [ qui ascendit super occasum ], .i. super mortẽ, quæ toti mũdo dominabatur, & in occasum, & in tenebras præcipitabat, & dignũ est vt ei iter faciatis, quia [ illi ] est hoc [ nomen ] substantiale [ dominus ] quia ipse p̄ se dominatur & nemo potest dominari, nisi per eum. ¶ Exultate. Cantate dico & psallite, & non cum tristitia, imò [ exultate in conspectu eius [ iusti exultent, mali autem qui lædunt viduas & orphanos, [ turbabuntur à facie eius ] dei quando dicitur. Ite impij in **Matt. 29.** æternum supplicium: eius dico [ patris orphanorum, [ quia ipse est pater & patronus orphanorum, id est, simplicium, qui nihil à se astutiæ habent, sed  
 y ij in

in solius dei ducatu incedunt [ & iudicis viduarum ] quia ipse illas in æquitate iudicat, quæ sunt viduæ, id est aliquid ex se habent, & sentiunt ad deum in sua necessitate clamandum, sicut perfecti viri. ¶ Deus in loco. Aliam Christi commendationem ponit. Continuatio: Ipse est iudex viduarum, & ipse est [ deus in loco sancto suo ] .i. in angelis, & in alijs sanctis viris, quia nihil ibi habet obstaculi [ deus ] dico, [ qui facit ] homines [ inhabitare vnus mortis ] .i. vnus voluntatis, secundum fidem & charitatem, [ in domo ] .i. in ecclesia sua. ¶ Alia commendatio. [ Qui ] etiam [ educit ] vinctos .i. illos qui à diabolo captiui tenebantur in inferno, vel viuentes ligati vinculis peccatorum [ in fortitudine ] .i. in violentia magna, & sicut vinctos [ similiter eos qui exasperant ] .i. prouocant deum ad iram, scilicet, blasphemos & turpissimos in peccatis, & etiam educit, [ qui habitant in sepulchris ] .i. consentiunt voluptati carnis, quæ caro est sepulchrum animæ, quia ibi anima carni consentiens, putrescit, sicut caro in sepulchro. ¶ Deus cum egredereris. Hic incipit secunda pars: & hic est diapsalma, .i. diuisio psalmi. Continuatio: Dico, tu deus deduces illos, quia quod præfigurasti in alijs, completes in nobis, & hoc est: [ Deus cum egredereris ] .i. cum prius ocultus esses, te ipsum manifestum ostenderes [ in cõspectu populi tui ] illuminando eos in nocte per columnam ignis, in die refrigerando eos per columnam nubis, & [ cum pertransires in deserto ] ducens eos & ostendens te ipsum, eis præbendo ducatum semper per columnam nubis & ignis, per totum desertum, [ terra mota est ] .i. terreni qui prius cultum dei non nouerant, moti sunt ad cultum dei, & etiam ipsi Iudæi, per columnam ignis, quæ populum Israël illuminauit. Nubes quæ in die tefrigerabat eos, eandem incarnationem designabat  
in

Exod. 13  
&:14.

in qua omnes fideles refrigerium inueniunt ¶ Dico terra mota est, & hoc ideo, [ etenim cœli distillauerunt ] dum manna pluerent [ à facie ] i. à præsentia [ dei ] quia ibi dum manna caderet, præsentia dei cognita fuit, dei dico [ Sinai ] quia in illo monte deus dedit legem & mandata. Sina interpretatur mandatum, & deus dicitur deus mandati, qui in omnibus illis habitat, qui mandatum illius obseruant. A facie dei Sinai dico, & [ à facie dei Israël ] .i. Israëlitici populi. Potest etiam hic Sinai nominatiuus esse, quod ostendit alia translatio, quæ habet, mons Sina. Velut sic dicat: Cœli distillauerunt, & mōs Sina etiā distillauit, id est, nebula & fumum emisit à facie dei Israël, id est, quando deus loquebatur Moyse, vt legem daret. ¶ Ostensa figura, ostendit figuræ completionem. Continuatio: Sicut cœli distillauerunt, sic tu, [ deus pluuiam ] id est, Euangelicam doctrinam, significatam per illud manna, pluuiam dico [ voluntariā ] id est gratis datam, sine aliquo merito hominum [ segregabis ] id est, segregatim dabis [ hæreditati tuæ ] id est, populo Israël, quibus separatim deus per præsentiam corporis prædicauit. Vnde ipse dixit: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: [ & ] illa hæreditas [ in firmata est ] quæ noluit recipere verbum dei, excæcata est: [ tu vero deus perfecisti eam ] suppledo eam de Gentibus. ¶ Animalia. Ostendit de quibus deus perfecit, scz, de Gētibus dicēs: [ Animalia tua ] id est, Gentiles, qui dicuntur animalia, quia indomiti sunt, & lege carent [ habitabunt in ea ] hæreditate, quæ vna cum Iudæis sunt Christi hæreditas, animalia habitabunt, & hoc non per se, nec per suam dignitatem, sed [ parasti ] gratiam tuā [ in dulcedine tua pauperi ] afflicto & esurienti [ deus ] non vt dulcia putarent ea quæ mūdus dat, sed ea quæ immittis quæcunq; ¶ Dñs

Matt. 15.



Mar. 16.

dabit. Ostendit parationes, quas facit deus pauperi suo  
 Continuatio: Parauit [ dominus ] scilicet, dabit verbū ]  
 i. Euangelicam doctrinam [ euangelizantibus ], i. pre-  
 dicantibus [ virtute multa ], i. magna constantia. Vel  
 euangelizantibus verbum, dat dominus virtutē mul-  
 tam. i. confirmationem per miracula. Vnde in Euan-  
 gelio: Domino cooperante, & sermonem confirman-  
 te, sequentibus signis. ¶ Rex. Dominus dabit, scilicet,  
 dominus ille, qui est [ rex virtutum ], i. angelorum, vir-  
 tutum dico, [ dilecti ], i. filij, filij dico [ dilecti ] qui dili-  
 gitur a deo, & est vnum substantiuum, aliud adiecti-  
 uum. Cum dicit virtutes esse illius filij ostendit eum es-  
 se æqualem patri, & aliam partitionem ponit. Verbū  
 dabit, [ & ] dabit etiam [ diuidere spolia ]. i. homines  
 diabolo ereptos, ordinando eos diuersis ordinibus. s.  
 faciendo alios episcopos, & cetera, vt Petrus & alij, san-  
 ctos multos taliter ordinauerunt, diuidere dico spolia  
 [ speciei domus ], i. ad speciositatem domus i. ecclesie  
 dei, quia nisi domus dei esset diuisa, non esset pulchra,  
 nec etiam esset corpus, de quibus Christus dixit: Cum  
 fortis armatus atrium suum custodit, in pace sunt oia  
 quæ possidet: Si autem fortior illo superuenerit, s. Chri-  
 stus, aufert & diuidit vniuersa spolia eius: sicut fecit  
 Chrs, qui armatum fortem, i. diabolum, superauit, &  
 eius spolia abstulit, scz, homines. ¶ Si dormiatis in me-  
 dios. Ponit item alias apparitiones, Cōtinuatio: Hoc  
 dabit vobis, & hoc est [ Si dormiatis ]. i. quiescatis a  
 strepitu seculi [ inter medios clericos ], i. inter duo testa-  
 menta, vt in sententijs diuinitatis delectemini [ erunt  
 vobis ] vel sicut habet alia translatio [ sustollent vos  
 pœnæ ]. i. virtutes, quibus ad cælum possitis volare,  
 tales quæ sunt [ columbæ de argentatæ ], i. ecclesie, q̄  
 dicitur columba, propter simplicitatem, de argentata  
 vocatur

Ioan. 11.

vocatur in hac vita, propter nitorem eloquii [ & postea  
 riora eius ] .i. ea quæ sancta ecclesia expectat post hæc  
 vitam, erunt [ in pallore auri ] .i. similia auro, quia sicut  
 aurum preciosius est cunctis metallis, ita ea quæ san-  
 cti in futura vita suscipient. Alia translatio habet in vi-  
 rore auri, alia, in specie, sed idem est, cuius ecclesiæ dico,  
 existentis [ dorsi oneri ] .i. oneriferæ, quia fert onera .i.  
 depressiones huius vitæ. Per clericos ideo diuinam scri-  
 pturam intelligimus, quia clericos Græcæ, fors Latine  
 diuinam autem scripturam nullo humano arbitrio ha-  
 buimus, sed sola sorte, .i. sola dei electione habuimus.  
 ¶ Dum discernit cœlestis. Ponit alias apparitiones.  
 Hæc dabit vobis dominus, & [ dum ] .i. quia, cœlestis ]  
 .i. Christus, [ discernit ] .i. disponit [ reges ] id est, san-  
 ctos prælatos, qui bene regant & seipsum & alios. [ su-  
 per eam ] columbam, .i. ecclesiam [ dealbabuntur ]  
 illi qui sunt ecclesia interior in anima candore virtutū,  
 [ niue ] id est, plus quam nix alba sit. Habet alia transla-  
 tio super niuem. Vbi dicit super niuem, ostendit esse de  
 albaionem illam incorporalem, dealbabuntur, dico  
 [ in Selmon ] .i. in vmbra, scilicet, in Christo, qui est no-  
 bis vmbra & refrigerium contra æstus huius seculi. Sel-  
 mon namq; vmbra, interpretatur. Incipit de tertia par-  
 te. Qui Selmon .i. qui Christus [ est mons dei, mons ] di-  
 cōpinguis ] de quo fluxit omnis spiritalis doctrina,  
 qua animæ fideles impinguntur. ¶ Mons dico, & ipse  
 idem Christus est [ mons coagulatus ] secundum illos  
 quos lacte nutrit, etiam est [ mons pinguis ] secundū  
 sapientes, quos solido cibo reficit, & conuertit se pro-  
 pheta ad illos, & quandoquidem Christus talis mons  
 est, ergo vos Iudæi [ vt quod suspicamini ] vos aliquid eē  
 ad comparisonem istius montis [ montes coagula-  
 tos ], illos magnos viros: & hic reprehendit illos, q̄ dice-

Matt. 11. bant Christum Ioannem esse baptistam, vel Heliam,  
 Marci. 6. & c. ¶ Item commendatio Christi. Ipse etiam est [mons  
 2. Cor. 5. in quo beneplacitum est deo habitare] ita q̄d [in eo]  
 de quo Apl's: Erat deus in Christo, mundum sibi recō  
 filians, dico habitat in eo, [etenim dominus habitabit  
 in finem] habitationis scz, ita quod plus nō possit ha-  
 bitare. ¶ Post q̄ ostendit altitudinem Chr̄i, ostendit qd  
 inde proueniat ecclesiæ. Continuatio. Iste mons est ta-  
 lis, & alij qui putabant montes coagulati, sunt [currus  
 dei] portantes eum, quos ipse regit, sicut bonus auri-  
 ga currum, currus dico [multiplex decem milibus]  
 populis: per finitum numerum intelligimus infinitū,  
 & illa [milia] sunt [latantium] ideo, quia [dñs] est  
 [in eis] qui dñs est [in Sina], i. in mandato. Per hoc  
 notat, quod dñs est illis qui sua mandata custodiunt,  
 qui etiam dñs est [in sancto], i. in Christo, & per hoc  
 notat, q̄ ipsi in quibus habitat, sint conformes Chr̄o,  
 ¶ Et per hoc sunt isti facti currus dei, quia tu deus [as-  
 cendisti in altum] ad literam [cepisti captiuitatem]  
 i. à diaboli laqueis tuos eripuisti, qui ad expressionem  
 captiuitas appellantur: & [accepisti] à deo [dona in  
 hominibus], i. homines dona, sicut dicitur: Hic homo  
 accepit dona in cyphis, id est, cyphos accepit. ¶ Et vere  
 accepisti homines dona, quia etiam non credentes [et  
 enim non credentes] accepisti [dominum deum inha-  
 bitare] in hominibus, sicut gentiles, qui deum inter ho-  
 mines habitare non credebant, ¶ Et quia tantam mi-  
 sericordiam dedit mūdo, ideo ipse [dominus] sit [be-  
 nedictus] id est, laudatus, [die] nominato [quidie]  
 i. assidue, & quasi aliquis diceret: Quare benedicis? ga-  
 scio quod ipse ascendens, nos quoq; ascendere facit: &  
 hoc est [prosperum iter] id est, sine impedimento, sci-  
 licet, ne possint mundi obstacula impedire nos [faciet  
 nobis,



nobis, deus ] de quo possumus esse securi, in hoc enim  
 presenti dat nobis saluationes scilicet, remissiones pec  
 catorum, & hoc est, [salutarium nostrorum] & alias  
 quoq; saluationes, scilicet iustitiã, &c. ¶ Ipse etiam est  
 [deus noster] .i. noster creator, & est etiam [deus sal  
 uos facendi] quia non tantum in hac vita saluar, sed  
 etiã in æterna glorificatione saluabit. Hic incipit quar  
 ta pars. Continuatio; Et ne aliquis diceret. Tu dicis qd  
 ipse sit deus saluos facendi, sed hoc quoq; potest esse,  
 cum ipse fuerit mortuus, & sui etiam moriantur. Re  
 spondit: Bene dico quod ipse est deus saluos facendi,  
 quia istius [domini dñi] est [exitus mortis] .i. exur  
 gens, exiuit de morte, & omnes suos educet de morte  
 cum domini bis ponit, per vnum fixum. i. substantiale  
 accipimus, per aliud exercitium domini designamus  
 tanq̃ si diceret, domini dominantis. ¶ Veruntamen,  
 Iste est deus saluos facendi, [veruntamen] iste [deus  
 confringet] .i. annihilabit [capita] .i. mentes, vel ere  
 ctiones [inimicorũ suorum] & etiam confringet [ver  
 ticem capilli] .i. extollentiam & eleuationem cogita  
 tionum, scilicet cogitationes philosophorum, & pro  
 fundas sententias eorum, & sectam hæreticorum, de  
 quibus eleuabãtur & superbiebant, verticẽ dico [per  
 ambulantium] .i. præseuerantium [in dilectis suis].  
 Per capillos ideo cogitationes accipim⁹, quia sicut ca  
 pilli adhærent capiti, sic cogitationes mēti, bonæ aũt  
 cogitationes adornant mentem, malæ deturpant.  
 ¶ Dixit dominus: Quosdam confringet, quosdam ad  
 se cõuertet, ita quod alios faciet martyres: alios vero  
 faciet prædicatores, & ad hoc confirmandum, inducit  
 dominum sic: [Dixit dominus] ego [conuertam] ad  
 me aliquos [ex Basan] .i. ex cõfusiõe, vel ex ariditate:  
 Basan nãq; confusio vel ariditas interpretat̃. Quosdã  
 y v. enim

enim qui prius erant cōfusi in peccatis, vel in ariditate iustitiæ, conuertit ad se deus: & etiam [cōuertam] ad me quosdā existentes [in profundo maris], i. in profundo vitiorum. ¶ Vt intingatur, dicit propheta. Continuatio. Tu deus conuerteres eos, & ita conuertentur, [vt pes tuus] i. conuersi ad te, qui te portant in se, qui pes prius intingebatur in delectatione huius vite, modo [intingatur in sanguine], i. ducatur etiam vsq; ad effusionem sanguinis, & [ex inimicis] tuis fiat [lingua canum tuorum] i. fiant optimi prædicatores, & bene latrantes, & dei ecclesiam defendentes, sicut canes circa dominorum suorum domos vigilant, & hoc nō procedet [ab] eis, sed à te [ipso]. Alia enim translatio habet, te ipso. Vel sermo potest dici conuersus sic: Dominus cōuertet, & tu popule ita conuerteris, vt pes tuus, i. affectio tua intingatur in sanguinem i. prona sit ad effusionem sanguinis, & ex inimicis dei fiat lingua canum tuorum i. peccatorum tuorum, scilicet, qui sunt de gente & de consortio tuo, & hoc nō a te, sed ab ipso deo erit. ¶ Viderunt ingressus. Pes tingetur in sanguine, lingua canum tuorum fiet ex inimicis, & hoc totū per hoc fiet, quia o[mn]i [deus] illi qui conuertuntur, [viderunt ingressus tuos], i. opera tua, quæ in mundo operatus es. Vel tui ingressus ideo dicit, quia deus prius alienus erat a mundo, sed per misericordiam suam ingressus est in mūdum, & vt determinet ingressus illos esse Christi, dicit: [Ingressus dei mei, regis mei, qui est in sancto] i. qui habitat in dominico homine, scilicet Christo, & hic aperte incarnationem insinuat. ¶ Præuenerunt. Per hoc conuerterentur, quia viderunt ingressus dei, & per hoc etiam, quia [principes] i. apostoli, qui sunt principes in ecclesia, [præuenerūt] eos, quia prius credentes, se alijs fidei & bonæ operationis exem-

exempla dederunt, & hoc non soli, sed [coniuncti] .i. comitati multis [psallentibus] .i. bene ad honorē dei operantibus, & ne aliqui crederent, quod solis viris daretur gloria illa, sic quidam heretici putauerunt, addiderunt etiam illi principes [in medio iuencularum] id est, mulierum, quas ideo iuenculas vocat, quia à verustate peccati innovantur per gratiam dei. Vel per iuenculas possumus accipere communiter ecclesias, quia per gratiam dei à verustate peccati innovantur: iuencularum dico [tympanistiarū] qui tympanizant deo per mortificationem carnis, & sunt sicut corium mortuorum animalium. ¶ In ecclesijs. Incipit pars quinta. Continuatio: Principes praeuenerunt, & cetera bona dedit, & propter haec omnia vos fideles [benedicite deo in ecclesijs] ubi est loc⁹ benedictionis, quia qui extra ecclesiam sunt, deum digne laudare non possunt, deo dico [domino] quia deus & dominus est, benedicite dico [de fontibus] id est, propter fontes, scilicet, propter sanctos apostolos, qui nos spiritali doctrina reficiunt: fontibus dico [Israël] id est, procedentibus ex Iudaea, vel in ecclesijs potatis de fontibus Israël. ¶ Ibi, Bene dico propter fontes, quia [ibi] id est, in ecclesia, sunt fontes, scilicet, Paulus & alij apostoli, & hoc est, [ibi Benjamin] id est, Paulus, qui fuit de tribu Benjamin, id est, in adolescentia conuersus, Vel [adolescētulus] scilicet, deposita verustate legis, in Christo innovatus, & hoc est, [in mentis excessu] id est, timore, quia per timorē conuersus fuit. Nota duos esse excessus. Vnus excessus est, quando humana mens transcendit vsque ad ipsum deum, haec mūdāna praeteriens. Vnde Paulus: Siue excedimus mente, deo excedimus: & de hoc etiam excessu possumus & hic dicere, & Paulus fuit raptus vsq; ad tertium caelum.

Act. 9.

2. Cor. 5

Cor. 12.

Alius



Alius excessus est, quādo homo per timorem extra se rapitur. ¶ Principes & duces eorum, qui sunt in ecclesia, sunt principes Iuda] .i. apostoli sancti de tribu Iuda, [ principes Zabulon, & principes ] de tribu [ Nephtalim, duces sunt eorū ], & ideo ponit has quatuor tribus, quia de his fuerūt nati apostoli. Beniamin interpretatur filius dextræ: Iudas confitens: Zabulon, tabernaculum fortitudinis: Nephtalim, latitudo. Hæ interpretationes non sunt hic necessariae. ¶ Manda. Et per istos tales [ māda ] .i. notifica [ virtutem tuam ] .i. potentiam tuam per mundum, & per istos [ confirma hoc quod operatus es in nobis ] fidem & charitatem, & spiritum sanctum, incipiendo [ à templo tuo ] .i. à sanctis tuis, in quibus tu habitas, [ quod est in Hierusalem ]: quia in Hierusalem spiritus sanctus primū apostolis fuit datus, & deinde per ipsos, & per ministros eorum datus est alijs hominibus. Et vere cōfirmabis, quia per hoc [ reges ] .i. seipsos bene regentes, [ offerēt tibi munera ] .i. seipsos & alios. Alia translatio ponit hoc sub operatione, offerātur munera. Vel sicut alia littera habet, virtuti tuæ, secundum quod ita dicemus: Et quia huiusmodi sunt in ecclesia, per quos potest p̄fici quod cœpisti, ergo manda .i. præcipe virtuti tuæ .i. filio tuo, & per eum, & per ministros tuos confirma hoc quod operatus es in nobis, ¶ Increpa feras arundinis. Et ut offerantur tibi munera [ increpa ] .i. conuince [ feras ] .i. hæreticos, qui laniant ecclesiam dei, sicut fere oues: feras dico [ arūdinis ] .i. conuersantes inter arundines, scilicet, inter mobiles homines, qui cito possunt moueri à proposito, tales enim aggrediuntur hæretici, nō perfectos viros. Vel feras arundinis dicit, quia sicut arundines in paludibus nascuntur, ita hæretici in paludosis sententijs versantur. Et necesse est ut increpes, quia  
[ con-

[congregatio taurorū] .i. hæreticorum, qui sunt ceruicofi tauri, est [in vaccis populorū] .i. in populis qui cito sequuntur quod audiunt, vt vaccæ taurorū, congregatio dico ad hoc facta, [vt excludat eos, qui probati sunt argento] .i. diuino eloquio ab illis quos vocauit vaccas, scilicet, vt faciant, ne illi inferiores sequatur probatos viros. Vel [vt, excludant] .i. diuidant à se eos qui probati sunt argento, cum autem diuidunt se hæretici ab eis, manifestant eos esse bonos, à quibus se separant. Vnde Apostolus: Necessè est vt veniant hæretes, vt qui probati sunt, manifesti fiant. ¶ Inrepati, i. Cor., 11. [dissipa] ne conueniant in vnam voluntatem [Gentes] .i. hæreticos, [qui volūt bella] .i. litigia contra fideles, & vere dissipabis, quia [venient legati ex Aegypto] .i. aliqui conuertentur ex ignorantia peccantes. Aegypt<sup>9</sup> enim tenebræ interpretatur, per quod intelliguntur ignoranter peccantes, sed etiam nigri grauibus peccatis conuerterentur, & hoc est: [Aethiopia] .i. nigri in peccatis. Aethiopia enim nigredo interpretatur, æthiops niger [præueniet manus eius] Aegypti, .i. indignitate superabit operationes Aegypti: [deo] .i. ad honorē dei, propter hoc dicit præueniet, quia quanto maioribus peccatis aliquis inuolutus est, tanto magis pœnitens dignū fructū facit deo. Alia trāslatio habet: Aethiopia festinabit man<sup>9</sup> dare deo, & dicitur ex similitudine, quia sicut aliq̄ victus tendit manus suas victori, sic Aethiopia .i. nigri in peccatis, cognoscentes se esse victos, dabūt man<sup>9</sup> suas deo victori, suo. Vel Aethiopia cōuicta, deo præueniet man<sup>9</sup> .i. vindictas dei. Bene dicit, præueniet, quia prius credent, q̄ deus vindicer se de eis. ¶ Quia ita conuertentur ad deum, ideo [regna terrę] .i. homines de omni regione terra [cāitate deo] voce & corde, & [psallite] illi [dño] bona opera-

operatione. ¶ Psallite deo, Incipit sexta pars. Propter hoc psallite, & etiam propter hoc, quia ipse dabit vocem virtutis voci suæ [ psallite deo, qui ascendit super cælum cæli ] ad literam, Vel seper supremum ordinē angelorum, [ ad orientem ] quia in Orientali parte, ad literam, quia in monte Oliueti, qui est in Orientali parte. Hierusalem erat dominus quando ascendit, & illud factum Christi hoc nobis significauit, quod ipse esset verus oriens, qui totum muudum illuminaueret. Alia translatio habet, ab Oriente. ¶ Ecce dabit. Ideo dico psalite, quia [ ecce ] quasi in manifestatione dominus iste [ dabit voci suæ ] quæ in hoc mundo humilis fuit, [ vocem virtutis ] id est est, virtuosam faciet vocem suam, quæ vox erit, cum venerit ad iudiciū, qua voce omnia resuscitabūtur corpora, & ideo quia tantus est, quod dabit virtutū voci, vos omnes [ date gloriam deo ] .i. ostendite eum esse gloriosum & dicitis & factis, deo dico regnanti [ super Israël ] id est, super omnes videntes deum, quia ] magnificencia eius ] dei, scilicet, quod suos faciet magnos, scilicet, impassibiles & immortales, erit [ in nubibus ] iam sanctis, [ & virtus eius ] : quia nihil poterit imperio eius resistere, sed omnia fient quæ voluerit : iterum [ in nubibus ] . ¶ Mirabilis. Et quid per singula curram? [ Mirabilis erit deus in sanctis suis ] id est, mirificos faciet eos, & non tantum in alia vita, sed etiam in hac vita : & hoc est, [ deus Israël ipse dabit virtutem ] contra aduersa [ plebi suæ, & fortitudinem ] id est, longanimitatem perseuerantiz, & ideo sit [ benedictus deus ] ab omni populo.

IN PSALMVM LXVIII.

Titulus. In finem pro his commutabuntur  
psalmus ipsi David.

Salutū



**S** Aluum me fac deus]. Psalmus iste conuenit Dauid significato, id est, Christo, qui hic loquitur, & dirigit nos in finem, id est, in Christum, psalmus dico habitus pro his qui cōmutabuntur. In hoc enim psalmo agit Christus de passi one sua, propter quam deum rogat pro liberatione hominum à malo huius vitæ veluti cum dicit: Eripe me de luto, vt non infingar: & alijs plurimis locis, & alibi planè affirmat eorū commutationem vbi dicit: Quoniam deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ, & alijs locis. Cōmutabuntur enim homines in hac vita per passionem Christi, de vetustate Adæ, ad nouitatem Christi, & tandem de corruptela ad in corruptionem. In hoc psalmo materia est: Christus, passus secundum fragilitatem humanæ naturæ, & exequitur passiones suas per multas partes ipsius passionis, agit quæ aliter hic de passione, quam in alijs fecit, quia hic inducit ipsam passionem vsq; ad consummationem, cum dicit: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Habet quinque partes psalmus iste. Modus: In prima parte petit saluari, & ostendit mala quæ sibi iniuste inferuntur à Iudæis. In secunda parte, quæ incipit: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita, ostendit mala illa nō esse illata sibi ex merito suo, & petit, vt illi qui vel viuētes sperantes in eo, vel qui ipsum mortui expectant, redimi non frustrent. In tertia vero, quæ incipit: Ego vero orationem meā ad te domine, petit suos liberari à malitia huius vitæ, per passionem suam. In quarta, quæ incipit: Fiat mēsa eorum coram ipsis in laqueum, ponit mala quæ optat Iudæis puenire p sua passione, & tantum valet sua optatio, quantū si affirmaret. In quinta parte, que incipit: Ego sum paug & dolēs, ponit bona quæ

quæ eueniunt iustis de sua passione. Intentio est, nos  
 inuitare ad patientiam, sicut in alijs, vbi de passione a-  
 git. ¶ Et incipit à petitione suæ liberationis sic: [Sal-  
 uum me fac deus] ne me possint inimici retinere in  
 morte, & opus est, quoniam aquæ ] .i. populi Iudaici  
 [intrauerunt ], .i. magis mala inferendo accesserunt,  
 [vsq; ad animam meam ] tollendam, sicut aquæ quæ  
 intrant in nauem sufficientes ad hominum submersio-  
 nem. ¶ Infixus, sum in limo, Dico quod intrauerunt,  
 ad animam meam tollendam, & tulerunt, & hoc est,  
 [infixus sum ] .i. ita datus sum in potestatem eorum,  
 quod omnino de corpore meo facerent quicquid vel-  
 lent, infixus sum dico [in limo ] id est, in manibus Iu-  
 dæorum, qui sunt limus id est, corruptio secundum  
 humanam naturam: limo dico [profundi] quia faci-  
 unt se profundos in neq;tia sua, [ & non est ] illis [sub-  
 stantia ] .i. substantia, quia nō potui eis secundū me-  
 am humanitatem resistere. Vel, nō est substantia ipsi  
 Iudæis, .i. vera existentia, quia nō persistunt, sicut à deo  
 creati sunt. ¶ Veni in altitudinem. Non ideo sum infi-  
 xus, quod non potui præcauere, sed sponte me obruli,  
 & hoc est, [veni ], .i. nulla coactione, sed spōtanea vo-  
 lūate [in altitudinē maris ], .i. inter Iudæos, qui dicunt  
 mare, ppter amaritudinē vitę: altū ppter supbiā, [ &  
 tēpestas demersit me ] .i. seditiosa cōmotio eorū occi-  
 dit me. ¶ Et de hoc nō sunt excusabiles, q̄a clamaui eis  
 ostēdo ea non esse facienda, quę mihi faciebant, & hæc  
 [ clamans, laboraui ] .i. multum clamaui, vel laboraui  
 quia multum clamando, nihil profeci, & tunc dicitur  
 aliquis laborare, quando non potest, quod intendit,  
 proficere, & [ fauces meæ sunt factæ raucæ ] .i. similes  
 rauco, quia sicut raucus non intelligitur, sic nec ego  
 intellectus sui, & [ oculi mei defecerunt ] in morte: vel,  
 oculi,

oculi, id est, apostoli [defecerunt] id est, dubitauerunt, scilicet, fugierunt in morte domini, & hæc omnia mihi ideo euenerunt, [dum] id est, quia, [spero] non in lege, sed in deo, vel [in deum meum] quia adhuc melius ab eo expecto. ¶ Multiplicati sunt. Postquam ostendit per similitudines mala sibi illata, ostendit manifeste. Ad hoc continuatur: Nec mirum si oculi mei defecerunt, quia inimici mei multi fuerunt & fortes, & hoc est, [qui oderunt me gratis] id est, sine causa, sunt multiplicati [super capillos capitis mei] id est, plures sunt facti, quam amici, qui dicuntur capilli, quia ita adherent mihi, & ornant me sicut capilli ornant caput. Vel super capillos capitis, ad literam, ut per hoc noter infinitos inimicos. ¶ Et non tantum sunt multi, sed etiam [confortati sunt] id est, fortes facti sunt, cum uiderunt sibi conuenire, quæ uoluerunt [inimici, qui me persecuti sunt iniuste] quia multa bona feceram eis, & [tunc] etiam in illa tribulatione [exolvebam] id est, pœnas solvebam, pro his [quæ non rapui] id est, pro peccatis, quæ non perpetravi. ¶ Deus, Incipit de secunda parte. Bene dico, quia [tu deus scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita]. i. scis me hæc pati non propter ea quæ ego fecissem per insipientiam. i. per ignorantiam, vel propter aliqua delicta mea sed propter peccata meorum. ¶ Et quia non ex mea culpa patior, ideo o [domine] illi [qui expectant te]. i. illi qui detinentur in inferno, qui expectant educi per me [non erubescant]. i. non frustrentur [in me] sed habeant liberationem in me, quam expectant, & obtineant, tu dico [deus virtutum]. i. angelorum, quia certum est, quod bene poteris facere. ¶ Et etiam illi [qui quarunt te] id est, intelligunt te esse in me, illi dico [Israël] id est, videntes deum, quia nisi essent videntes de



um, credere non possent, quod deus esset in tam afflicto homine, illi tales [ non confundant ] .i. pro sui frustratione confusi nō sint [ super me ] .i. de me. ¶ Dico non confundantur, nec debent confundi, quoniā passio mea digna est, qua redimantur, & hoc est: [ quoniā ]

**Ioan. 7.** propter te sustinui obprobriū ], vt cum dicerent: Daemonium habes, & similia, & etiam [ confusio ] facta de colaphis & sputis [ operuit faciē meam ] .i. ex omni parte circumdedit me: veluti cum dicerent: Prophetiza nobis Christe, quis te percussit? ¶ Exequitur passionem: [ Extraneus factus sum fratribus meis ] id est, cognatis secundū carnem: [ & ] etiam [ filiis matris meę ] i. synagoga. qui mecum in synagoga legem audierant, in qua possent cognoscere, me esse promissum redemptorem, sum factus [ peregrinus ] quasi ignotus, quasi non possent morari apud eos, nisi vna nocte tantum. Synagoga dicitur mater Iudæorum, quia p̄ceptis veteris legis pascebat eos. ¶ Et ideo factus sum peregrinus, [ quoniam zelus domus tuę ] a qua eieceram vendentes & ementes, [ comedit me ] id est, vsit me interius, & hic notatur maxima affectio ipsius, quia ipse eiecit eos, & indignati erga eum, machinati sunt ei mortem, [ & obprobria ] eorum in deserto te tentantium: & idola colētium, & hoc est: [ exprobrantium tibi ] illa inquam obprobria, [ ceciderūt super me ] quasi graue pondus. ¶ Et tunc ego me erga eos iratum non ostendi, sed [ operui animam meam ] .i. voluntatem meā, [ in ieiunio ] .i. cum essem ieiunus ab illis. i. cum non possem mihi in incorporare aliquos eorum. Vnde supra, humiliabam in ieiunio animam, & quod eos ita patienter sustinui, quod me sic operui [ factum est mihi in obprobrium ]: quia quāto eram, apud eos humilior, tanto eis eram vilior. ¶ Exequitur passio-

passionē, Continuatio: Operui ieiunio animam meā  
 [ & posui vestimentum meum cilicium ] scilicet, tristitiam ostendi, faciens me similem illis, qui vestiuntur cilicio, scilicet, pœnitentibus. Nunquam tamē legitur historialiter, cilicio dominū fuisse indutum, sed semper in tristitia se habuit, & nunquam risit, [ & factus sum illis in parabolam ]. i. de quo totam parabolam suam facerent. Vel, in parabolam. i. in similitudinem, quia p similitudinem mei, alijs maledicebant. Vel locutus in parabolam, scilicet, non loquens eis alta secundum sapientiam meam, sed in similitudine, vt melius intelligerent. ¶ Item exequitur, dicens, illi etiam [ qui sedebant in porta ]. i. in compito, vbi multi conueniebant [ loquebantur aduersum me ], & illi [ qui bibebant vinum ]. i. conuiuæ quicunq; scilicet, quicunq; in his secularibus delectātes, [ psallebant in me ]. i. deridebāt me. ¶ Ego vero orationē meam. Pars quarta, in qua Christus ostendit, quomodo inter tribulationes se habuerit, scz, q; pro suorum liberatione orauit. Continuatio: Illi in me psallebant, [ ego vero orationē meā direxi ad te dñe ] decēs: ecce [ tēpus beneplaciti dñs ] Beneplaciti dico, nō ī meritis hominū, sed [ in multitudine misericordiæ tuæ ], & quia tam ó dñe tempus est, ideo [ exaudi me in veritate salutis tuæ ]. i. dando salutem mihi & meis, & per hoc verax appareas, ¶ Exaudi dico, scilicet, [ eripe me ]. i. meos, [ de luto ] id est, de peccato, non quin mei rangant illicitum, quia nullus potest esse sine peccato, sed [ vt non infigar ], i. mei ex se peccatis nō adhæreant, & nō tantū vt non infigant mei ex se, sed [ libera ] etiam [ me ]. i. meos, [ ab his q; oderunt me ]. i. ne per impulsione[m] aliorum ducantur in peccatū, [ & ] libera etiam [ de profundis aquarum ]. i. a profundis illis nequissimis. Vel [ libera meos

de profundis aquarum ] .i. de prosperitate , in qua est facilis lapsus ¶ Ira scilicet libera, non quod non habeant tribulationes, sed ne demergatur, & hoc dicit [ nō demergat me tempestas aquæ ] .i. commotio populi in peccatum ducendo, & si aliquando demergat aliqua tempestas, o domine deprecor, vt [ profundum non absorbeat me ] .i. mei non deducantur in desperationem. Vnde dicitur: Peccator cum venerit in pfunditatem vitiorum contemnet, & [ puteus ] .i. profunditas nequitie huius mundi [ non vrgeat os suum super me ] .i. non deducant meos, quin quandoq; possint emergere, etiam de desperatione, hoc dicitur à similitudine cadentis in puteum, qui si os putei claudatur, non potest egredi. ¶ Dico non vrgeat, sed potius [ exaudi me ] .i. meos, [ domine ] & securus sum quod exaudies, [ quoniam misericordia tua benigna est ] .i. larga, quia nullum despicias clamantem ad te: & [ respice i me secundum multitudinem miserationum tuarum [ q̄s exhibuisti patribus antiquis sicut Danieli in laculeonum, & Noë in aquis diluuij, & cæteris. ¶ Dico respice & hoc per me, & hoc est: [ ne auertas faciem tuā à puero tuo ] .i. à me seruo tuo, sicut alia translatio habet. Se vocat puerum propter innocentiam, de quo ipse in Euangelio, cum alium statuisset in medio eorum, tamē dixit: Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cælorum. Ne auertas dico, sed potius [ exaudi me velociter ] non differas meam resurrectionē vsq; in communem resurrectionem, [ quoniam tribulor ] & ideo hoc dico. Ne auertas faciem tuam, sed potius [ intende animæ meæ ] considerans quanta innocentia tibi seruerim [ & libera eam ] & non tantū propter meipsum libera me, sed & ] propter inimicos meos eripe me ] quia nō est dignū, vt inimici mei de mea

afflicti-

Dani. 14.  
Gc. 7. 8.

Matt. 18.



afflictione gaudeant. ¶ Et debes eripere, quia tu vides mala quæ mihi fiunt, propter quæ debes erga me ad misericordiam commoueri, vnde dicit [ Tu scis improperium meum ] .i. cognoscis, quam turpia verba mihi inferunt [ & ] scis [ confusionem meam ] quam habebam, vt illi putauerunt, cum alios saluos facerē, & me ipsam saluare non possem [ & ] scis [ reuerentiã meã ] .i. illa vilia quæ ego sustineo, & reuerenda, vt sputa, colaphos. Alia translatio habet, ignominiam vel verecundiam. ¶ Me vides afflictum, & etiam qui me affligit, vnde debes ad indignationem contra eos commoueri, & hoc est: [ in conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me ] & illã tribulationē spõte sustineo, quia [ cor meum ] .i. voluntas mea [ expectauit improperium ] in dictis, [ & miseriam ] in factis. ¶ Et sustinui ] .i. expectaui, [ qui simul contristaret ] .i. qui mihi condoleret, quod exigit natura, vt cum videant homines aliquē afflictum, condoleant ei [ & ] tamen [ non fuit ] qui condoleret [ & ] sustinui [ qui consolaretur ] me, transendo ad meam doctrinam [ & non inueni ] aliquē qui consolaretur me. ¶ Et dederunt in escã meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto ] quoniã non dederunt aliam escam vel potum, nisi acetum cum felle mixtum, & hoc figura fuit, cum enim ipse sitiret salutem eorum, non habuit refectionem ex eis, sed exhibuerunt ei amaros & diros mores. ¶ Fiat mensa eorũ. Pars quarta. Cõtinuatio: Iudæi dederunt mihi malã escam, & malam escã dedit eis deus, & hoc est, mensa eorũ ] i. scriptura eorum, quæ est eis proposita ad refectionem [ fiat illis ] Iudæis [ in laqueũ ] vt per ipsam scilicet illaqueentur, & conuincantur, sicut hodie completũ est in illis, nam Christiani eos per legē sæpissime errare cõuincunt, & legis gladio legē obseruãtes iugulãt, fiat [ etiã ]

Lucæ. 21.  
Matt. 26

eis [in retributiones] quia pro lege quam non custodiunt,  
 deus eis mala retribuit, & has retributiones exequitur,  
 [ & in scandalum ] .i. de eis habeant scandalum & offensionem,  
 vel inter se, vel inter Christianos, & hoc [ coram ipsis ]  
 ut ipsi bene cognoscant se errare, & bene Iudaei sciant  
 gentiles legem suam habere, per quam ipsi ipsos Iudaeos  
 peccare convincunt. Retributiones has, scilicet, [ obscuratur  
 oculi eorum ] .i. ratio eorum, [ ne videant ] .i. ne intel-  
 ligant veritatem, [ & dorsum eorum ] .i. ratio eorum quae  
 dorsum dicitur, quia sicut dorsum hominis erectum, est  
 sic ipsa ratio semper debet erigi ad caelestia, sed [ semper ]  
 est [ in curua ] in concupiscentia terrenorum. ¶ **Alia**  
 retributio, [ Effunde ] .i. abundanter immitte [ super  
 eos ] ad compressionem eorum [ iram tuam ] .i. vin-  
 dictam tuam, & illa grauis sit diuturna, [ & furor irae tuae  
 comprehendat eos. ] ¶ **Item retributio. Continuatio:**  
 Effunde iram tuam, scilicet, [ habitatio eorum ] .i. domus,  
 & agri, & vineae, [ fiat deserta ] ab eis, [ & in taberna-  
 culis eorum ] .i. in celebribus locis eorum, ut in templo,  
 & synagoga, & capitolio, [ non sit ] aliquis eorum [ qui  
 inhabitet ]. Quod dicit, inhabitet, & non per se habi-  
 tet, notat quod magna affectione habitant in locis illis.  
 Haec operationes sunt in eis completae, in destructione Titi  
 & Vespasiani. ¶ **Haec omnia mala ideo eis euidentur,**  
 [ quoniam persecuti sunt ] me filium tuum, [ quem tu  
 percussisti ] exponendo eum miseris huius mundi, fa-  
 ciendo passibilem & mortalem, [ & super dolorem vulnerum  
 meorum addiderunt ] vulnerabant Christum, cum ei nole-  
 bant credere, & inde dolebat, & super illum dolorem multa  
 mala ei inferendo, dolores multos alios addiderunt. ¶ **Et**  
 quia malum mihi super malum addiderunt [ super iniquitatem  
 eorum ] quam fecerunt in seruos missos in vineam, quia  
 prophetas missos ad eos colendos occiderunt, [ appo-  
 ne

ne iniquitatē] aliam scz, vt me ipsum hæredem vineæ  
interficiant, ad cumulū suæ nequitia, [ & non intrent  
in iustitiā tuam ] .i. non conuertantur ad te. ¶ Alia re-  
tributio: [ Deleantur ] etiam [ de libro viuentiū ]. Li-  
ber vitæ est præscientia dei, cui nihil ascribi vel deleri  
potest. Oēs enim in illo præsciti sunt, vel ad mortē, vel  
ad vitam, sed secundū iudiciū humanū quidā dicuntur  
ascribi, quidā deleri, Iudicam⁹ enim quosdā, quos pri-  
us malos vidimus, si conuertantur, & bene operētur,  
quod tunc in libro vitæ ascribantur, si autem qui prius  
boni reputati sunt, ad malū conuertantur, eos de libro  
vitæ deleros esse iudicamus, & secundū hoc dicit: De-  
leantur ipsi Iudæi de libro viuentium, scz, lex eorū, qui  
prius iusti reputati sunt, inutilis & damnosa appareat,  
[ & cum iustis ] .i. Gentibus, [ non scribantur ] Iudæi,  
quia Gentes nouam legem recipiunt, per quod ascribi  
in libro vitæ iudicantur: Iudæi non scribuntur .i. non  
recipiunt innovationem, quam saluandi accipiunt,  
¶ Ego sum pauper, Pars quinta. Continuatio. Illis ita  
contingat, ego autē aliter mereor ad op⁹ meorū, quia  
[ Ego sum paup ] pro eis iustis mundanis. Vnde Apo. 2. Cor. 8.  
stolus: Christus cum diues esset, pauper pro nobis fa-  
ctus est: [ & etiā sum [ dolēs ] de ex cæcatione humani  
gñis, & p hoc pmerebatur, vt sui saluarent, sed tamen  
o [ deus salus tua ] .i. filius tuus, [ suscepit me ] vsq; ad  
confessionē dei patris, & per hoc ostendit potentiam  
q̄ possit saluare suos. ¶ Et q̄ sal⁹ tua me suscepit, ideo  
[ laudabo ] in meis [ nomen dei cum cantico ] .i. cum  
exultatione, [ & in laude ] illa [ magnificabo eum ] .i.  
magnū & omnipotentē prædicabunt mei eum. ¶ Et ]  
laus illa [ placebit deo ] super oīne legale sacrificiū, &  
hoc ostendit per partem sacrificiorū, cum dicit, [ super  
vitulum nouellum cornua ] pro ducētem & vngulas ]  
z iij. Alle-



Allegoria huius talis est, licet hic non habeat locum. Per vitulum illum intelligimus populum innouatum, per cornua, munimenta ecclesiæ, quibus ipsa munda hæc cõtemnit, cū dicit producentē, significat sanctos in munimentis semper procedere. i. crescere. ¶ Dico, q̄ placebit deo super vitulū, & hoc [videant] .i. intelligant [pauperes] qui de illis animalibus non poterant sacrificia facere, [ & latent ] scientes modo magis posse placere deo per iustitiã, q̄ diuites per vitulos: & cõuertit se ad ipsos pauperes, & o vos pauperes hoc intelligentes, [quærite deum, & viuet anima vestra] vera vita. ¶ Et debēt pauperes letari, [qm̄ exaudiuit pauperes dominus, & vinctos] in peccatis, per quod videntur repudiandi à deo, [non despexit] dñs, vinctos dico [suos] .i. quærentes eum, & quamuis sint vincti in peccatis, tamen aspirant ad eum. ¶ Pauperes exaudiuit, & etiam saluam faciet Sion, & quia res magna erat quam dicebat, præponit de hac re quandam admonitionem, vt omnis creatura laudet inde deum, & hoc est: [Laudēt illum cœli] .i. cœlestes, [ & terra mare, & omnia reptilia in eis. ] Homo rationabilis creatura laudet dñm, & per hominem omnis creatura, quia ipsa substantia homini est causa, quare ipse laudet dñm, quod nisi homo saluatus eēt, nulla res laudaret dñm. ¶ Ideo laudent, [quoniam deus saluam faciet Sion] .i. speculantes, scilicet, ecclesiam [ & ] illi saluati non erunt pauci, sed per ipsos [ædificabuntur ciuitates] id ē, ecclesiæ [Iudæ] id est, Christi, qui fuit de tribu Iudæ. ¶ Et ibi inhabitabunt [homines, non ad horam, sed] acquirent eam hæreditate] vt possideant eam in æternum. ¶ Et non vna solum gñatio iustorum habitabit in ea, sed p omnes successiones [ & semen] id ē sequaces & imitatores [seruorum] eius] id est, prophetarum, [possidebit

bit eam ] Sion, & ostendit quos semen vocet, sic: [ qui diligunt nomen eius ] .i. dei, [ habitabunt in ea. ]

## IN PSALMVM LXIX.

Titulus. In finem psalmus Dauid in rememoratione, eo quod saluum fecit eum domiuus.

**D**Eus in adiutorium meum ]. Psalmus iste conuenit Dauid .i. omni iusto, quia hic loquitur quilibet iustus, psalmus dico habitus in rememoratione, habita de eo quod saluum fecit eum domiuus. Memor enim saluationis & beneficiorum, quæ deus contulit mundo, sicut in alio psalmo ostensum est, securus petit liberari, licet multa mala vrgeant. Materia est quilibet iustus, qui loquit. In prima parte petit liberari à malis instantibus, & inimicorum conuersionem. In secunda parte, quæ incipit: Exultent & lætentur, petit æterna beneficia, & reddit securum se cum dicit: Ecce deus adiuuat me. Intendit nos securos reddere de æterno bono, quãuis vrgeamur, nos istis malis. ¶ Et dicit: [ Deus intende ] .i. intentum te præbe, cõferendo gratiam, [ in adiutorium meum ] vt ad superanda vrgẽtia mala me adiuues, cum dicit, in adiutorium meum intende, ostendit se aliquid operari per arbitrium liberum, & petit diuinum auxiliũ ad cooperandum, dico intende, [ & festina ad me adiuuandũ. ] ¶ Me adiuuabit, & hoc videntes [ qui quærent animã meam ] vt tollant eam, & hoc proprie possunt dicere martyres, [ confundantur ] de peccatis suis, [ & reuerentur ] .i. timeant te iudicem. ¶ Et nõ solunthi quærent animã meam, sed etiam hi [ qui volũt mihi mala auertãtur retrorsum ] à proposito suo, [ & erubescãt ] .i. conuersi habeant erubescẽtiam de malis quæ fecerunt, ¶ Et etiam illi [ qui dicunt mihi ] .i. ad meum de-

decus, [euge euge] id est, bene bene, cū vident aliqua mala euenire, insultātes ei, dicunt: Ecce apparet quod non sit bonus, ipsi tales [erubescerent auerterantur statim] i, sine mora, vt eorum conuersio non moreretur. Vel, q̄ dicūt, euge euge, applaudantes illis, qui mala faciunt, vt si aliquis detruat ciuitatem, & dicant ei: Ah quā bene factum est, bene quidem. Vel eis qui hęc faciunt mihi, ad damnum meum, quia eorum iniquitas est damnum meum. ¶ Exultent. Ipsi auerterantur, sed omnes qui quærunt te] deum, & [exultent & lætententur] non in rebus temporalibus, sed [in te] solo. Exultant enim iusti in hac vita, securi quod æternam vitam possidebūt: [ & ] omnes [qui diligunt salutare tuum. i. filium tuum, memores saluationis, collatę sibi à deo per filium, [dicāt semper] corde, voce, & opere, [magnificetur dominus] non q̄ ipse in se possit magnificari, sed quia quantū ad ipsos magnificantes, quā ro magis eum magnificant, maior semper & altior intelligitur. ¶ Dicant dominus magnificetur, de se vero dicat vnusquisq̄, ego egenus bonis temporalibus, & pauper spiritualibus, & licet habeat aliqua spiritualia, non tamen sufficiūt ei. [Ego vero sum egenus & pauper] sed tamen hoc non impedit me, quia [deus adiuuat me] ad bene operandū, per q̄ sum securus de æterno bono, & hic apte innuit se esse memorē beneficij, sicut in titulo p̄posuit. ¶ Et bene dico, q̄a de⁹ adiuuat me, quia [tu es] o deus adiutor meus] ad bene operandum, [ & liberator meus] à malis, & hoc tantum restat mihi petere, [domine ne moreris] sed fac quod facturus es, scilicet, duc me ad gloriam.

## IN PSALMVM LXX.

Titulus. Psalmus David filiorum Ionadab,  
& priorum captiuorum,



**I**N te domine ]. Psalmus iste est David, vel alicuius  
 iusti, non tantum loquentis in persona sua, sed in  
 persona iustorum omnium tēporum, filiorum est  
 Ionadab, & priorū captiuorum. Legitur in historia, q̄  
 Hieremias corrigens populum Israēliticum, quod nō Hier. 35.  
 obseruaret mandata dei, & propheterans eis, pro illa o-  
 bedientia, captiuitatem futuram eis, filios Ionadab  
 in exemplum proponebat, prædicans eis, quod sicut  
 illi mandata carnalis patris obseruabant, sic isti poti-  
 us dei patris deberent obseruare mandata. Ionadab  
 naq̄, qui spontaneus domini, vel populi interpre-  
 tatur, sacerdos fuit denotus deo, & iste correxit filios,  
 ne vinum biberent, id est, delectationibus huius vi-  
 tæ inebriarentur, & ne domos sibi ædificarent, sed in  
 domo domini degerent, scilicet, intelligerent non ha-  
 bere se hic manentem ciuitatem, sed domino seruien-  
 tes, ad superna tenderent. Intelligens autem Ezdras  
 David proposuisse hominibus contumacibus, & non  
 seruantibus mandata dei sui, filios Ionadab, id est, iu-  
 stos, obediētes deo, & sperantes in eo, dixit hunc psal-  
 mum esse priorum captiuorum, id est, illorum con-  
 tumacium, qui mandata dei non obseruant in hac vi-  
 ta: non quod de ipsis agatur in hoc psalmo, sed quod  
 ipsis contumacibus proponuntur in exemplum filij  
 Ionadab, id est, sperantes in domino, ad hoc, vt per  
 exemplum eorum corrigantur. Priores captiui, dicun-  
 tur vitæ istius homines, de qua possunt exire captiui,  
 sicut Iudæi exierunt de captiuitate Babylonica: secun-  
 da enim futura est, de qua nemo egredietur. Vel si si-  
 ne, & filiorum Ionadab, priorum captiuorum dice-  
 mus, sic potes intelligi, quod filij Ionadab essent ca-  
 ptiuati historialiter, non pro peccato suo, sed pro pec-  
 cato aliorum, iuxta q̄ titulus ita legitur: Psalmus iste  
David

David filiorum; Ionadab. i. sperantium in domino ip-  
 forum, dico priorum captiuorū .i. qui captiui sunt in  
 miserijs huius vitæ: quæ captiuitas est prior, de qua ex-  
 ibunt filij Ionadab. i. sperantes in domino, de secunda  
 quæ futura est in alia vita, in qua non erunt filij Iona-  
 dab, nullus poterit exire, Materia est omnis iustus spe-  
 rans in domino, & describuntur multa beneficia dei  
 circa sperantes in deū. Modus: In prima parte liberari  
 petit à malis, vt possit deum laudare. In secunda, quæ  
 incipit: Ne proijcias me in tempore senectutis: petit,  
 ut sicut deus contulit sibi beneficia in iuuentute, sic fa-  
 ciat in senectute, vbi maxime op<sup>9</sup> est. In tertia, quæ in-  
 cipit: Quæ fecisti magnalia deus, quis similis tibi? po-  
 nit gratiarum actiones de collatis beneficijs. Intentio  
 est admonere, vt omnes spē suam ponant in domino:  
 quæ notatur ibi: Domine spes mea à iuuentute mea.  
 ¶ Et se speratē in domino omnibus proponit, sic mo-  
 nens alios. Nolite sperare in mundanis, sed sperate in  
 domino, exemplo mei, qui omnib<sup>9</sup> relictis mundanis:  
 o[mn]i [domine speraui] & quia speraui [in te] licet videar  
 confusibilis in hoc mundo, [non confundar in æter-  
 num] quia quandoq; manifeste obtinebo quod spe-  
 raui, non confundar dico, sed potius o[mn]i domine [libe-  
 ra me] ne præualeat mihi ista tentatio, [ & ] non ran-  
 tum libera me, sed etiā [eripe me] ne aliqua mihi ma-  
 la ultra eueniāt, hæc ereptio iustorū est in morte, quā-  
 do deus ad se iustum ducit, & hoc in iustitia, & quia nul-  
 lus potest liberari vel eripi, secundum propriam iusti-  
 tiam, apponit, tuo, scilicet, [in iustitia] illa [tua] quæ  
 semp habet misericordiā sibi adiūctam. ¶ Dico eripe,  
 & quia merita mea nunq̄ essent digna, vt ad tuā per-  
 uenirēt altitudinem, ideo domine [inclina aurem tuā  
 ad me] .i. condescende mihi per tuam clementiā, [ &  
 salua

saluame]. ¶ Libera me, ita scilicet, [ esto mihi in deum protectorem ] liberans de periculis huius vitæ, [ & ] esto mihi [ in locum munitū ] in quo sum in securitate vt deinceps nullus inimicus aggredi me audeat, & hoc erit in alia vita, [ vt saluum me facias ], & hoc respicit ad hoc q̄ dixerat: eripe me. ¶ Ideo dico sis protector, quia ego non quæro refugiū nisi à te, & hoc est, [ quoniam tu es firmamētum meum ] .i. faciens me firmū, ad hoc respicit, in deum protectore, [ & tu es refugiū meum ], ad hoc respicit, quod dixit, esto in locum munitū. ¶ Deus meus eripe me, cū petit liberari, norat necessitatē, nō determinat, à quibus petat liberari sic dicens: O [ de⁹ meus eripe me de manu peccatoris ], .i. de potestate diaboli, [ de manu cōtra legē agētis, & ] de manu [ iniqui ] q̄ licet nō habeat legē scriptā, tamen p̄ legē naturalē, quid sit æquū, qd̄ ve iniquū discernit. s. q̄ nō deberet alijs facere, quod sibi non velit fieri. Hic notatur omne genus peccatorum, per habentes, scz, legem, & non habentes, vt Apostolus ait: Quicumq; Rom. 2, sine lege peccauerūt, sine lege peribunt, & quicumq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. ¶ Quoniā tu es. Et tu debes eripere, [ qm̄ o domine tu es patientia mea ], .i. fructus ille & causa propter quem ego sustineo, & etiam es [ spes mea ] o domine ], .i. certitudo Rom. 5, futuri premij mei. Vnde Apostolus: Patientia operat probationem, probatio spem, spes autem non confundit: spes dico [ à iuuentute mea ], .i. à tempore conuersionis meæ, non dicit iuuentutem quantum ad tēpus ætatis, sed iuuentutem iustitiæ. .i. fortitudinem per iuuentutem accipit, quæ fortitudo in aduentu Christi, in sanctis apostolis & martyribus patenter enituit. ¶ In te etiam confirmatus sum ex vtero ], .i. dum adhuc essem in vtero ecclesiæ. Vterum ecclesiæ vocat præparatio



rationē illā, qua instruit homo, cum credere incipit, & antea in eo vtero nutrit, vt in lucē veræ cognitiōis p-  
 deat, & [tu] etiā [es protector meus] ex quo processit  
 [de ventre matris meę] .i. ecclesie. s. ex quo fui renat<sup>o</sup>  
 de pabritimate, & lumē veræ cognitionis accepi. ¶ Et  
 quia hæc omnia bona mihi fecisti [in te semper erit can-  
 ratio mea] .i. te solū laudabo, & quia te solū laudo, &  
 mundū respuo, ideo [factus sum multis] amatoribus  
 seculi [tanquam prodigiū] quia putant me insanū &  
 p- digiosum, cū vident me te solū petere, & suas sectas  
 negligere, sed contra oīa obprobria eorū [tu] es fact<sup>o</sup>  
 mihi [adiutor fortis]. ¶ Et ideo [repleat os meū laude  
 vt cautē gloriā tuā] .i. gloriosum prædicē, & etiā [ma-  
 gnitudinē tuā] .i. beneficia tua, quæ mihi cōfers, quæ  
 sunt causa quæ te gloriosum ostendā, & hoc [rota die]  
 .i. assidue. ¶ Ne proicias me. Pars secunda. Dico tu es  
 spes mea à iuuentute, & sicut nō deseris in iuuetute, sic  
 [nec proicias me in tēpore senectutis], & qd per se-  
 nectutē accipiat, determinat cū dicit, [cū defecerit vir-  
 tus mea, ne derelinquas me] .i. quāuis ad horā p-icias  
 permittendo esse in peccatis, tamē non derelinquas. .i.  
 nō permittas putrescere in peccatis. Proiecit deus Pe-  
 trū, cū permisit peccare, nō dereliquit, cū fecit pœnitere.  
 Ecce qui modo loquebat in persona viuorū iustorū  
 fortiorū, modo loquitur in persona senum, & intelli-  
 git hic senectutē, cum iam videtur deficere, & charitas  
 incipit frigescere, vt in hoc tempore ante Antichristū.  
 ¶ Ne derelinquas me, quia si dereliqueris, quanto de-  
 biliorē me viderint inimici, tanto grauius instabūt, &  
 hoc est, [quia dixerūt inimici mei mihi] .i. ad meū de-  
 trimentū, scz, istud deus dereliquit eum, & non solum  
 imperiti inimici hoc dixerunt, sed illi [qui custodiebāt  
 animā meā] .i. magna calliditate insidiabātur animæ  
 meæ,

meæ, vt caperent eam, scilicet, diaboli & ministri eorū  
 [ consiliū fecerunt ] consentientes [ in vnum ] in eandē  
 nocendi voluntatē. ¶ Dicētes [ istud quod alij inimici,  
 [ deus dereliquit eum ], i. non curat eum, & ideo [ per  
 sequimini ] quasi illum qui non possit fugere, [ & cō-  
 prehendite ] tanq̄ debile, qui non possit resistere, & se-  
 curi tenete, [ quia non est, qui eripiat. ] ¶ Ipsi me dere-  
 lictū putant, sed tu [ deus ne clongeris à me ], i. ne diu  
 permittas me ab illis tribulari, sed potius o [ deus me-  
 us respice in auxiliū meum [ vt possim hæc omnia su-  
 perare. ¶ Me respice, & [ detrahentes animæ meæ con-  
 fundantur ], i. inueniātur inefficaces, ne possint me cō-  
 formare sibi, [ & deficiant ] .i. non vltius ausi aggre-  
 di me: dico confundant, & multa [ confusione sua co-  
 operiantur ], i. tanta sit confusio sua, vt cooperiat eos,  
 ita q̄ conuertat eos, & nō tantū cōfusione, sed [ & pu-  
 dore ] de eo q̄ deficiunt, operiant vndiq̄ [ qui quærūt  
 mala mihi. ] ¶ Illi operiantur confusione, [ ego autē ]  
 quicquid alij faciant [ semper sperabo ] in te, [ & super  
 omnē laudē tuam ] quam de mundi creatione habes,  
 [ adiciam ] aliam laudē, scz, de missione filij, & hoc est  
 [ os meum annūciabit iustitiā tuam ], & subdit quid  
 v ocer iustitiā, [ salutare tuum ] .i. filiū, qui saluat spe-  
 rātes i se & iustificat, & hoc [ tota die ]. ¶ Propter hoc  
 annūciabo iustitiā tuam, & salutare tuum [ , quoniā  
 ego non cognoui literaturā ] id est, calliditates huius  
 vitæ, & artes. Hieronymus ponit literaturas, alia trās-  
 lario habet, negotiationes, & ego iam [ introibo in po-  
 tentiā dñi ], i. supernā domū, vbi ego cognoscā poten-  
 tiam dñi, & ego ipse potentiā acquirā, & deinceps nul-  
 l' audebit me inquietare, & etiā ibi [ dñe memorabor  
 iustitiæ tuæ solius ], i. te solū intelligam iustū. ¶ Ideo  
 memorabor, quia [ deus docuisti me ] vt nō appere-

rem literaturam, & prædicare filium tuum, [ à iuuentute mea ] .i. ex quo incepti esse amator fidei, [ & vsq; nūc [ docuisti me, & ideo [ pronūciabo mirabilia tua ] i. beneficia quæ contulisti. ¶ Docuisti, & [ non derelinquas me ] o [ deus ] docere & conseruare [ vsq; ad senectam & senium ]. Senectæ est ecclesiæ, quando adhuc ipsa ecclesia habet aliquid fortitudinis, seniū est decrepita græs, quod erit in ecclesia in tēpore Antichristi, cū fortitudo ipsius ecclesiæ penit' ferè extinguetur. ¶ Ne derelinquas dico, [ donec annūciem brachiū tuum ] i. filium tuum [ omni generationi, quæ ventura est ]. Et donec annūciem [ potentiam tuam ] qua saluas hominem, [ & iustitiam tuam ] qua iustificas omnes secundū meritum vniuscuiusq;, annūciem dico, eundo agilitate mentis [ vsq; in altissima ]. i. vsq; ad cœlestes creaturas, scz, vsq; ad contuitum cœlestium, quod ipsum deum & cœlestia contempler. Vel vsq; ad altissima, scz, vt prædicem quasdam cœlestes creaturas esse redemptas per filium. Legitur enim, quod quidam angeli, licet non credamus, consentientes angelis cadentibus, peccauerunt. ¶ Incipit pars tertia. Continuatio: Et bene debeo annūciare potētiam & iustitiā tuam, quia [ quæ magnalia fecisti ] o [ deus ] infinita sunt beneficia, vnde supra dixi, cārabo magnitudinem tuam, & quia hæc fecisti, ergo [ quis similis tibi? ] nullus: nullus similis tui dico, quia [ quantas ostendisti mihi tribulationes ] in ipsa rei experientia, [ multas ] in numero [ malas ] in qualitate graues, & tamen [ viuificasti me ] vera vita, quæ est deus, tu dico [ conuersus ] à priori statu, qui fuit ante aduentum Christi, quando nullus viuificabat, [ de abyssis terræ ] .i. de profunditate peccatorū [ reduxisti me iterū ], & iterū per bapriismū per pœnitentiā multoties. ¶ Et etiam mihi sic reducto,  
[ multi-



[multiplicasti magnificentiam tuam] .i. multis modis magna & multiplicia beneficia contulisti, [& consolatus es me] securum faciendo de promissione æterni boni, tu dico [conuersus] per mediatorem Christum, ab ira quam habebas de peccato primi parentis erga humanum genus. ¶ Probat ab affectu se esse consolatum sic, vere consolatus es me, [nam & ego confitebor tibi] .i. ad tuum honorē, [veritatem tuam deus] .i. te veracem in promissis, scz, quod homines per filiū tuum hæreditatis æternæ securitatē obtineant, confitebor dico [in vasis psalmi] .i. in psalmis, qui sunt vasa. Per psalmos spiritualem vitam accipimus, quibus psalmis alijs exemplum bene operandi propinatur, sicut per vas aliquis potus, non tantum me dico confiteri in psalmis. i. in contēplatiua vita, sed o [sanctus Israël] qui sanctificas omnem Israël. i. omnē vidētem deum, [psallam tibi in cithara] .i. in mortificatione carnis, scilicet, in actiua vita. ¶ Confitebor in psalmis, & cum exultatione, & hæc labia mea interiora .i. affectiones animæ, quæ ad deum hiant semper, sicut [labia exultabunt, cum cantauero tibi] .i. laudauero te, & nō tantum labia, sed [etiam] tota [anima mea] tu [redimisti] vnde ipsa anima exultandum intelligit. ¶ Et non solum anima, sed etiam totum corpus, & hoc per quandā partem dicit supponens, [sed & lingua mea] ex affectione cordis proferet [iustitiā tuam] & hoc [rota die meditabitur] scz, quando cōtinua dies erit, scz, in iudicio, & quid intelligat die rotæ determinat, dicens, [cum] illi [qui quærunt mala mihi] in hac vita fuerint [confusi] .i. erubescētes de peccatis] & reueriti fuerint] .i. timuerint sententiā iudicis, hanc scilicet: *Discedite à me maledicti in ignem* Matt. 25  
æternum,

D. HAYMONIS IN PSAL-  
IN PSALMV M LXXI.

Titulus, Psalmus David in Salomonem,

**D**eus iudicium]. Tractatus iste tendit in Salomonem .i. in Christū, qui verus est Salomon id est, pacificus, qui posuit pacem inter deum & hominem: quia in hoc psalmo Christus est materia secundum vtraque naturam, diuinam scilicet, & humanam. Modus: In prima parte petit ei dari iudicium, & affirmat quod habebit. In secunda parte, quæ incipit: Orietur in diebus eius iustitia: loquitur de regno, commedando ipsum regnum multis modis. In tertia parte, quæ incipit: Sit nomen eius benedictum: de commendatione ipsius regni. Intēdit quidem nos admonere, vt subijciamur huic Salomoni. ¶ Vox ecclesiæ, præuidentis Christum futurum regem, orat vt detur ei regnum, dicens: O [deus] pater, [da regi] id est, Christo, [iudicium] super homines [tuum] id est, sicut tu habes iudicium, ita da illi, vt ille habeat iudicare & illi eidē [filio regis] .i. tui, qui solus rex es, & in veritate tua regis, da [iustitiā tuam] .i. iustū iudiciū, quia rex ille semper in iustitia iudicabit. Endiasis est, quia per diuersa idē dicit: quia iudiciū scz, & iustitiā, & est endiasis, bis dictum. ¶ Iudiciū da dico scz, [iudicate populū tuum in iustitia] .i. vt indicet vniuersum populū, scz, bonos & malos: tuū dicit, quia impij quoq; nihil possunt, nisi permissu dei: [ & pauperes tuos ] da ei iudicare [in iudicio] iusto. Iudicat Christ⁹ etiam in hac vita bonos & malos: iudicabit tandem, quando separabit bonos à malis: Vnde Christus in Euangelio dicit: Pater non iudicat quenq; , sed iudicium omne dedit filio. Iudicat tamen pater non per se quidem, sed per illum ipsum, cui sua substantia vnita est. ¶ Dico da ei iudiciū, & fac cum cognosci per totū mūdum per apostolos, &

& hoc est: [montes] id est, sancti apostoli, [suscipiāt  
 pacem] id est, Christum, [populo] id est, ad utilita-  
 tem populi, scilicet, vt ipsum notificent populo: [ &  
 colles ] .i. minores sanctis apostolis, aliores tamē po-  
 pulis, sicut beatus Martinus, & beatus Hilarius, susci-  
 piant [iustitiā] .i. ipsum Christū, vt notificēt populo:  
 Christus dicitur pax, quia ipse posuit recōciliationem  
 inter deum & hominē: iustitia dicitur, quia deus ad se  
 cōuertētes iustificat. ¶ Iudicabit dari Postulauit Chro  
 iudicium, hic affirmat, q̄ reuera habebit iudiciū. Con-  
 tinuatio: Dico, da ei iudiciū, & vere dabis, quia ipse [iudicabit  
 pauperes populi] .i. veros pauperes, remouē-  
 do eos à malo populo: [ & ] etiam [filios pauperū] .i.  
 imitatores apostolorū, [saluos faciet], & [calūniato-  
 rē] .i. diabolū, qui ē iniustus accusator fratrum nostrorū,  
 [humiliabit de⁹] .i. opprimeret. ¶ Hic cōmēdat ipsum  
 iustū iudicē: iste iudex iudicabit, [ & ] iste iudex [pma-  
 nebit cū sole .i. ] semp vnit⁹ cū deitate, quę deitas dicit̄  
 sol, q̄ illuminat omnē hominē vera cognitione: [ & Ioan. i.  
 ante lunā ] .i. ante ecclesiā, quia semper erit in presen-  
 tia ecclesię, vt semper ecclesia recipiat ab ipso lumen,  
 sicut luna à sole recipit. Per lunam intelligitur ecclesia,  
 quia deficit & crescit sicut luna: permanebit dico [in  
 generatione] ista [ & generationem ] succedentem  
 id est, semper idem sunt in generationes generationū  
 vel cum sole, id est, quam diu sol erit, & firmamentum  
 stabit: & fuit ante lunam, id est, ante q̄ mundus fieret.  
 ¶ Dixerat, iudicabit: & ecce de quo dixisset determi-  
 nat scilicet, de filio virginis: & hic manifeste in carna-  
 tionem diuinitatis annunciat. Continuatio: Dico iudicabit,  
 & ipse qui iudicabit, [descendet] secundum  
 diuinitatem, in virginem; [sicut pluuia in vellus] ita  
 suauiter sine omni strepitu, sine omni terrore. Hic mīctit



Iudic. 6.

nos ad historiã, Deus præcepit Gedeoni, vt iret ad pugnã, qui cum timeret, quæsiuit signũ victoriæ, & dominus dedit tale, quod posito vellere in area, si vellus complutum inueniretur, & area sicca, sciret se fore victorem, & ita factum est, adhuc enim timens, quæsiuit contrarium signum, vt area compluta esset, & vellus siccum fieret, & ita factum est, & fuit victor. Vellus prius complutum, significabat Iudæos prius credentes, & doctrina dei complutos, area significat gentiles prius à fide aridos. Rursus humida facta, significat ipsos gentiles, postea ad fidem venientes, & vellus siccum, Iudæos, qui doctrinam domini voluerunt, sicut dicit in Actibus apostolorũ Apostolus: Vobis fuit missum verbum dei, sed quia respuistis illud, ecce cõuertimur ad Gentes. Vel possumus hanc similitudinem expressius notare, q̄d sicut pluuia nequæ corrumpit vellus cadens, nec etiam exiens, sic nec conceptus, neq; partus corrumpit virginem, & iste talis irrigabit totum mundum per doctrinam suam, & inde dicit, [ & sicut stillicidia ] .i. aqua stillans de cœlo, stillicidia dico, [ stillantia super terram ] .i. super Gentes. ¶ Orietur. Pars secunda. Ecce [ in diebus eius ] regis .i. in tempore Christi, [ orietur iustitia ], quia per eius, aduentum iustificabitur omnis iustus, [ & abundantia pacis ] .i. reconciliatio abundans, quia per totum mundum erit, quia de omni parte erunt homines reconciliati deo, pax dico permanens, [ donec auferatur luna ] .i. donec præsens ecclesia auferatur. i. fiat spiritualis, scz, immortalis, impassibilis, donec auferatur. i. quãdiu mundus erit: alia translatio habet, sustollatur. ¶ Hic ostendit amplitudinem regni, [ & ] iste [ dominabitur à mari ] Orietali [ vsq; ad mare ] Occidentale, [ & à flumine ] .i. à Iordane, [ vsq; ad terminos orbis terrarũ ], id est, in circuitu totius

totius orbis, Per flumē Iordanis, in quo Christus baptizatus est, accipim<sup>9</sup> baptismum per quem Christus dilataratur per totū mūdum. ¶ [Coram illo] rege [procidēt Aethiopes]. i. nigerrimi in peccatis, [ & inimici eius terram lingent ] & hæc terrena semper apperent, quæ sunt cibus diaboli. ¶ [Reges Tharsis, & insulæ]. Tharsis exploratio interpretatur gaudij, vel contemplatio. Vnde dicit: Aliqui venientes de exploratione gaudij, scilicet, post positis gaudijs istius mundi, facientes seipso bene regnantes, carnalitatem suam vel alios offerent, quos ad eum conuertent. Vel Tharsis, i. contemplationis reges, [ offerent munera ] & insulæ quæ sunt in medio maris, & sunt terra sicca. Per insulas quæ sunt terra sicca, & circūdata mari, accipimus illos, qui sunt sicci à fluctibus mundi, nec coinquinantur à turbinibus huius vitæ, licet circumquaq; tundantur à procellis huius mundi, & [reges Arabum & Saba] illius alterius regni [ adducunt dona ] quod est completum in natiuitate Christi, cū illi reges, stella duce, Christo domino diuersa munera obtulerunt. Vel, quia Arabes dicuntur esse ditissimi & abundantes in diuitijs huius vitæ: Sabæi abundantes in odoribus, & alijs delitijs huius vitæ: Possum<sup>9</sup> sic dicere, reges Arabū. i. qui dimissis diuitijs, & delitijs, & odorem huius vitæ, seipso faciētes reges, offerunt seipso deo in munera: vel quia Arabia interpretatur humilitas, succensio Saba, intelligimus humiles, qui in se succendunt omnia vitia, & sic facti reges, se deo munera offerunt. ¶ [Et] propter hoc [eum] regem [adorabūt omnes reges] qui prius solebant adorari. i. aliqui de omni genere regum, & etiā [omnes Gentes] quæ prius solebant seruire terrenis regibus, [seruiant ei] cœlesti regi. ¶ [Seruiendico, & merito, [quia ipse liberauit pauperem]

Matt. 2.

Luc. II.

verum [a ponente] .i. a diabolo, cuius potentiam ostendit ille, qui dicit: Cum fortis armatus custodit atrium suum: & non dico pauperem, qui habeat aliquid sub sydijs, i. liberationem: sed illum [pauperem, cui non erat adiutor] i. qui non poterat liberari, vel per liberum arbitrium, vel alio modo, nisi per ipsum Christum. Unde Ioannes in

Apo. 5.

Apocal. Non est inuentus alius, qui librum aperiret, nisi agnus qui occisus est. ¶ Dico pauperem liberabit, & illum liberato, [parcet] .i. non puniet secundum singula pec-

I. Cor. 10

cata, vel parcet [pauperi] quia non patiet eum teterari supra id quod potest: [ & inopi ] etiam parcet, illi cui nullum est adiutorium, nisi ab ipso: [ & animas pauperum saluas faciet ] tandem in iudicio, & post mortem. ¶ Et per hoc .i. quod [redimet] pretio sanguinis sui: & hic manifeste mortem Christi annuntiat: [animas eorum ex usuris] .i. ex pena quae pro peccato datur: & [iniquitate] .i. ab ipso peccato, [ & nomine eorum ] .i. quod Christiani sunt, licet ante ponentes huius mundi contententur ut vile aliquid, tamen erit [honorabile coram illo] .i. in beneplacito illius. ¶ Comedationes illius regis: [ & ] viuet aeternaliter. Vel, viuet .i. mortuus resurget, [ & dabit ei de auro Arabiae ] .i. de precipuis sapientibus, ut Dionysius & Paulus. Per aurum Arabiae, quod clarus est alio auro, vnde intelligitur aurum illius terrae esse optimum, intelligimus pretiosos sapientes, [ & adorabunt de ipso semper ] .i. propter ipsum, ut seipsum det eis, sicut diceretur de auro, adoratur, qui aurum postulat. Vel de ipso .i. iuxta ipsum .i. secundum hoc quod ipse instituit orare, scilicet, catanbunt: Pater noster, [ & ] [rota die] i. omni tempore [benedicent ei]. ¶ Ipse enim [erit firmamentum in summis montium] .i. apostolorum, quo firmos faciet, & constantes [in terra] ubi pauci possunt esse firmi, & ubi maxime opus confirmatione dei: & [fructus eius] .i. bona operatio, quam per eum faciunt sui,

[ex-



[extollet super libanū] .i. candidationē huius mundi  
quia longe digniora sunt opera iustorum, q̄ sit quan-  
tuncq; potētia huius vitæ: & illi remoti [de] hac [ci-  
uitate] & ducti in aliā ciuitatē .i. in supernā Hierusalē,  
[florebūt] facti imortales & impassibiles, [sicut for-  
nū terræ] q̄ est viride & floridū: accipit fornū in mala  
significatione, quia cito arefcit & tranfit, sed non hic.  
¶ Sit nomē eius: Pars tertia. Quia facit suos florere, &  
hæc omnia bona confert eis, ideo [nomen eius sit be-  
nedictū] .i. ipse nominabilis [i secula] q̄ nomē debet  
benedici, q̄a [ei⁹ nomē] .i. ipse nominabilis in secula  
[permanet ante solem] .i. ante mundi constitutionē,  
¶ Et nō solū ipse erit benedictus, sed oēs sui per ipsum,  
& hoc est, [ & benedicent in ipso oēs tribus terræ ] .i.  
aliqui de omni tribu, & p hoc [ omēs Gentes magnifi-  
cabūt eū ]. Et quia ppheta intelligit se in ipso esse be-  
nedictū, ex parte sua benedicit deo. Cōtinuatio. Dico  
in ipso benedicent oēs tribus terræ, & ideo ipse sit [ be-  
nedict⁹ dñs deus Israël, qui facit mirabilia magna ] .i.  
reparationē humani gn̄is, & alia: [ solus ] quia nullus  
alius potest ea. Vel solus, q̄a ipse p se: alij vero si faciūt  
miracula, vt Petrus & cæteri, nō p se tantū: sed ex ipso  
faciunt. ¶ Et nomē maiestatis eius ] .i. q̄ sua maiestas,  
i. ipse magnus dat, scz, Christianū nomē, sit [ bñdictū ]  
permanens [ in æternū ] ideo dico nomen maiestatis,  
quia [ maiestate ] id est, diuinitate [ eius replebitur o-  
mnis terra ] & hanc operationem ingeminat, quia  
rem valde desiderabilem optat cum dicit, [ fiat fiat. ]

## IN PSALMVM LXXII. Titulus.

Dfecerūt laudes Danid, filij Iesse, Psalmus Asaph.

**Q**uam bonus Israël deus]. Psalm⁹ iste ostēdit  
deum iam non dare cultoribus suis, vt solitus  
fuit, prospera, sed aduersa: q̄ intelligēs Ezdras

prophetam intellexisse in hoc psalmo, sic intitulauit, laudes Dauid, Et ne per Dauid accipiam<sup>9</sup> Christū vel ecclesiam, determinat generationem carnalē Dauid, cum dicit, filij Iesse, & per hoc dat nobis intelligere Iudaicum carnalem populum, quia Dauid secundū carnalem generationem vnus fuit de carnali populo: cuius Dauid. i. Iudaici populi laudes defecerūt: quia deus iam nō dat suis temporalia bona, quibus solis carnalis Iudaicus populus laudabat eum, & vt certi simus, quod iam deus non dat temporalia bona, quibus negatis, laudes deficiunt carnalis Iudaici populi, cōprobant hoc testimonia fidelis synagogæ, quibus firmitus credendum est: quia prius ipsa synagoga laudauerat deum pro solis terrenis: & hoc dicit psalmus Asaph, id est, fidelis synagogæ: Asaph em̄ interpretatur, congregatio, & est ipsius prophetæ, vel alicuius fidelis de synagoga. Materia est ipsa fidelis synagoga. Modus: In prima parte ostēdit se aliquando errasse, visa prosperitate malorum. In secūda parte, quæ incipit: Ideo conuertetur populus meus hic: ostendit conuersionem suam ab hoc errore, & aliorum cōsimilium sibi. In tertia parte, quæ incipit: Verumtamen propter dolos, ostendit quod non tantum per nouissima hominis prosperitas huius seculi esse mala cōsyderatur, sed etiam per præsentia, quia & ipsos diuites in peccato præcipitant, & bonos inuidia eorum peccare faciunt. In quarta parte, quæ incipit: Quid enim mihi est in celo? ostendit se verum intellectu habere, & iam non temporalia, sed solum deum quærere. Intentio est, cūpescere simplices, ne murmurent de malorum prosperitate, & bonorum aduersitate. ¶ Videns ergo quosdam simplices adhuc errare, iudicantes deum peruerum, qui malis prospera tribuat, & suis mala conferat,

com-

cumpescēs eorum errorem, dicit: O [deus Israël] qui tibi videtur peruersus, [quā bonus] est. i. infinite bonus est. Vel, deus Israël quā bonus est, quā bonitas nō apparet omnibus hominib⁹, sed [his qui recto sunt corde]. i. qui reputant vtiliora esse aduersa in hac vita, quā prospera. ¶ Hic incipit errorem suum exponere. Continuatio: Modo cōfiteor deum bonum esse, sed olim [pedes mei]. i. affectiones meæ, [penē moti sunt] a deo: & non tantum voluntates, sed etiam opera penē recesserunt a deo, ad culturā idolōꝝ, & hoc est, [grefsus mei]. i. opera mea, [penē sunt effusi]. i. præcipitati. ¶ Ideo, [quia zelauī super iniquos]. i. indignationē habui de iniquis, [videns pacem]. i. tranquillitatem illorum [peccatorum]. ¶ Ideo habebāt pacē, [quia] in illis [nō est respectus morti eorum]. i. non attendunt mortem suam, quam si attenderent, & vnicuique quod reddatur in morte pro meritis, nō haberent pacem & prosperitatem huius vitæ, sed lugerent, & ideo non habent pacem & prosperitatem, quia [in plaga eorum]. i. in vulneribus vitiorū, non est [firmamentum], quia & si deus aliqua infirmitate mouerat eos ad cōpunctionem, non tamen firmantur, quod peccata eorum prorsus sanentur & confirmantur. Vel aliter, non est respectus diuinæ misericordiæ morti eorum. i. non dat deus eis aliquam tribulationem, per quam a morte animæ redimantur, vel aliquam mitit aduersitatem, non tamen eorum, sed plagis eorū. i. non dat talem quæ firmet eos ita, vt peccata prorsus deleantur, & anima in virtute propria restituatur. Loquitur de deo ad similitudinem medici, qui cum prænoscit ægrotum non posse euadere, nihil ei prohibet, sic deus quōs morti præscit prædestinatos, omnia facere concedit, & ab istius mūdi prosperitate non retrahit.



¶ Vere non est respectus morti eorum, quia nulla medicina adhibetur eis: nã [nõ sunt in labore hominũ] i. rationabiliũ, vt vigilant, vel viuẽt, vel aliqd tale faciunt: [ & ] propterea [cum hominibus non flagellabuntur] ab illo qui flagellat omnẽ filiũ quem recipit.

¶ Et q̃a per se neq; laborãt, neq; à deo flagellabuntur, & obtinent prosperitatẽ huius seculi, [ideo superbia renuit eos] quasi quibusdam manibus, ne auferri possint: & ne respiscãt [operti sunt] .i. inuoluti [iniquitate] quasi ad proximũ, [ & impietate sua ] .i. blasphemia quasi ad deum: sua dicit, quia ex se, non ex deo habet homo nequitiam. ¶ Et non sufficit eis esse malos in se, sed etiam [prodijt] in aperto [iniquitas eorum, quasi ex adipe] .i. exsuperfluitate diuitiarum, à similitudine pinguis animalis, sicut tauri, vt dẽt alijs exemplum superbiendi, & deposito omni timore, [transierunt] humanum morẽ, tendentes [in affectum cordis] scz, vt impleretur, quod corda eorũ desiderabant.

¶ Et hoc non quasi ex improviso fecerunt, sed cũ magna attentione [cogitauerunt nequitia] & adeo bona visa est eis nequitia, quod [etiã locuti sunt] .i. alios docuerunt nequitia: & etiam [locuti sunt iniquitatẽ] & hãc iniquitatem determinat postea [in excelsõ] .i. in superbia sua. ¶ Ecce iniquitatem quam locuti sunt, scilicet, [posuerunt in cœlũ os suum] scilicet, blasphemias contra deum locuti sunt, [ & lingua eorum transiuit] modũ humanitatis, quãuis illi essent [in terra] habitantes, in quo apparet maxima eorũ superbia, vt cum in terra sint, de deo altissimo loquantur superbiã suam. Vel lingua eorũ transiuit alios positos in terra, deterius q̃ aliq; terreni loquendo. ¶ Ideo conuerteretur.

Pars secunda. Hoc considerato, quia prosperitas eorũ ducit in superbiam, facit etiam loqui iniquitatẽ: [ideo

popu-

Heb. 12.

populus meus] id est, mihi consimilis, de quo ego v-  
 nus sum, [conuerteretur] ab errore, ne moueatur er-  
 ga diuites malos prosperitate huius vitæ, vt sit [hic]  
 i. in hac sententia, in qua ego sum: & postq̄ cōuersi fu-  
 erint, [inueniatur in eis pleni dies] per effectū suum  
 quia erit in eis hoc, quod effectum est in tempore gra-  
 tiæ. i. cōtemptus terrenorum, & appetitus cœlestium.  
 Vel dies pleni. i. æterni, inuenientur in eis, & si modo  
 non appareat, scilicet, quia, habebunt æternitatē. ¶ Po-  
 nit vnde conuertantur: illud, & dixerūt, respicit ad se-  
 quens, vbi dicit, & dixi, Continuatio: Dico cōuertetur,  
 & necesse est eis, quia ante conuersionem [dixerunt:  
 quomodo scit deus] & quomodo potest esse verum,  
 quod deus disponat hæc terrena: scilicet, nō disponit:  
 [ & ] si disponit, hoc est: [ si est scientia in excelsis: ] sc̄z  
 tunc deus iniustus est: sed ponit defectiuam orationē,  
 quia nimis aperta calumnia esset contra deum. ¶ Ideo  
 dico q̄ deus vel non disponat, vel iniustus sit, quia [ ec-  
 ce ] in manifesto est, [ ipsi peccatores, & abundātes in  
 seculo ] quod videretur valde iniustum, q̄ & peccato-  
 res sint, & prosperētur, [ obtinuerunt diuitias ] quia si  
 aliq̄s voluit eis auferre, non potuit. ¶ Illi dixerūt. [ & ]  
 ego errans aliquando sicut ipsi, [ dixi: ] quandoquidē  
 ita peccatores abūdant diuitijs, [ ergo ] ego [ sine cau-  
 sa iustificauit cor meum ] .i. voluntatē meam: [ & ma-  
 nus meas ] .i. opera mea, [ laui ] id est, purgavi, [ inter  
 innocentes ] vt essem de numero eorum. ¶ Et ] etiana  
 sine causa [ fui flagellatus ] per disciplinam dei: [ tota  
 die ] id est, assidue, [ & castigatio mea ] quam contra  
 libidinem, & similiter contra cætera vitia refrenanda,  
 exhibui [ in matutinis ] id est, studiose: quia rem quam  
 studiose facimus, in mane incipimus: fuit sine causa, id  
 est, sine vtilitate. Potest etiā hæc litera legi suspensiuè:

Ita, ergo iustificauit cor meum sine causa, & similiter  
 cætera. ¶ Prius hoc dixi, sed postea cognoscens verita-  
 tem, [dicebam, si narrabo sic] quod sine causa homo  
 cor suum iustificet, & opera mundet, & cætera quæ di-  
 cta sunt, sine causa faciat, hoc conueniens sequitur, scz  
 [ecce probaui]. i. reprobã iudicaui, vel à me separa-  
 ui [nationē filiorum tuorum] Abraham, Isaac, & Ia-  
 cob, & aliorum. Vel aliter, dixerūt, aut deus nescit hæc  
 terrena, aut si scit, iniustus est, & ad cōfutandã eorum  
 sententiam ego dixi: Si deus est inscius vel iniustus, vt  
 vos dicitis, tūc ego & quilibet aliq̄ boni frustra fuimus  
 correctionem dei sustinentes, quia sicut dicit Apōsto-  
 lus: **1. Cor. 15** Mirabiliores omnibus hominibus sumus, si deus  
 iniustus creditur. Et præter hoc inconueniēs, aliud in-  
 conueniens inde ostendebã, quia dicebam: Si narrabo  
 sic, i. deum iniustum vel inscium, ecce nationem filio-  
 rum reprobauit, vt supra, quia scilicet Abraham & ali-  
 os credidi non esse remuneratos, vel reprobauit. i. sensi  
 contra omnes filios dei. ¶ Et videbam hoc in conue-  
 niens ex sententiã illa prouenire, ideo [existimabam]  
 i. cognoscebã, quod habet alia translatio, [vt cōgno-  
 scerẽ] quare impijs prosperitas, & bonis detur à deo  
 aduersitas, & [hoc] cognoscere, [est labor ante me. s.  
 superior me. Vt ante me. i. quātū ad hæc p̄sentia. ¶ La-  
 bor dico, [donec intrẽ] agilitate mētis [i. sanctuariū  
 dei]. i. in cōsiliū dei. i. donec ego cōsiderẽ, q̄, puidẽtia  
 deus hoc faciat malis, & hoc bonis, scz, q̄ impijs pro-  
 spera dat, iusto iudicio suo, ad eorum excæcationem,  
 bonis vero mala, ad eorum purgationem. Vel donec  
 in sanctuarium dei. i. in sanctas scripturas, quæ de his  
 omnibus rationes reddunt, [ & ] etiam tandiu labor  
 est, donec [intelligam] mente positus [in nouissimis  
 eorum]. i. donec considerem futuras pœnas illorum,  
 qu



qui in his mundanis superbierunt, & gloriam eorum, qui in tribulationibus huius mundi fuerunt. ¶ Veruntamen. Tertia pars, Dico labor est illā cognoscere, nisi per nouissima, [veruntamen] per præsencia quoq; potest cognosci, quia tu o deus [posuisti eis] istas diuitias [propter dolos] .i. admodum dolosi, sub specie boni dans mala ad causam excæcatiōis, & [dum] etiam [alleuarentur] .i. in terrenis exaltarentur, [deiecisti eos] excæcando, & quia quanto magis exaltantur in temporalibus, tanto magis in ruinam deiiciuntur, & ipsa eleuatio est eis causa ruinæ. ¶ Bene dico deiecisti, quia [quomodo facti in desolationem] .i. q̄ immoderate tibi sunt desolati, quando vel iuuenes perdunt bona huius vitæ quæ amauerūt, vel morientes [subito defecerunt] morte, quia citius sperato moriuntur: & quia posset dici, similiter moriuntur & iusti, addit & ista, [perierūt propter iniquitatem suam] cum iusti uiuant in æternum. ¶ Ita defecerunt, [velut] deficit [somnia[m] surgentium]: quia sicut dormientes multas diuitias in somnis habent, euigilantes tamen, nihil adueniunt, & inania reputant quæ viderunt in somnis, sic mali in hac vita in somnio sunt, in morte euigilabunt, & cognoscēt hæc esse inania, quæ in hac vita habuerunt, & vere peribunt, quia o [domine in ciuitate tua] .i. in superna Hierusalem, tu [rediges imaginē illorum ad nihilum] .i. non habebunt locum in ciuitate tua, .i. quia in hoc mūdo, qui est ciuitas diaboli & ministrorum eius, redigerunt imaginem tuam ad nihilum scilicet, rationem suam, qua sunt tibi confimiles: .i. puritatem & innocentiam, & sibi nouas imagines fecerunt, alius immunditia viuens, vt porcus, alius in rapacitate viuēs, vel lupus, & alij aliter. ¶ Ideo rediges ad nihilū, [quia] non solū prospera eorum nōtuerūt illis,

illis, sed & mihi, qui tuus sum: & hoc est: [cor meum] id est, [cor meum] id est, voluntas mea, [est inflammatum] inuidia erga eos prosperatos [ & renes mei ] id est, fortitudo animæ meæ, per quam debet ratio erecta esse sicut homo per renes [ sunt commutari ] ut iam non contemniam terrena, sicut prius feceram, & ratio exigebat, [ & redactus sum ad nihilum ], i. ad appetitum terrenorum, quia appetitores mundi in conspectu dei nihil sunt: [ & nesciui ] me redactum ad nihilum, & me peccare. ¶ Sum ] etiam [ factus ut iumentum ] .i. profus irrationabilis, & hoc [ apud te ] .i. in conspectu tuo, quia mihi videbar magnus philosophus: [ & ] tamen licet aliquando deuiarem per appetitum terrenorum, [ ego ] fui [ semper tecum & hoc per te. ¶ Qui tu ] tenuisti manum dexteram meam ], .i. rationem meam, ne à te recederet, conseruando. Tenet deus sinistram manum hominis, quando eum in hac vita in prospera ducit: [ deduxisti ] etiam [ me ] domine de virtute in virtutem, & hoc nõ meis meritis, sed [ in voluntate tua & suscepisti me ] in domum tuam nõ manufactam, in cœlis, [ cum gloria. ] ¶ Quid enim. Quarta pars. Bene dico, suscepisti me cum gloria. Quid enim mihi ] paratum [ est in cœlo? ] ineffabilis scilicet gloria, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, & cætera: [ & quid est ] id est, quàm vilissimum est illud quod [ volui ] mihi dari [ super terram à te? ] quia licet aliquando temporalia petissem, tamẽ ego semper te habere volui. ¶ Prius volui terrena, sed ecce [ defecit caro mea ]: quia carnalitas mea, quæ prius appetebat terrena, iam defecit, mortificando sese [ & etiam cor meum ] id est, carnalis voluntas, quia iam nihil mortale appeto, & etiã [ deus ] est habitatio [ cordis mei ] & cū alijs facti sibi partes diuitias huius mundi [ pars mea deus ] du

cens me [in eternū]. ¶ Ideo facio te partē o deus, [qa  
 ecce] parēs est [qui elongant se à te] per turpem & in  
 honestā vitam [peribunt] quia tu deus iam [perdidi-  
 sti] dispositione tua [q abs te id est, sine te viuentes  
 [fornicātur] cum dymone, recedentes à vero sponso.  
 Vel fornicātur, satis faciendo suæ voluptati, sicut for-  
 nicarij, qui tantū suum volunt explere voluptatē. ¶ Il-  
 los fornicarios perdes, me aut non, quia [mihī est bo-  
 nū] .i. delectabile [adhætere deo] obseruādo man-  
 data eius, [ & ponere in domino deo spē meā]. ¶ Illa  
 adhærere, [vt annunciem omnes laudationes tuas in  
 portis]. Vel prædicationes. i. omnes laudes tuas, [in  
 portis], i. in publico vbi omnes audiant, [Sion]. i. ec-  
 clesiæ [filie] tug: ecclesia filie cōparatur, propter orna-  
 menta, & propter filiorum fecunditatem.

## IN PSALMVM LXXIII.

Titulus. In finem intellectus Asaph.

**V**T quid deus repulsi]. Psalmus iste dicitur  
 intellect<sup>o</sup>, quia aperit nobis rem valde obscu-  
 ram, scilicet, destructionem templi dei, quod  
 ramentum nondum erat tempore propheta: & destru-  
 ctionem] ciuitatis futuram per Titum & Vespasia-  
 num: & hic talis intellectus est Asaph, id est, fidelis  
 synagoga: Asaph nanque congregatio interpretatur.  
 Materia est ipsa synagoga, deplorans & condolēs de-  
 structionē illius populi, quam videt futurā. Mod<sup>o</sup>. In  
 prima parte facit quandā conuestionē de destructi-  
 oē illius populi, & precatur deū vt eorū misereat, ostē-  
 dens hoc ex Iudæorum meritis prouenisse. In secundā  
 parte, quæ incipit: Deus autem rex noster præcatur, vt  
 sicut deus fecit misericordiā mūdo, multa quoq; mira-  
 bilia, sic faciat etiā ipsis Iudæis. In tertia parte, q̄ incipit  
 Ne



Ne tradas bestijs: orat deū, vt quicquid faciat de alijs, saltem pauperum & confitētium sibi misereatur. Intentio est, hortari, vt compatiamur malis aliorum, quā hic est quidam gradus charitatis. Vnde Apostolus ait:

Rom. 12 Gaudete cum gentibus, flete cum flētibus, ¶ Et ponit conuersionem sic, dicens: O [ deus repulisti ] partem tuam [ in finem ] scz, in finem repulsionis: quia cum aliquando repulisses eos ad tempus in alijs captiuitatibus, hæc repulsio est irreuerabilis, quia nunquam in loco isto Iudæi vltius dominabuntur, nec vltius reparabuntur, vsq; in finem seculi. Repulit eos deus, quando non defendit eos sicut solebat, & permisit destrui à Romanis: In interrogatone notat conuersionem, quasi diceret: Doleo de illorū tanta destructione, [ vt quid irat⁹ est furor tuus: id est, quare iratus es vsquæ ad furorem: scilicet vt grauissimas diuturnas pœnas eis inferas [ super oues pascuę tuę ] id est, super populum tuum, quem reficiebas lege tua, sicut oues reficiunt in pascuis: & hic per beneficia quæ deus eis contulit, incipit captare beneuolentiam erga illos. ¶ Noli domine repellere, sed potius [ memor esto congregationis tuæ ] quam congregasti in Aegypto: [ quam ] congregationem tu [ possidisti ] tibi famulantem [ ab initio ] .i. à tempore Abrahæ: Noë, & Adæ, & aliorum. ¶ Item commouet deum ad misericordiam per alia beneficia. Propter hoc quoq; debes esse memor, quia tu [ redemisti ] .i. liberaisti de manu Aegyptiorum, & de alijs captiuitatibus [ virgam hæreditatis tuæ ] .i. hæreditatem tuam, scz, populum Iudaicum, propter quem fecisti multa mirabilia, sicut p virgam Aaron. Vel per virgam sceptrum regni possumus accipere, vt sic dicamus: Redemisti virgam hæreditatis tuę .i. populum quem tu regis in virga, id est, in  
scepro

fceptro regio: & præter cetera beneficia, tu ipse corpo-  
 raliter uifitasti eos, & habitasti inter eos: & hoc est:  
 [mons Syon in quo habitasti] ad literam: quia Chri-  
 stus corporaliter habitauit in Sion. i. in Iudæa, cuius ca-  
 put est Sion: Hæbræa ueritas non habet [in eo]. Po-  
 test tamen sic legi: Habitasti in Sion, nõ per seruos tã-  
 tum ad uineam missos, sed propria persona habita-  
 sti in eo. ¶ Postquam captauit beneuolentiam per be-  
 neficia, quæ fecit deus populo, captat beneuolentiam  
 à persona aduersariorum, ponendo superbiam eorum.  
 Continuatio. Quia hæc beneficia fecisti populo tuo,  
 ideo ó deus [leua manus tuas] id est, operationes tu-  
 as quæ fuerunt remisse, cū eos permitteres facere de  
 ciuitate tua quæ uolebāt: leua dico [in superbias eorū]  
 id est, contra superbias, qui ciuitatē destruunt, & hoc  
 facies [in finem] omnimode, id est, ita scilicet, quod  
 conuertantur, quia [quanta est malignarus] id est,  
 quanto malo animo fecit [inimicus] ille Romanus  
 populus [in sancto] loco, id est, in templo tuo. ¶ Et  
 cū alij homines, qui mala solent facere, soleant com-  
 pungi & dolere, isti [qui te oderūt, sunt gloriati in me-  
 dio solennitatis tuæ] id est, in medio tēpli tui, in quo  
 tua solennitas solebat celebrari. ¶ Posuerunt [etiam  
 [signa sua] id est, aquilas suas, [signa] uictoriæ suæ,  
 [ & non cognouerūt ] ueritatem scilicet, quod illa ui-  
 ctoria sit ex te, sed sibi attribuerūt: posuerunt dico, [si-  
 cut] solent poni signa [super summum] id est, super  
 ianuas domorū, uel tēplorum [in exitu] id est, in cō-  
 pito. Tãgit cōsuetudinē, quod uictores solēt ponere  
 super portā, uel super turrim signa sua. ¶ Exaggerat  
 eorū nequitiam: & etiam [exciderūt ianuas eius] tēpli,  
 tendētes [in idipsum] id est, in eandem uoluntatem  
 destructionis, [quasi] essent [in silua] non quæ ob-  
 Bb seruaretur,

seruaretur, sed quæ eorum uoluntati esset exposita ad  
 facienda ligna, & hoc dicit [lignorū], & [deiecerunt]  
 id est, destruxerunt [eam] ciuitatem [in securi & ascia].  
 Ascia est ferramentum, ad dolandas minutas sculp-  
 turas aptissimum. ¶ Incenderunt [etiam] sanctuariū  
 tuum igni id est, templum tuum, deiiciētes culmina,  
 quæ in altum ad honorem tuum erant ædificata,  
 [in terra] ita ut nō remaneret lapis super lapidem,  
 [polluerunt tabernaculū nominis tui] id est templū  
 in quo inuocatum fuerat nomē tuū, faciendo ibi mul-  
 ta polluta. ¶ Dixerunt [etiam] in corde suo & non  
 pauci, sed [cognatio eorū simul] cum illis, [quiescere  
 faciamus oēs dies festos dei à terra] id est, destruam⁹  
 omnia, ne dies festi agantur in terra ista ulterius. ¶ Ista  
 destructionem permisit nobis deus fieri ex merito no-  
 stro, quia nos [non uidimus] id est, non intelleximus,  
 [signa nostra] id est, nobis propositam, scilicet, visita-  
 tionem, quam nobis fecit deus. Et hic ponit se synago-  
 ga in numero destructorum illorum, cum dicit, nō uī-  
 dimus hæc signa, quia [iā nō est propheta] apud nos,  
 quē consulamus, sicut prius habebamus. Cum enim  
 prophetæ cessarent, signum fuit aduentus illius, qui fuit  
 et finis & cōpletio prophetarū: [et amplius nos nō  
 cognoscer] deus, uisitādo per aliquem prophetam.  
 Vel ita potest legi præcedens uersus, de culpa Iudæo-  
 rum. Continuatio, Licet deus tanta beneficia Iudaico  
 populo contulisset, tamen non erit in clementia ipsi-  
 us, si permittat eos destrui, quia ipsi dixerūt Iudæi in  
 corde suo, id est, sicut dixerūt, ita in corde habuerūt,  
 & non pauci de illis, imo cognatio illorum tota si-  
 mul: quiescere faciamus omnes dies festos dei à ter-  
 ra, scilicet, ut nullum festum celebremus ei. Nec  
 debemus celebrare, quoniam non uidimus signa uo-  
 stra



stra quæ nobis promiserat deus, i. nō ostendit nobis aliqua signa, per quæ caueamus ab hostibus, sicut solebat: & etiam iam non est propheta qui consoletur nos, & cætera eodem. ¶ Ipsi ita peccauerunt, sed o [ de us usquequo ] patieris illos permanere in peccatis, & hoc est: usquequo [ improperabit ] tibi [ inimicus ] id est, Iudaicus populus: & usquequo [ irritat ] id est, prouocat ad iram, [ aduersarius ] id est, Iudaicus pop<sup>u</sup>lus, [ nomen tuum ] id est, te nominabilem: erit hoc [ in finē: ], i. erit omnimodo. Vel usq; in finē seculi, quando reliquæ Iudeorum salue fient. ¶ Et [ vt quid domine [ auertis ] ab eis [ manum tuam ] id est operationem tuam ] q̄ cōuertas eos ad te: alia translacio habet, faciem tuam: [ & [ vt quid auertis [ dexteram tuam ] id est, Iudaicum populū, qui ideo domini dextera dicitur, quia per eos fecit deus multa mirabilia sicut: per David Goliath interemit, &c. [ de medio sinu tuo [ id est, de vbertate misericordiæ, quia qui remouetur à deo, non est in misericordia dei. Erit hoc vsque [ in finem ], erit vtique in finem, quādo Iudæi conuertentur ad C H R I S T V M, recipientur in sinum dei. Hæc figura fuit in Moyse, qui extraxit manum de sinu, & leprosam inuenit, & cum iterum eam in sinum reposuisset, munda fuit, & hoc est impletum in populo Iudæorum, qui cum remoueretur à sinu dei, id est, à C H R I S T O, factus est leprosus in peccatis, cum autem conuerterit se ad Christum, mundabitur à lepra peccatorum, ¶ Deus autem

Pars secunda, Deus auertit modo manū suā, scilicet, ipse [ deus rex noster ] existens [ ante secula, operatus est salutem ] id est, liberationem, & ante aduentum & in ipso aduentu Christi [ in medio terrę ] id est, in communi omnium hominum. ¶ Tu confirmasti. Dico operatus es salutem, quia [ tu ] deus [ confirmasti mare ] rubrum. faciendo illud populo transeunti siccū, & ex omni parte quasi murum: & hoc [ in uirtute tua ]. i. in omni potentia tua. Posita figura, ponit significatum ipsius figuræ, cum dicit: [ capita draconum ] id est, potentias & eleuationes dæmonū [ contribulasti ] id est, ad nihilū reduxisti, [ in aquis ] baptismi: quia per aquas baptismi, homo exit à diaboli potestate. ¶ Et [ tu ] etiam [ confregisti capita draconis ] superioris, & [ populus Aethiopum ] id est, illis qui prius fuerunt nigri in peccatis, [ dedisti eum ] diabolum [ escam ] id est, refectiōnem: quia subtrahendo diabolo sua membra, eis reficiuntur, cum eos sibi incorporant: uel ipsis tribulationibus reficiuntur, quas immittit eis diabolus. ¶ Ostendit etiam alias salutes, quas fecit deus in mundo, cum dicit: [ tu ] etiam [ dirupisti fontes ] id est, si aliquis fons impediēbat eorum iter, tu diuisisti, ut facile pertransirent, [ & torrentes ] id est, si aliqua impetuosa aqua impediēbat transitum eorum, tu dirupisti, id est, per minimos riuulos, [ tu ] etiam [ siccasti fluuios Ethan ] terræ illius, ut Iordanem, quem sicco pede transferunt, Ethan interpretatur robustus, per quod intelligitur diabolus, possumus & hoc intelligere ad allegoriam ita, fontes & torrentes Ethan, id est, inundationes uiciorum, quas immittit diabolus, tūc dirupit deus, quando alleuiat peccata, & si non penitus condonat, tunc siccat fluuios Ethan, id est, inundantiam uiciorum, quando penitus condonat, peccata. Vel sic  
Disru

Dirupisti fontes, quando in deserto de petra aquam eduxisti, & torrentes, sicut aquā illā quę sequebat eos per desertū. Vel hos fōres & torrentes intelligimus p̄dicatores, qui refecerūt totū mundū prædicationē Euāgelij, & per istos prædicatores tu siccasti fluuios Ethā, iuuantiam peccatorum, quam immittebat diabolus. ¶ Tuus est dies ] & c. totum ad literam. Allegorice autem per diem accipimus sapientem, qui est illuminatus cognitione dei. Per noctem peccator accipitur, qui est in tenebris, per ignorantiam ueri boni, qui peccator est tuus o deus, quia eum ad te conuertis, [ tu fabricatus es auroram ] .i. principium conuersionis, scilicet illos, qui modo nouiter cōuertūtur, [ & solem ] .i. perfectissimos sapientes, qui alios possunt illuminare. ¶ Tu etiam fecisti omnes terminos terre ] .i. eos qui se faciunt terminos & defensores ecclesię, contra diabolū & ministros eius, sicut sunt sancti episcopi & alij boni pastores, [ ætatem ] .i. illos qui sunt feruētissimi, sicut martyres, [ & ver ] etiam tu fecisti, id ē, rēperatos, sicut sunt boni confessores, & [ ca tu plasma sti ] .i. principium eorum tu fuisti, quia nullus in eis quicquam fecit, nisi tu solus. Plasmatio enim est prima creatio. ¶ Memor. Et tu deus, qui hæc mirabilia fecisti [ memor esto huius ] .i. conuersionis Iudæorum, quod iste dieit absolute, huius alia translatio habet, huius operationis. & necesse est ut sis memor, quia [ inimicus ] .i. ille Iudaicus populus [ impropertauit. i. opprobria dixit [ domino ] & hoc per insipientiam, & hoc est [ & populus insipiens exacerbauit nomen tuum ] id est prouocauit te ad iram nobinabilem. Cum dicit per insipientiam eos peccasse, excusat eos, & dignos ostendit miseratione. ¶ Ne tradas. Tertia pars. Inimicus populus ita impropertauit domino, sed o do-



mine quicquid facias de alijs, [ ne tradas bestijs ] .i. diabolo & ministris eius, [ animam confitentem, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem ] id est, omnimode, quando remuneres eos, quia confitentes sunt pauperes, & ideo debes remunerare. ¶ Propter hoc non debes obliuisci, quia tu promissisti misericordiam confitentibus, & hoc est, [ respice in testamentum tuum ] id est, sanctum Euangelium, & opus est ut respicias promissa, quia propter merita eorum non facies, [ quia ] isti [ repleti sunt ] iniquitate [ qui obscurati sunt ] id est, excæcati sunt ab usu rationis, [ domibus terræ ] id est, corporali habitatione, & hoc excusat eos de sua cæcitate. ¶ Et o domine [ ne auertatur humilis ] qui tibi supplicat, [ factus confusus ] si eum a te remoueris. nec debes tales a te remouere, quia [ pauper ] uerus [ & inops ] qui nihil de se presumit, sed omnia deo reputat, scilicet, humilis, isti tales [ laudabunt nomen tuum ] ¶ Et propter hoc debes exurgere, & etiam propter hoc, quia causa tua agitur. & hoc est, o [ deus ] qui hætenus uideris dormisse, dum permittris incouersos Iudæos, nunc [ exurge, iudica causam tuam ]. Causa enim agitur contra deum, quando Iudæi improperant deo: hanc iudicabit ad commodum suum deus, si de blasphemis faciat laudatores: iudica dico causam, scilicet, [ memor esto improperiorum tuorum ] scilicet quæ tibi obijciunt Iudæi, & hoc quidem faciunt propter insipientiam: & hoc subdit, eorum improperiorum dico, [ quæ sunt ] tibi [ tota die ab insipiente ] populo. ¶ Et [ ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum ] id est, uoces & preces quas fundunt illi ad te, qui quondam fuerunt inimici tui, Alia translatio habet, querentium te, & non debet obliuisci, tum propterea, quia isti

inimici

inimici facti amici, clamant ad te, tum etiam propter hoc, quia inimici tui, scilicet Romani, superbe agunt contra illos, & hoc est: [superbia eorū qui te oderunt, ascendit semper] crescendo magis & magis.

IN PSALMVM LXXIIII.

¶ Titulus. In finem ne corrumpas,  
psalmus cantici Asaph.

**C**onfitebimur]. Psalmus iste est cantici Asaph, id est, fidelis synagogæ quæ in hoc psalmo loquitur, monens ne corrumpas, id est si habes fidem, vel aliquod bonum, ne corrumpas illud, & per hoc dirigens in finem, id est in Christum. Psalmus cantici, ideo psalmus iste dicitur, quia magnam nobis proponit exultationem. quia Christum inducit iudicaturum, & impios damnaturum, & iustos remuneraturum, vbi dicit & omnia cornua peccatorum confringam, & c. Materia est Christus & homo, iudex omnium. Modus in prima parte loquitur ei synagoga, ostendēs eum talem cui omnis religio debeat exhiberi. In secūda parte inducitur Christus loquens, & respondens synagogæ & in verbis suis possumus intelligere, cum deum & hominem, iudicem omnium, & ista secunda pars incipit statim vbi dicit. Cum accepero tempus intentio est, admonere, ne corrumpas. ¶ Et dicit synagoga, O [deus] nos [confitebimur tibi] peccata nostra: & quia securum se credidit, vt permaneret in confessione, ingeminat. [confitebimur] perseveranter. [ & ] post confessionē, [inuocabimus nomen tuū,

ut nobis peccata relaxes, & in nobis habites: recto or-  
die procedit, quia ubi nō inuocat, digne narrare nō po-  
teft. ¶ Et postquā inuocauerimus, narrabimus mira-  
bilia tua ] scilicet de creatiōe mūdi, de reparatione ge-  
neris humani: & cū hoc iterum recto ordine procedit,  
quia qui non inuocat, digne narrare non potest.

Vnde dicitur: Non est speciosa laus in ore peccato-  
ris, Hic notatur in his verbis synagoge omnis reli-  
gio, Cum accepero tēpus. Pars secūda, Et ita respon-  
dit Christus inuocāti synagoge: Tu dicis, cōfitebimur,  
& certe bono tuo, puta cum ego accepero tēpus [ id  
est, opportunitatem iudicandi, [ iudicabo iustitias ]  
reddens tibi pro merito tuo, & alijs similiter. ¶ Dico  
cum accepero tempus, quia opus est ut differam, quia  
homines sunt corrupti, & oportet præsцитos p̄ miseri-  
cordiam preparare: & corruptionem hominū ostē-  
dit dicens: [ Liquefacta est terra ], .i. ipsum elemētū est  
liquefactum, & corruptum, [ & omnes ] homines li-  
quefacti, & corrupti per peccata, [ qui habitāt in ea ]  
quia secundum corruptionem hominum, ipsa elemē-  
ta, quæ ipsis seruiunt, corrumpuntur. Terra enim fer-  
tilior, & aer salubrior fuit in tempore priorum patrū,  
quod ex diuturnitate uitæ eorum potest comproba-  
ri: homines scilicet liquefacti sunt, sed [ ego ] per mise-  
ricordiam dei [ confirmaui columnas eius ] terræ, id  
est sanctos apostolos, qui totius ecclesiæ sunt susten-  
taculum, & per illos acquirētur multi, qui digni erūt  
in iudicio remuneratione. ¶ Confirmaui columnas,  
& per illas [ dixi iniquis: nolite inique agere: & delin-  
quentibus ] contra præcepta mea, dixi hæc: [ nolite  
exaltare cornu ] id est, nolite excusare uos de peccatis  
uestris: cornu enim, id est, superbia, exaltat, qui se de  
peccato suo excusabilē existimat, & iudicat. ¶ Et [ no-  
lite



lite cornu uestrū ] id est, excusationē uestram [ extol  
 lere in altum ] id est, contra deum, ut dicatis uos cul  
 pa creatoris esse peccatores, qui tales uos creauit. &  
 quid intelligat p cornu extollere in altū, ipse exponit,  
 cū dicit: [ nolite loqui aduersus deum, iniquitatem ].  
 Nolite dico, ipse enim cognoscit quicquid uos facitis,  
 quia nullo loco deest: & hoc est: [ quia ] ipse non de  
 est, [ neq; ab Oriente, neque ab Occidente, neque à de  
 fertis montibus ] ad literā. Vel per orientem alligori  
 ce sapientes & summos uiros, quibus est ortus sol iusti  
 tie, possimus accipere: peccatores p occidentē, quibus  
 idem sol occidit: per desertos mōtes hæreticos, qui cū  
 montes se ostendunt, tamen à ueritate remoti sunt &  
 deserti. ideo dicit, quod à nullo deest. [ quoniā deus  
 iudex est ] ille de quo ego ago, deus est. & quia deus  
 est, ergo ubiq; est. ¶ Et quia iudex est & iustus, scilicet,  
 ubi dicet iudicem proprie & iustum intelligit . ideo  
 [ humiliat hūc ] superbum, etiam in hac, & tandem in  
 alia uita. [ & hunc ] id est, humilem, [ exaltat ] multi  
 plicando eum in uirtutibus. & tādē in alia uita, [ &  
 hunc ] .i. humilem, [ exaltat ] multiplicando enu in  
 uirtutibus. & tandem uere exaltabit, cum eum perpe  
 tuo coronabit. & potest exaltare, & humiliare, [ quia  
 in manu ] illius [ domini calix ] est, scilicet, diuina scri  
 ptura, de qua potātur multi, sicut de aliquo calice. ca  
 lix dico [ meri uini ] .i. puri sensus. .i. spūalis intellectus.  
 calix dico [ plenus mixto ] id est, mixtura, quia conti  
 net & nouum & uetus testamentum, in quo utroque  
 testamento syncerus est, & merus, & spiritualis inelle  
 ctus. ¶ Et [ hunc calicē ] [ inclinauit ] id est per misericor  
 diam suam intelligibilē fecit, [ ex hoc ] uase [ in hoc ]  
 aliud uas. & hoc per simile dicit, scilicet, ex Iudaico po  
 pulo, ingētilem populum. prius enim Iudeis, quam Gē  
 ti.

tibus legem suam dedit, & licet sic inclinasset, tamē ca-  
 lix non est, euacuatus, & hoc est, [ueruntamen fex ei-  
 us [ .i. reliquiæ eius calicis, [non est exinanita ] id ē,  
 euacuata, quia neque usque ad reliquias potest exhau-  
 riri, neque ipse reliquiæ possunt exhauriri, quia quan-  
 tuncunq; exhauriant de diuina scriptura, tamen non  
 minus habet ipsa spiritualis intellectus. Per fecem non  
 accipit turpidum aliquid, sed quasi solas reliquias, sicut  
 in cypho merum uinum aliquando remanet. Et adeo  
 non est exinanitum, quod inde [bibent omnes pecca-  
 tores terrę [id est reficiuntur aliqui de omni genere  
 peccatorum, scilicet, & Iudęorū, qui in fine potabunt.  
 & Gentium, qui modo potantur. Vel fex eius, .i. legis,  
 scilicet, carnales obseruantia, quæ fex dicuntur quan-  
 tum ad nouum testamentum, nō prorsus ē euacuata,  
 quia adhuc seruanteam Iudęi, & hoc dicit, non ē ex-  
 inanita. & licet modo non sit e inanita, tamen qui-  
 cunque bibēt legem illam spiritualiter omnes pecca-  
 tores terrę scilicet, tam iudei, quā gentiles. Vel per cali-  
 cem possumus accipere diuinum iudicium, ut ita dica-  
 mus: Benedico, hunc humiliat, & hunc exaltat, quia  
 in manu, .i. in potestate illius domini, ē calix, .i. diui-  
 num iudicium. quod ideo calix dicitur, quia propinat  
 inde deus unicuiq; pro merito, sicut propinatur de ca-  
 lice, cali, dico meri uini .i. quo propinatur merum  
 uinum. .i. iusticia sanctis in hac uita, & tandē æterna  
 gloria, qui calix ē plenus etiam mixto .i. pœna, qua po-  
 tabūt mali, quia sicut in calice illo continetur remu-  
 neratio bonorum, sic & damnatio impiorum. Et il-  
 lum calicē inclinauit ex hoc in hoc, quia per illum ca-  
 licem & bonis bona, & malis mala propinat, & licet in  
 de omnibus propinet, tamen fex eius, id est, pœna, nō  
 est exinanita, .i. nunquam exhausta est, sed omnes pec-  
 catores

gatores terræ bibent illam, id est perpetuo punientur.  
 ¶ Ipsi bibent ex eo, [Ego autem annuntiabo] id est,  
 gaudebo, sicut alia translatio habet, [in seculum] .i.  
 quādiu durabit seculum, & etiam [cantabo] voce &  
 opere, [deo Iacob]. ¶ Et] postquā hæc omnia fecero,  
 veniens ad iudiciū [confringam omnia cornua pecca-  
 torum] & dabo cornua iustis, qui modo non habent,  
 [ & ] illa [cornua iusti exaltabantur] ineffabili glori-  
 atione. Vbi dicit, accepero tempus, & confirmaui co-  
 lumnas eius, ostendit se esse hominē. Vbi dicit, quoni-  
 am deus iudex est, ostendit se esse deum & iudicem.

IN PSALMVN LXXV.

Titulus. In finem in carminibus, canticum ad Assy-  
 rios psalmus Asaph.

**N**otus in Iudæa deus. ] Iste psalmus Asaph, id  
 est, fidelis synagogæ, habitus in carminibus,  
 .i. in laudibus dei. Proponit enim nobis ma-  
 gnas laudes dei, dum dicit eum notum esse in Iudæa,  
 & quod ipse illuminat bonos, ubi dicit, Illuminans tu  
 mirabiliter. & excæcat malos, ubi dicit, turbati sunt  
 omnes insipientes corde, & dormierunt somnū suū: &  
 ibi maxime apparet unde laudandus sit, cum dicit, ut  
 saluos faciat omnes mansuetos terræ. qui psalmus est  
 canticum, quia vt dictum est, rem unde nobis sit exul-  
 tandum proponit, eam scilicet quam prædiximus in  
 carminibus: canticum dico habitum ad Assyrios, id  
 est ad superbos Iudæos: Assyrij namq; dirigentes in-  
 terpretantur, & per Assyrios dominus populum suū  
 pro peccato eorum flagellabat, & per istos tales Assy-  
 rios merito Iudæi intelliguntur, quia & isti Iudæi super-  
 bi erant de sua lege, & ecclesiam Christi persequebā-  
 tur, & hos tales Iudæos hortatur fidelis synagoga,  
 vt cum ipsa gaudeant de hoc nomine, qđ Iudæi dicunt,  
 &



& Christum confiteantur, quia nemo potest esse Iu-  
 daeus, nisi in quo habitat Christus. Vel per Assyrios,  
 qui dirigentes interpretantur, bonos Iudeos, qui se ad  
 ad deum dirigunt, secundum interpretationē pos-  
 sumus accipere: & hos admonet fidelis synagoga, ut  
 perseverent in dilectione Christi. Materia est ipse Chri-  
 stus. Modus: In prima parte ostendit in quibus habi-  
 tet Christus, & quod à sua habitatione remoueat o-  
 mnem potestatem inimici, cum dicit: Ibi confregit  
 potentias, & cætera. In secunda parte, quæ incipit: Il-  
 luminans tu mirabiliter: ostendit quod in hac vita bo-  
 nos illuminat, malos excæcat: & tandē in iudicio da-  
 mnabit impios, & saluos faciet bonos. In tertia parte  
 quæ incipit: Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur.  
 ostēdit eum dignum cui soli faciendum sit festum, &  
 admonet nos, ut ei festum faciamus, & hæc est inten-  
 tio. ¶ Et sic admonens ipsos Iudæos, dicit synagoga:  
 o vos Iudæi, [deus est notus in Iudæa] id est, omni-  
 bus qui confitentur Christum natum de tribu Iuda:  
 quibus autem notus non est deus, ipsi non debēt dici  
 Iudæi. De tribu Iuda fuerunt omnes reges Iudææ. præ-  
 ter Saul. [Et in Israel magnum nomen eius] id est, il-  
 lis qui eum uident, quia quanto magis inuestigant de  
 eo, tanto est illis maior. Et hoc potestis scire o vos Iu-  
 dæi carnales, quia si nomen eius in uobis non est ma-  
 gnum, id est, si Christum non honoratis, non eritis I-  
 srahel. Vel si ad bonos Iudæos dicitur, sic dicitur: Quā-  
 doquidē notus est in Iudæis deus, & in Israel magnū  
 nomen eius, ergo vos boni Iudæi persistite, ut in vo-  
 bis habitat, & crescat nomen eius, [& factus est locus  
 eius] ubi ipse cubat [in pace] id est, in illis qui cessant  
 à vitijs, & faciunt bona. Alia translatio habet, in Salē.  
 sed translator posuit significatum hic pro significāte.

[ & in Sion ] id est, in speculantibus deum, est [ habi-  
 ratio eius ] in quibus ipse non inuenit ullum offendi-  
 culum, & ideo vos Iudæi facite vos speculantes, ut in  
 uobis deus habitet. ¶ [ Ibi ] id est, in Sion, id est in specu-  
 lantibus se, [ confregit ] deus, .i. destruxit, [ potētiās ]  
 diaboli, & eas per partes exequitur, dicens, [ arcum ]  
 .i. latentem impugnationem, [ scutum ] .i. defensionē  
 iniquitatis, & [ gladium ] .i. manifestam impugnationem,  
 [ & ] vt omnia comprehendat, dicit: bellum ]  
 id ē, omnem impugnationem, ita confregit deus hæc  
 vitia in suis, sicut ad historiam, confregit potentias A-  
 morræorum & lebusæon, vt populum suum in terrā  
 promissionis induceret. ¶ Illuminas. Pars secunda.  
 Continuatio. Dico confregisti potētiās, & tu bene po-  
 ruisti benefacere, quia o[mnis] [ tu ] deus [ illuminas ] fide-  
 les tuos cognitione veri boni, a montibus æternis ] .i.  
 per apostolos, qui æterni dicuntur, quia uita eorum  
 manet in æternum. illuminas dico [ mirabiliter ] id ē,  
 per miracula. Vel mirabiliter, quia etiam si sine mira-  
 culis fiat cognitio dei, tamen mirabilis est, quia quan-  
 to magis deus ab initio cognoscitur, tanto potentior  
 intelligitur. Vel si habeat. Illuminans, pendet constru-  
 ctio usq[ue], tu terribilis es. & te illūinante [ turbati sunt ]  
 non dico boni, sed [ omnes insipientes corde ] .i. appe-  
 ritores seculi. ¶ Et ipsi [ dormierunt ] .i. quieuerunt in  
 gaudijs huius mundi, putantes esse bona hæc tempo-  
 ralia, & quia possent dormire, & statim euigilare, ad-  
 dit [ somnum suum ] .i. continue. & sicut euigilans ni-  
 hil inuenit de diuitiis quas habuit in somnio, sic [ oēs  
 uiri diuitiarum ]. Per diuitias non solum usufructus diui-  
 tias accipimus, sed etiam quælibet desideria carnalia,  
 [ nihil in manibus suis inuenerūt ] .i. in potestate sua,  
 qui prius putauerunt eas diuitias semper sufficere, &

eas in sua possessione habere ¶ Et hic excusabiles ostē-  
 dit eos ab increpatione, Cōtinuatio. Dico dormierūt,  
 & o [ deus iacob ab increpatione tua [ id ē, dum eos  
 tu increpares per prādicatores tuos [ dormitauerunt  
 id ē dormierunt frequenter: quia quādo terrebas eos  
 & uidebant uaria & in consuetā miracula, tunc cōmo-  
 uebāt. his uero cessantibus, iterum dormiebāt, dormi-  
 tauerunt dico [ quia ascenderunt equos [ id ē illi qui  
 late discurrunt per desideria seculi. Hic mittit nos ad  
 historiam. cū Moyses miracula faceret corā Pharaōe,  
 dicebat se cito dimissurōs filios israel. cū autem cessa-  
 rent miracula, & populus cōepit proficisci, cōscendit  
 in equos, & insecutus est populum dei. ¶ Et [ tu ] qui  
 hęc facis in hac uita, [ terribilis es ] futurus impijs in  
 iudicio, [ & ] tunc [ quis resistet tibi, ] Nullus utique  
 [ ex tūc ira tua ] apparebit, quia quos in hac uita per  
 misericordiam differs punire, & inuitas ad pōnitēciā  
 illos tunc grauitē punies ¶ Benedico, ira tua, quia tu  
 [ fecisti ] id est, facies ] iudicium [ tuum auditum de  
 cōelo ] per totum mundum, cum sit uox in tuba dei.  
 & in uoce archangeli. & hoc propheta annunciat per  
 prāteritum, quia tu concilio dei iam uiderat illud esse  
 peractum, & [ contremuit ] id est, tremabit [ terra, ]  
 id est, terreni [ & quieuit ] id est, quiescet, quia iam nul-  
 lā habebit pōrestatem. ¶ Tremuit dico. [ Cum deus  
 exurget in iudicio ] & non tantum exurget. ut conde-  
 mnet impios. sed etiam [ ut saluos faciat omnes man-  
 suetos terre. ] ¶ Quouiam cogitatio hominis confite-  
 bitur tibi. Tertia pars. Continuatio. Et quia deus hęc  
 omnia facit. ideo uos [ uouete. domino. deo uestro &  
 reddite. ] ideo dicit uouete, quia quādam sunt quę  
 nō essent necessaria ad faciendum nisi uouerent. sicut  
 abstinere ab uxore, à carne, & cętera, & ideo sunt alligi  
 endi



ciendi homines vt voueant. vouere dico non alij, sed  
 [omnes qui in in circuitu eius] existentes, id est, in fa-  
 mulatu eius, [afferis munera] iustitiæ & æquitatis,  
 & cætera. Alia litera habet qui in circuitu eius sunt,  
 munera afferent. Continuatio, ideo debetis vouere  
 & reddere, quia omnes qui in circuitu eius sunt, affe-  
 rent munera. ¶ Et quid debeamus vouere & red-  
 dere, ostendit per præmissam causam. Continuatio,  
 Bene debetis vouere & reddere, [quia tibi] o domi-  
 ne [confitebitur cogitatio hominis, & reliquiæ cogi-  
 tationis] id est, operationes, quæ post cogitationem  
 relinquuntur, [agent tibi festum diem] id est, osten-  
 dunt te esse laudabilem. Festum celebrare, a malis o-  
 peribus cessare, & deo laudes debitas exhibere. Vnde  
 dicit Augustinus. Male celebrat sabbata, qui a bonis  
 operibus vacat. Vel reliquiæ cogitationis, id est, recot-  
 dationes quas semper homo habet pro peccatis &  
 quoniam hoc est, ergo vouete, & c. Vouere consiliū  
 est, soluere autē vota præceptum, id quod Moyse au-  
 thoritate probatur. Quod semel egressum est de la-  
 bijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti do-  
 mino deo tuo. ¶ Vouete dico, domino deo vestro, &  
 domino dico [terribili, & ei qui aufert spiritum prin-  
 cipum] .i. vitam, ad literã, propter hoc dicit terribili  
 [apud reges terræ] .i. apud omnes illos qui bene re-  
 gunt suam terrenitatem.

## IN PSALMVM LXXVI.

Titulus. In finē Pro Idithū Psalmus Asaph.

**V**Ocemea ad dominum clamaui ] Psal-  
 mus iste est Asaph, .i. fidelis synagoga,  
 quæ hic loquit sicut David, vel aliquis de  
 illo populo priori: habitus pro Idithū .i.  
 pro transliente, vt sicut ille transiliēs est qui loquitur.

ita faciat suos auditores transilientes, i. contemptis mundanis, cœlestibus adherentes, & hæc est intentio psalmus dico, dirigens in finem. Ideo aliquem de prioribus patribus hic loqui dicimus, quia qui hic loquitur, deliberat an possit fieri saluatio hominis, de qua nullus fidelis dubitat, eorum qui post aduentum Christi fuerunt. Materia est ipsa fidelis synagoga. Modus: In prima parte ostendit se clamare ad deum etiam in tribulatione, & quod non uelit consolari his temporalibus, ubi dicit: Renuit consolari anima mea. In secunda parte, quæ incipit: Anticipauerunt vigilias oculi mei, deliberat, utrum saluatio hominis nec ne. Intertia parte, quæ incipit: Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dextera excelsi, ostendit se salutis uiam inuenisse, & quod ipsa salus per filium dei fiat. In quarta parte, quæ incipit: Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquæ & timerunt, ostendit mirabilia quæ deus per filium in mundo procreauit. ¶ Et sic synagoga fidelis proponens se exemplum alijs, dicit: [Ego clamaui ad dominum] ut eum obtineam, quia dñs est, & hoc [voce mea] quæ ab hoc quod peto uoce, non discordo opere, etiam [voce mea clamaui ad deum] & ad quem clamandū est, quia deus est, [ & intendit mihi ] .i. benigne respexit. ¶ Et non tantum in alio tempore, sed & in aduersitate, & hoc est [In die tribulationis meæ deum, exquisiui] quia cum potestas huius uitæ se mihi offerret, & prosperitas, ego inter omnia deum exquisiui [manibus] .i. operationibus [meis] exquisiui dico, [nocte] .i. in hac uita, quæ ideo nox dicitur, quia in ea nō habetur perfecta illuminatio. Vel nocte, quando alij dormiunt, ita quod hæc mea inquisitio esset [contra eum] .i. in præsentia eius. Alia translatio habet, corā eo. [ & non sum deceptus ] .i. nō sum spe mea frustra

tus, sed experientia edoctus, deum suos non derelin-  
 quere, & iustis æternæ vitæ præmia tribuere, neque pe-  
 tentibus quippiam denegare. ¶ Deum exquisivi, & in  
 temporalibus nolui consolari, id est, habere consola-  
 tionem, & hoc est, [ Anima mea renuit consolari ] pas-  
 siue, uel consolari se, scilicet, in istis temporalibus, sed  
 semper [ fui memor dei, & ] in illa memoria [ delecta-  
 tus sum ] percipiens magnam bonitatem dei, [ & exer-  
 citatus sum ] ut cognoscerem quanta esset bonitas  
 ipsius, [ & ] in hoc [ defecit spiritus meus ] quia incō-  
 prehensibilis est bonitas dei, ¶ Anticipauerunt, Pars  
 secunda. Dico defecit spiritus, sed tamen [ oculi mei ],  
 id est, interior ratio mea, [ anticipauerunt vigilias ] id  
 est, plus quam alij solliciti fuerunt, ad inquirendam dei  
 bonitatem: hoc dicit ad similitudinem alicuius studi-  
 osi, qui plus alijs uigilat, cæterisque diligentius cuncta  
 inuestigat, & in illis uigilijs, [ turbatus sum ] cognos-  
 cens omne humanum genus in peccatis teneri, ex in-  
 obedientia primi parentis, [ & ] tamen [ non sum lo-  
 curus ] id est, non murmuravi contra deum ¶ Ideo sã  
 turbatus, quia ego [ cogitavi dies antiquos ] id est, pec-  
 catum Adæ factum in antiquis diebus, sed tamen ecō-  
 tra [ annos æternos in mente habui ] quia quod de  
 promissa hominibus æternitate audiui, semper recorda-  
 bar, ¶ Et meditatus sum nocte ] id est, tempore istius  
 uite, [ cum corde meo ] id est, cum ratione mea, quia  
 ratio attendens dei misericordiam, & quod deus ho-  
 minem ad laudem suam fecit, humani generis salua-  
 tionem indicauit futurã, carnalitas autem uidens ho-  
 minem putrescere, negabat reparationem futuram,  
 [ & exercitabar ] ut cognoscerẽ, quid potius tenendũ  
 sit, [ & ] ut melius intelligerem, [ scopebam spiritum  
 meum ] id est, omnem fecem terrenitatis eijciebam d



me, scobare enim est mundare, uel scopebam idem ē  
 quod quidam dicunt, scopebā id est, cauabam ut pro  
 fundius possem de deo intelligere. ¶ Meditatus sum  
 ira dicens apud me, [ Nunquid in æternum projiciet  
 deus ] populum suum [ & non apponat, ut complacē  
 gior sit ad huc, placidus fuisse ostēsus est superius, cū  
 mihi intendit, placitior erit, cum reparabit. ¶ Aut ab  
 scindet ipse suam misericordiam in finem, id est omni  
 no, quod nulla scilicet maior abscissio sit ut remouer  
 at eum à bonis, & à malis & faciet hoc ipse [ in genera  
 tione & generationem, ] id est, omni tempore.

¶ Aut obliuiscetur misereri deus ] qui prius consue  
 uit facere misericordias patribus nostris [ aut conti  
 nebit in ira sua misericordias suas, ] id est, præua  
 lebit ira eius misericordiæ eius, iratum enim uideo  
 eum pro peccatis, misericordem tamen cognosco. Et  
 dixi. Pars tertia Ego sic deliberaui, [ & ] in hac mea  
 deliberatione [ dixi, nunc cœpit quid inde tenendum  
 sit. Vel, cœpi ueram cognitionē inde habere, scilicet,  
 uideo quandam mutationem, sicut in ariete immola  
 to ab Abraham, intelligo humanitatē Christi immo  
 landam esse pro hominibus, [ & hæc est mutatio dex  
 teræ excelsæ ] id est, Christi, qui est dextera dei patris,  
 per quem operatur hanc mutationem, ut de peccato  
 ad iusticiā transire faciat, & de mortalitate ad immor  
 talitatem perducatur. ¶ Et per hoc intellexi illam muta  
 tionem, [ quia memor fui operum domini ] scilicet,  
 quod creauit hominem, & sicut eum per misericordi  
 am creauit, sic intellexi, quod eundem per misericor  
 diam reparabit. memor fui, [ quia ] etiam in futuro  
 [ mentor ero ] uel ut alia translatio habet, omnium  
 mirabilium tuorum [ quæ fecisti in mundo [ ab ini  
 tio ] id est, à creatione cœli & terræ, & quia illa cog  
 noui

gnouite fecisse propter laudem tuam, scia quod homines saluabis, quia nisi illos saluares, nullā laudē haberes. ¶ Et non tantum memor ero, sed etiam mediorabor [ id est, studiose inquirā ] in omnibus operibus tuis ] ut in ceteris operibus factis, intelligā etiam quia hominē saluū facias, [ & exercebor in adinventionibus tuis, id est, præceptis tuis, quæ tu inuenisti, ¶ Deus in sancto. Ecce quod superius dixit: ecce nunc cœpi. Continuatio: Exercebor in adinventionibus tuis, hæc inuentio quidem [ o deus via tua ] qua venitur ad te est [ in sancto ] id est, in Christo, & quia videt reparationē per Christū futurā, cōmendat eum cum exultatione, dicens, [ quis deus magnus, sicut deus noster? ] Gentiles stulti putant statuas suas, uel lapides, deos esse, sed nihil est certe, quia [ tu ] solus [ es deus, qui facis mirabilia ], Et quæ mirabilia, ostēdit dicens: [ Notam fecisti in populis virtutem tuam ] id est, filiū tuū, in quo virtus tua apparebit. Et non tantum notificabis filium, sed [ in brachio tuo ] id est in ipso filio [ redemisti populum tuum ] quem populū determinat, scilicet, [ filios Iacob ] id est, Iudaicū populū, [ & Ioseph ] id est gentilē populū, qui ideo per Ioseph intelligitur, quia Ioseph in gentili populo, scilicet in Aegypto, cōuersatus fuit. Vel ad allegoriam: Per Ioseph, qui interpretatur accrescens, gentilem populū accipimus q̄ accreuit ad cultū dei per Iudaicū populū. ¶ Viderūt. Pars quarta. Per hoc redemisti populum, quia o [ deus, aquæ ] id est Iudaici populi, [ viderunt te ] id est, cognouerunt te per filium: [ viderunt te ] iterū [ aquæ ] id est, gentiles, [ & timuerunt ] pro peccatis, intelligentes te futurum iudicem, [ & abyssi ] .i. p̄fundissimi in peccatis, [ turbatæ sunt ] à proposito suo.

¶ Et tūc fuit [ multitudo sonitus aquarum ] id est, pō-  
 puli sonuerunt, multis modis laudātes te de missione  
 filij tui, & clamauerūt, p peccatis: & sonitus ideo fuit,  
 quia [ nubes ] id est, sancti apostoli, [ dederūt vocē ]  
 p̄dicacionis per orbem terræ. ¶ Bene dico, vocem  
 dederunt nubes, quia ó deus [ sagittæ tuæ ] id est, sen-  
 tentiæ tuæ transfigentes corda hominū, [ transeūt ]  
 ad homines de illis apostolis: & [ vox tonitruī tui, id  
 est, comminationis de peccatis, est ] [ in rora ] id est in  
 circuitu totius mundi. ¶ Et coruscationes tuæ ] id est,  
 miracula facta per ipsos apostolos, ] alluxerunt orbi  
 terræ. Bene dixit, alluxerunt orbi, quia per hæc sunt  
 multi illuminati, & conuersi ad fidem, Per coruscatio-  
 nem possumus accipere præcepta uiuēdi: [ & ] per i-  
 psas coruscationes [ commota est terra ] id est terreni  
 ad conuersionem, [ & contremuit ] agendo p̄nitē-  
 tiā pro peccatis, ¶ Et per istos apostolos sic operātes,  
 [ tua ] est [ tua in mari ] id est, in gentili populo, quia  
 per hoc & tu uenisti ad gentilem populum. & gentilis  
 populus uenit ad te: ad literam etiam completum ē,  
 quia dominus Iesus incessit super mare. & super mare  
 fecit Petrum ambulare ad se: [ & semitæ tuæ ] id est, ar-  
 etiora præcepta tua, sunt etiam receptæ [ in aquis mul-  
 tis ] id est, in diuersis populis: & licet gentiles ad te  
 ita ueniant, tamen [ uestigia tua ] id est, signa iusticiæ  
 tuæ. [ non cognoscentur ] à Iudæis, ¶ Quibus tamen  
 multa fecisti miracula, quia deduxisti ] illum [ popu-  
 lum tuum sicut oues ] non quod ipsi bonæ oues es-  
 sent, sed tu eras eis pius pastor [ in manu Moysi & Aa-  
 ron ], ad literam: & per Moysen intelligimus omnem  
 ducem. & per Aaron omnem sacerdotem, quem p̄-  
 fecit populo suo.

IN PSALMVM LXXVII.

Titulus



Titulus. Intellectus Afaph.

**A** Tendite popule meus]. Psalmus iste con-  
 venit Afaph, id est, fideli synagoge, quæ hic lo-  
 quitur. sicut David propheta, uel alicui similia: qui  
 psalmus dicitur intellectus, quia non tantum histori-  
 alem, sed etiam in historia allegoricum continet intel-  
 lectum. Materia est, munera quæ fecit deus priori po-  
 pulo, liberans eos ab Aegypto, & cætera quæ postea  
 fecit eis usque ad missionem filij: & per oppositum, i-  
 psi Iudæi ingrati beneficijs dei, & semper contra deum  
 murmurantes. Partes psalmi decem sunt. In prima  
 parte ponit prologum, in quo facit eos attentos ad cæ-  
 tera quæ sequitur. In secunda parte, quæ incipit: Quæ-  
 ra audiuius: increpat duritiam Iudæorum, qui le-  
 gem dei non receperunt, quamuis deus per multa be-  
 neficia legem suam recipendam eis indicasset. In ter-  
 tia parte, quæ incipit: Coram patribus eorum fecit: e-  
 numerat mirabilia, quæ deus fecit populo suo, educen-  
 do eos de Aegypto per mare rubium, & deinde in de-  
 sero: & contra hoc ponit etiam mururationem Iu-  
 dæorum. In quarta parte quæ incipit: Ideo audiuit  
 dominus & distulit: ostendit, quod deus volens nouifi-  
 care potentiam suam, de qua ipsi increduli diffidebāt,  
 omnes petitiones eorum impleuit. In quinta parte,  
 quæ incipit: Adhuc escæ eorum erant: ostendit vindi-  
 ctam, quæ deus sumpsit de eis, propter duritiam eorū  
 & incredulitatem. In sexta parte, quæ incipit: Et dilex-  
 erunt eum in ore suo: quod cum ipsi Iudæi propter ti-  
 morem vindictæ, fisterent deum diligere, ipse tamen  
 misericordem se exhibuit eis. In septima parte, quæ inci-  
 pit: Quoties exacerbauerunt eum in deserto: ostendit,  
 quod licet ipsi semper deum tentarent, tamen deus  
 multis modis ad eorum liberationem Aegyptios  
 percussit

percussit. In octaua parte, quæ incipit: Et abstulit si-  
cut ouis populum suum, & perduxit eos: ostendit quæ  
benigne eos deus in terram promissionis induxit: &  
ex opposito, quod Iudæi deum semper exacerbantes  
semper tentauerunt. In nona parte, quæ incipit: Au-  
diuit deus & spreuit, ostendit vindictam quam in ter-  
ra promissionis sumpsit de illis deus, & etiã de perse-  
cutoribus eorum Philistæis. In decima parte, quæ inci-  
pit: Et repulit tabernaculum ostendit, quod præter cæ-  
tera beneficia, misit eis deus Dauid regem scilicet, filium dei  
qui innocentia & iusticia regeret eos, natum de tribu  
Iuda. Post hæc omnia, intendit admonere quoscumque  
fideles, ut legem dei recipiant, & eam spiritualiter intelli-  
gant. ¶ Et inde monens eos, sic incipit, [Popule meus] id est, mihi cõsimilis fidelis sicut ego, [attendite legem  
meam] ut sicut ego legem spiritualiter intellexi, & eam  
facio, ita & uos eam faciatis, & ut eam possitis intelli-  
gere, nolite superbi esse, sed [inclinate] id est, humili-  
ate [aurem uestram] id est, intelligentiam uestram,  
[in uerba oris mei.] Modo maxime facit eos atten-  
tos, ad ea quæ sequuntur. ¶ Ideo debetis intelligere,  
quia aperiam ego os meum] uobis, .i. ego multa loquar  
uobis, & hoc non tantum in historia, sed [in parabo-  
lis] id est, in huiusmodi locutionibus, in quibus & ali-  
ud intelligitur, quæ literalis sensus, [loquor] etiam uo-  
bis [propositiones] .i. illas obscuras allegorias, quæ  
vix possunt intelligi, sicut sunt diuinationes illæ, quæ p-  
blemata vocantur, velut quod Samson proposuit Phi-  
listæis, dicens, De comedere exiit cibis, & de forti dul-  
cedo. Cum autem exposuissent illi, hoc esse dictum de  
fauo mellis, quod ipse iuuenit in ore leonis, proposu-  
it quandam parabolam, respondens: Nisi in uitula mea  
arasetis, propositionem meam non soluissetis: per uirulam  
uxorem

vxorē suā intelligens, propositiones dico, factas [ab initio] id est, ex quo deus cœpit manifeste operari in illo populo, fecit mirabilia, quæ fecit in Aegypto.

¶ Quanta, Secunda pars. Ideo debetis attendere propositiones quas ego loquar, quia non ex corde meo, sed ea quæ audiui & vidi, loquor, & hoc est, [quanta] id est, quā magna, quā infinita [audiuimus, & cognouimus] esse vera, per ipsam impletionē, [ & ] credendum est illis. Audiuimus, quia [patres nostri narrauerunt nobis]. Cum dicit, narrauerunt, ostēdit rem nō esse fictam, sed veram quæ narratur, & illa narratio non tantū fuit dictis, sed etiā scriptis. ¶ Et illa quæ narrauerunt, sunt cognita ab omnibus per totū mundū. & hoc dicit, [non sunt occultata à filijs eorum] id est, patrum nostrorum, scilicet, omnibus nobis in populo Israëlito sunt manifesta, [ & in generatione altera ] .i. in gentili populo. ¶ Dico patres narrauerunt, [narrantes laudē domini] .i. quælibet opera dei, in quibus laudandus merito apparet deus, vt in incarnatione hominis & similibus. [ & virtutes eius ] .i. illa, in quibus potentia dei apparebat, vt in diuisione maris rubri [ & mirabilia eius ] vt māna ī deserto, [ quæ ] omnia non tantū dixit vel promisit deus, sed [ fecit ]. ¶ Hæc mirabilia fecit eis deus, [ & ] postea [ suscitauit testimoniū in Iacob, & legē posuit in Israel ]. Per legē accipimus prohibitiones, & instructiones vitæ, ipsam quoq; legem testimoniū vocat, secundū hoc quod testatur nobis æternā hæreditatē, quā promittit nobis deus. Suscitauit proprie dicit, quia lex naturalis in nobis sopita fuit, ad quā suscitandā, deus dedit legē scriptam, quæ cū naturali quodāmodo eadē erat. Et cū deus multa bñficia, pmisisset pp̄o illi, ualde sunt increpādi, qui nō receperūt legē illā, in q̄ [ quanta ] .i. q̄ mirifica [ mādauit patrib. nost. vt nota facerēt ea filijs ] .i.



vt notificarent ea posteris, scilicet, non tantum Indaei  
 sed [ ut ] etiam [ generatio altera cognoscat ] ea, scili-  
 cet, gentiles. ¶ Filij qui nascentur. Ad hoc deus dedit  
 gem, vt notificetur posteris nostris: & ita cōplebitur  
 quod [ filij, qui nascentur ] de carnali pro genie nostra  
 sicuti sancti apostoli, [ exurgent ] id est, nō acquiescēt  
 istis temporalibus, sed cor suum ad dor. inum dirigēt,  
 [ & narrabūt filijs suis ] spiritualibus. ¶ [ Vt ponant  
 spem suam ] non in iustitia sua, vel carnalibus obser-  
 uantijs, sed [ in deo, & non obliuiscantur op. erū dei ]  
 id est, non sint ingrati de beneficijs dei, sed per creatu-  
 ras, & per beneficia sibi facta, intelligant ipsum crea-  
 torē, [ & mandata eius exquirant. ] ¶ Ideo exquirāt,  
 [ ne fiant sicut patres eorū, generatio praua & exaspe-  
 rans ], Prava dicitur generatio illa, propter peruersa  
 opera, sicut propter idololatriam, & similia: & exaspe-  
 rans dicitur, quia de potentia dei d. ffidēs, ipsum deū  
 saepe tentauit. ¶ Bene dico, generatio praua, quia ge-  
 neratio illa talis fuit, [ quae cor suum ] distortum, ma-  
 le intelligendo, [ non direxit ] ad bonū intellectū: [ &  
 spiritus eius ] id est, ratio naturalis, [ non est credi-  
 tus cum deo ] videlicet, si aliquando bene fuerunt cū  
 deo, bene intelligendo, detraxerūt se ab illo, quasi de-  
 us deciperet eos, velut si aliquando per figuras res si-  
 gnificatas intelligerent, retrahebant se, nec spiritū suū  
 deo committebant. ¶ Bene dico, generatio illa non di-  
 rexit cor suum, quia nec filij E. s. fraim, qui meliores fue-  
 runt in populo illo: hoc dicit: [ filij E. s. fraim, intenden-  
 tes arcum, & mittentes ] sagittas. [ cōuersi sunt in die  
 belli. Per similitudinem dicit, quia sicut aliquis intē-  
 so arcu, mitteret sagittas, & se paratum ad pugnādum  
 ostēderet, in bello autem statim deficeret. ita & maio-  
 res & praelati populi illius, cum se paratos ad seruiciū  
 dei

deioftenderent dicentes vifis miraculis: Quæcūq; p̄cipiet nobis dominus, & famulus eius Moyfes, faciemus: statim à feruitio dei recedebār & idola colebār, & hæc est parabola. & per filios Effraim, qui maiores fuerunt in populo illo, prælati ecclefiæ intelliguntur, qui cum deo feruire fe ostendunt, tamen non refiftentes tentationibus diaboli, conuertuntur in die belli.

¶ Ita sunt conuerfi, quia [ non custodierunt testamētum dei ] & hoc non ex difficultate præcepti, sed quia noluerunt. & hoc dicit: [ & in lege eius noluerunt ambulare ] fimiliter mali Christiani faciunt. ¶ Et præter hoc, [ obliui sunt benefactorum eius ] velut refectio nem in deserto, [ & mirabiliū eius, quæ ostendit eis, ] veluti plagarum quas ostendit Aegyptijs. ¶ Coram, Nā. ii.

Tertia pars. Horum, scilicet mirabilium, [ coram patribus eorū ] Moyse & Aaron, [ fecit mirabilia in terra Aegypti ] & vt maiorem relinquat certitudinem, determinat locum, cum dicit, [ in campo Thaneos ] Thanis est ciuitas Aegypti, apud quam decē plagæ factæ sunt, & interpretatur, humile mādaturum. Allegorice: In Aegypto, id est in tenebris huius vitæ, facit deus mirabilia coram patribus nostris spiritualibus, cum per ministerium eorum nobis peccata dimittit, & gratiā sancti spiritus tribuit. Vel per mirabilia accipiamus inuisibilia, & hoc facit nobis dum sumus in campo, id est, in planitiæ huius vitæ: campo dico Thaneos, id est, in quo nobis est viuendum per humile mādaturum.

¶ In Aegypto fecit mirabilia, & educens eos de Aegypto, [ interrupit mare ] rubrum, [ & perduxit eos ] usq; ad aliud litus, [ & statuit aq̄s ] maris, [ quasi in vtre ] stabiles, nullo modo fluentes, fimiliter aqua baptismi interrupta, quia est alijs salus, alijs mors. p̄ducit nos deus ab Aegypto, scilicet, ab infidelita-

Exo. 14.

Exo. 17.

delitare ad securitatē cœlestis patriæ: & aquas, fluctus huius seculi, statuit quasi in utre, quia ita compescit, qđ deinceps nō possunt nobis dominari. ¶ Et deduxit eos ] post exitū maris rubri, [ in nube diei ] quæ erat eis in refrigeriū: [ & tota nocte in illuminatione ignis, ] per nubem diei Christi humanitatē significat, in qua diuinitas latuit, quæ nobis prestat refrigerium cōtra in centiua uitiorū: per columnā ignis, eandē Christi carnem intelligimus, quæ illuminauit in nocte, id est, i ignorantia huius uitæ, igne spiritus sancti. ¶ Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos uelut i abyssu, multa ] scilicet, in illa profunditate aquarū poterant melius refici. Petra interrupta in eremo, significat Christū nobis scissum, & uulneratum in hoc mūdo, unde processit spiritualis & ineffabilis refectio. ¶ Dico petra interrupta, [ & de petra eduxit aquam ] in quo dei magna potentia, & ineffabilis erga nos notat benignitas, [ & deduxit tāquam flumina aquas ] quia riuus ille, procedens de petra, sequebatur eos p desertū, & refectio-nem ministrabat, per quā aquam intelligimus gratiā spiritalem, quæ de Christo procedens, refectio-nem p totum mundum ministrabat populo dei. Aqua enim quæ in cruce fluxit de latere domini, baptismi ablutionem nobis significauit, & alias spirituales gratias significauit, quibus peccata nostra lauantur. ¶ Tot beneficia contulit eis deus, [ & ] tamen ipsi adhuc [ apposuerunt peccare ei, & in iram exitauerunt ] id est ad hoc ut vindictam de eis sumeret, prouocauerūt [ excelsū, i in aquoso ] id est, deserto, quod natura in aquosum est, significat ariditatem cordis eorū. Similiter mali Christiani post multa dei beneficia, ad irā eum prouocāt, in in aquoso, id est in sterili corde eorum. ¶ In iram exitauerunt, & hoc non sine causa; sed quia tentauerunt



runt deum in cordibus suis] ad hoc [vt peterēt escas  
 animabus suis]. i. quibus escis vitam seruarent. Ita &  
 mali Christiani tentantes, à deo petunt corporales  
 escas, vel spirituales, veluri scientiã, & similia: & bona  
 quæ possumus, non explemus. ¶ Ostendit quomodo  
 tentauerunt, dicens: [Et male locuti sunt de deo] di-  
 centes, [nunquid poterit deus parare mensam in de-  
 serto?] & rationē qua posset eis obijci confringit, ac  
 si ita diceret: Licet deus in deserto nobis aquã dedisset,  
 refectionē tamen aliam dare non poterit, quia natu-  
 rale est petræ vt aqua inde exeat, panē vero & aliam  
 refectionē, in huiusmodi loco inuenire difficile est.  
 ¶ Et hoc dicitur [Quoniã percussit petrã, & fluxerunt  
 aquæ, & torrentes inundauerunt]. ¶ Nunquid] licet  
 hoc fecisset, [ & panem poterit dare ] in hoc deserto,  
 [aut parare mensam]. i. nō solū panē, sed etiam co-  
 piosam refectionem, Nec dico paucis hominibus, sed  
 [populo suo]. i. rãtæ multitudini, Hoc quidē impos-  
 sibile est. Sic quidam in ecclesia, licet Christū pro no-  
 bis mortuū confiteantur, & baptismi aquã ad remis-  
 sionē peccatorū ualere concedant, tamen de mensa, i.  
 de refectione dñici corporis, dubitant: non credentes  
 quã deus possit eos corpore & sanguine filij sui in hoc  
 deserto huius vitæ pascere. ¶ Ideo. Quarta pars. Sic tē-  
 tauerūt deū, [ideo audiuit dominus]. i. intellexit, &  
 impleuit petitiōes eorū, ne si statim interficeret eos,  
 putaretur impotēs, sicut illi dicebāt. Audiuit dico [ &  
 distulit ] pœnã inferre eis, vt prius ostēderet suã potē-  
 tiã, implēdo eorū petitiōes, [ & ignis ]. i. ira dei [ac-  
 census est in Iacob] carnalē. i. in minores, [ & ira dei ]  
 .i. vindicta [ascēdit] multiplicata ē [in israel]. i. cōtra  
 maiores Iudæorū. Vel ira: audiuit dens illos Iudæos,  
 & distulit pœnam illorum, & propter hoc ignis dile-  
 ctionis accensus est in Iacob, id est, in populum.

pulum supplantatorem, scilicet, gentilem, quia contigit cæcitas in Israel, ut plenitudo Gentium intraret. ¶ Ignis dico accensus est in gentili populo, & ira ascendit in Israel, id est, in Iudeos, ideo [ quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius ] id est, in saluatione eius: ut qui per mare duxerat eos, refectioñe aquæ ministrauerat, & mensam parare posset. ¶ Et mandauit. Ostendit quomodo deus petitiones eorum adimpleuit. Dico audiuit eos dominus, [ & ] ideo [ mandauit nubibus desuper ] id est, superiori aeri imperauit dominus, ut plueret eis victum: ] & ipse dominus [ ianuas cæli aperuit ] id est, cataraçtas cæli, scilicet, vias cæli, per quas pluuia cælestis ad eos descendit. ¶ Et pluit illis manna ad manducandum ] id est, quod ipsi manducarent. & quid vocet manna, determinat, dicēs [ panem cæli dedit eis. ] ¶ Et tuue [ panem angelorū manducauit homo ]. Cum dicit manna illud panem fuisse angelorum, nomē significatæ rei dat significatē. Christus enim, qui per manna significatur, panis & omnimoda dicitur refectio angelorū, secundum diuinitatem. Allegorice, cum multi non bene credūt de deo, nec sperant in salutari eius, scilicet, in Christo Iesu, tamen deus, mandat nubibus desuper, id est, supremis prædicatoribus aperit deus ianuas cæli, id est, diuinā scripturam: & per ipsos prædicatores pluit illis manna deus, id est, filium suum eis monstrat & notificat, quē proprie dicit panem angelorum. & hūc panem, scilicet, dominicū corpus & sanguinem realiter comedit homo. & præter manna [ misit ] deus alia ] cibaria eis ] & hoc non parce, sed [ in abundantia ]. ¶ Ecce quomodo misit, scilicet, [ transtulit austrum ] id est, ventum illum [ de cælo ] id est, de superiore aere, scilicet, ne flaret superius, sed iuxta terram, [ & Africū ] illū alium

alium ventum collateralem Austro, [induxit in virtu  
 te sua] ¶ Et ] Per istos ventos ] pluit super eos carnes  
 Ecce ostendit quæ cibaria miserit eis. carnes dico [ fi  
 cut puluerem ] id est, cum tanta abundantia, quanta  
 puluis habetur. & determinat quas carnes, scilicet,  
 [volatilia] non mortua, sed [pennata] & hoc cū tan  
 ta infinitate, [sicut arena maris]. Per Austrum & Afri  
 cum, qui calidi venti sunt possumus accipere sanctos  
 prædicatores, feruore dilectionis calentes, per quos  
 deus pluit nobis carnes, id est, illas refectiões animæ  
 quæ ita plenarie reficiunt animam, sicut carnes refici  
 unt corpus, veluti sapientiam, prudentiam, quas com  
 parat pulueri propter subtilitatem cogitationū. ideo  
 vocat eas volatilia pennata, quia a terrenis subleuāt  
 hominem ad cœlestia: arenę comparat ideo, quia co  
 piofa sunt, sicut arena. Per mare, quod falsum est, con  
 dimentum veri saporis intelligimus. Cum dicit, de  
 cœlo transtulit, intelligimus quod deus prædicatores  
 suos transfert de contemplatiua vita, ad actiuam, sci  
 licet, vt curam aliorum agant, ¶ Pluit illis deus volati  
 lia [ & ] illa ] ceciderunt in medio castrorum eorum, i.  
 circa tabernacula eorum ] ut sine omni labore possēt  
 eos accipere, ¶ Et ] ipsi ] manducauerunt, & saturati  
 sunt nimis ] id est, multū, vel cū superfluitate [ & ] ira  
 [desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à de  
 siderio suo]. Similiter in tabernaculis, id est, in ecclesi  
 is nostris: & circa, id est, in vicinis, possumus inuenire,  
 quæcunque sententia nobis necessaria est vnde ani  
 mas reficiamus, & manduce mus, & saturemur nimis  
 Quidam enim de scientia sua superbiunt, & et alijs spi  
 ritualibus donis, nec fraudamur a desiderijs nostris.  
 ¶ Pars quinta, [ Ad huc escæ eorū erant in ore ipsorū  
 & ira dei ascēdit super eos ] ¶ Et occidit pingues eorū  
 id



id est, superbos in populo illo, [ & ] propter hoc [ impediuit ] id est, contristauit [ electos Israel ] veluti Moysen, & similes. Similiter dum ad huc dominicum corpus habemus quasi in ore, & ira dei ascendit super nos & occidit pingues, id est, superbos, & indigne dominicum corpus sumentes, excacatione mentis percutit. Vel dum sapientia magna sumus resecti, quoniam inde superbimus, occidit nos dominus interius: & electi Israel, id est, viri & praelati nostri contristantur in ecclesia ¶ In omnibus his ] scilicet, inter omnes has vindictas [ peccauerunt ] alij obstinati corde [ ad huc, & non crediderunt in mirabilibus iei ] ¶ Et ideo [ dies eorum ] quantum ad eos, qui non diu vixerunt, [ defecerunt ] acti quod est in vanitate [ & anni eorum ] quantum ad eos qui diu vixerunt [ defecerunt ] causa festinatione ] Similiter & nos, cum alios pro peccatis puniri cognoscimus, non corrigimur, sed obstinati in peccatis deficiamus, & poenam promeritam incurrimus, ¶ Et [ cum ] ita [ occideret eos, quarebant eum, & reuertebant, & diluculo ] .i. studiose [ veniebant ad eum ] ¶ Et commemorati sunt, quia deus adiutor eorum esset, & deus excelsus redemptor eorum est ] Similiter & nos propter timorem aliquando deum requirimus. ¶ Pars sexta. [ Et dilexerunt eum in ore suo ] id est, bene assueuerant mentiri, [ & lingua sua mentiti sunt ei ] quia non diligebant in corde, sicut testabantur in ore. ¶ In ore dilexerunt, ] cor autem eorum non erat rectum cum eo ] quia non propter deum, sed timore poenarum deum se diligere fingebant: [ nec fideles habiti sunt in testamento eius ] vt legem eius obseruarent, sicut in timore promittebant. ¶ Ipse ] enim [ est misericors ] in natura sua, [ & ] etiam contra merita ipsorum [ fiet propitius peccatis eorum ] & ideo [ non disperdet ] id est, non profus destruet [ eos ]. ¶ Et abundauit [ illa tanta misericordia dei, [ vt auerteret ]

ab eis [iram suam] id est, vindictam quam de eis sumere cœperat, [ & non accendit omnem iram suam ] vt de eis sumeret omnem promeritam pœnam. ¶ Et recordatus est ] quasi oblitus, dũ eos affligeret, [ quia caro sunt ] scilicet, carnales sunt & fragiles, proniq; ad peccandũ, & hæc est maxima causa quæ deũ mouet ut se misericordẽ nobis exhibeat. Ecõtrario maligni angeli propter hoc remanent inredẽpri, quia nulla eorum natura, quæ quidem perfecta erat, sed sola superba voluntas impulit eos ad peccandũ. Et etiam recordatus est, quia [ spiritus ] est [ vadens, & non rediens ] scilicet mortales sunt. Vel, spiritus vadens, id est, per se recedens à deo, & non per se rediens ad ipsum deum, & ideo necesse est homini, vt deus apponat manũ, & reducat eũ. Similiter nos ficto corde deum diligentes patienter sustinet deus, & semper se misericordem nobis exhibet. ¶ Quoties. Pars septima. Dominus ita misericors semper fuit eis, sed tamen contra ipsi [ exacerbauerunt eum ] id est, acerbum esse, qui omnia bona eis negaret, meruerunt in deserto. Per desertum locum intelligitur etiam cor eorum ab omni vera illuminatione desertum, & hoc [ quoties ] quasi sine numero [ & ] etiam [ in iram concitauerunt eum, ] id est, vt digne eis pœnam inferret, & hoc [ in iniquo ]. ¶ Et conuersi sunt ] à bono intellectu, quem aliquando de deo habuerunt, visis signis, vel plagis perterriti, ad prauum intellectum, [ & tentauerunt deum, ] de potentia omnipotentis diffidẽtes, [ & exacerbauerunt sanctum Israel ] id est illum qui Israel sanctificat, in quo magna eorum reprehenditur stultitia. ¶ Non sunt recordati manus eius ] id est, operationis eius exhibitæ eis [ die qua redemit eos ] id est, liberauit, [ de manu tribulantis ] scilicet Pharaonis,

Sic & nos peruersi à vero intellectu in deserto huius  
 vitæ, deum multoties ad iram concitamus, non recor-  
 dantes inter cætera beneficia eius, quod nos redemit  
 de potestate tribulantis, id est, diaboli. Et nota quod  
 in allegoria non attendimus continuas continuatio-  
 nes, sed solas verborum necessariorum significatiões,  
 ¶ Sicut posuit. Dico, non sunt recordati, [ sicut posuit  
 in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Tha-  
 neos ], Per signa, minora miracula. per prodigia, ma-  
 iora intelligimus. Vel idem, sed secundum hoc dicatur  
 signum dei, quod potentiam indicat: prodigiũ, quia  
 in se dat nobis intelligere a' iud. Ita & nobis in hac  
 Aegypto, dum uiuendum est in campo Than eos. i.  
 in humili mandato, ostēdit multa signa, & indicia sue  
 voluntatis. ¶ Et conuertit. Incipit e numerare plagas  
 quas dominus intulit Aegyptijs propter eos, & licet  
 non ponat easdem quas Moyses, tamen decē ponit,  
 sicut ipse Moyses, & contra decem plagas Aegyptio-  
 rum, ponit decē præcepta legis Augustinns, quæ de  
 uo populo suo dedit, & per decem intelligimus uni-  
 uersas pœnas inimicorum, & uniuersas institutiones  
 iustorũ. ¶ Signa posuit in Aegypto, & hæc sunt signa,  
 [ conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres  
 eorum ne biberent. ] Imbres vocat aquas de pluuijs  
 in cisternis collectis. Per flumina intelligimus profun-  
 diores scripturas, vt euāgelium. Per imbrem inferio-  
 res, velut sermones Augustini: hi conuertuntur in san-  
 guinem quando ducuntur in intellectum carnalē, qui  
 intellectus mortem propinat bibentibus. ¶ Misit ]  
 etiã [ in eos cynomyam ] id est, caninã muskam, [ & ]  
 illa cynomya [ comedit eos ] quia grauiter mordebat  
 eos, [ & ranã, & disperdit eos ] quia in nullo loco po-  
 terant se abiles esse propter rauas. Per cynomyam im-  
 probi



probitatem, quæ semper hominem inquietat, accipimus: per ranam loquacitas designatur, cui intendentes disperguntur à veritate: & in hoc versu duæ plagæ notantur. ¶ Et dedit erugini fructus eorum ] de arboribus. per eruginem, quæ est aura nocens, vel nebula, & latenter segetes corrumpens, intelligitur superbia, quæ latenter corrumpit bonos mores, cū se existimat homo aliquid esse, cū nihil sit: [ & ] dedit [ labores eorū ] Gal. 6  
 velut in saxis. [ locustæ ] quæ corrodent: per quam de tractio intelligitur, quæ corrodens bonos labores annihilat. Potest per locustam, quæ instabile est animal, malorum intelligi instabilitas, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: hic quoque versus duas plagas habet. ¶ Et occidit in grandine vineas eorum ]: per vineas collectiones hominum accipimus, Exod. 9  
 qui in grandine, id est, in commutatione dei, non viuificatur, sed conteruntur, & occiduntur. [ & moros eorū in pruina ]. Pruina quidē est fragilitas quædam, quæ preuenit bonum propositū alicuius: velut si quis proponat se regulariter & caste viuere, præuenitur a mala consuetudine amoris monialiū, quo fructus boni propositi anticipatur & excoquitur. in hoc quoque versu continentur duæ plagæ. ¶ Et tradidit gradini iumenta eorū, & possessionem eorum ] veluti domos, & similia tradidit [ igni ]. Per iumenta fatui homines habentur, qui commutatione dei gradinantur. Per ignē, ardorē concupiscentiæ, quo omnis possessio boni operis cōsumitur, intelligimus. hic quoque duæ plagæ cōtinentur. Nota quod vbi Moyses in Exodo has tres plagas posuit, scilicet, cyniphes, hucera, muscarum, & nebras, ponit propheta eruginem, pruina, ignem, non fulguris, sed qui omnes possessiones incenderet.

Misit. Vult addere grauiorē pœnam, scilicet percussio-  
 onem primogenitorū: ad hanc quandā prœmittit cō-  
 minationē, quasi diceret: Hæc mala prœdicta inulit  
 eis deus, & prœter hæc [ misit in eos iram indignatiōis  
 suæ ] non correctionis, scilicet procedentē ex dei indi-  
 gnatione, uidelicet, indurationē cordis, quod nolent  
 dimittere populū dei. Et post hæc irā misit in eos [ in-  
 dignationē ] q̄ ipsi inter se dedignarentur, [ & iram ]  
 quod sibi irascerentur inuicē, [ & tribulationē ] per  
 quæcunq; alia peccata, quibus interius tribularentur.  
 Hęc omnia dico [ immissionē ] factam [ per angelos  
 malos ] scilicet, per ministeriū diabolorū. Eodē mo-  
 do, quia deū ad indignationē prouocamus, immittit  
 nobis iram, id est, indignationē, quod iam de cōmis-  
 sis non cōpungamur, & deinde in peiora peccata iu-  
 sto iudicio suo nos præcipitat, vt habeamus inter nos  
 indignationē, & iram, & tribulationē. ¶ Viam fecit.  
 Immissionē per angelos malos, & per hoc [ fecit sem-  
 tam iræ suæ ] .i. vindictæ suæ strictæ, & quasi per sem-  
 tam exercitatæ, dum in interiori tantū percussit eos,  
 [ viam ] .i. amplitudinē, dum omnia primogenita mor-  
 te affigeret, [ & ] inde dicit, [ non perpercit à morte  
 animarū eorum, & iumenta eorū in morte conclusit ]  
 in eodē pretio reputans homines & iumenta. ¶ Præ-  
 ter iumenta [ percussit ] angelus ille percutiens [ omne  
 primogenitū ] cuiuscunque animalis, [ in terra Aegy-  
 pti ] & etiam [ primitias omnis laboris eorum ] veluti  
 hordea, lina & similia quæ citius maturescunt, [ in ta-  
 bernaculis Cham ]. Aegyptū vocat tabernaculū Chā  
 quia filij Chanaan, qui fuit filius Cham, filij Noe cœ-  
 perunt Aegyptū inhabitare. Similiter in nobis facit  
 deus viam semitæ iræ suæ, quando de leuioribus pec-  
 catis subtrahendo gratiam, ad grauiora nos permit-  
 tit

tū descendere, animas etiam in morte concludit, quā  
 do vsq; ad contemptū dei nos sine precipitari, & re-  
 tinet nos in execratione mentis. Iumēta in morte cō-  
 iudicā, quando omnē pudicitiam in nobis perire confē-  
 tit. Vel per iumenta fatui intelligūtur, qui simul a deo  
 cum astutis percutiuntur. Percutiuntur in nobis pri-  
 mogenita, scilicet, primogenita, scilicet fides & talia,  
 si permancamus in Aegypto, id est, in tenebris huius  
 vitæ. Percutiuntur primitiæ laboris, quando charitas  
 quæ maior est inter alias virtutes, vel aliæ præcipuæ  
 virtutes in nobis pereunt, quod erit si inuentamur in  
 tabernaculis Cham. i. diaboli. Cham enim callidus in-  
 terpretatur, per quod diabolus intelligitur. Vel descē-  
 sus Cham, per quod mundus intelligitur, cuius ama-  
 tores semper descendunt in profunditatē vitiorum.  
 ¶ Et abstulit. Pars octaua. Has plagas intulit deus Ae-  
 gyptiis, [ & populū suū ] scilicet Iudeos, [ abstulit ] de  
 terra Aegypti [ sicut oues ] nō q̄ illi se oues facerent,  
 sed ille ducebat eos tā benigne, sicut bonus pastor o-  
 ues, [ & perduxit eos tanquā gregē in deserto, ] ¶ Et  
 deduxit eos ] per desertū [ in spe ] promissæ hæredita-  
 tis, [ & non timuerūt ] aliquē de inimicis, q̄ posset eis  
 auferre pmissam patriā, [ & inimicos eius opuit ma-  
 re. ] Sic & nos ducit p desertū huius vitæ tanq̄ oues, &  
 auferit de manu inimici & ducit in spe æternæ patriæ,  
 nec timemus q̄ aliquis inimicorū iter nostrū possit i-  
 pedire. Et inimicos nostros, peccata scilicet, dimergit  
 in mare, id est in aq̄s baptismi, ¶ Et induxit eos in mō-  
 tem sanctificationis suæ [ scilicet, Sion, q̄ sanctificatus  
 est cæremonijs eorū, [ montē ] dico [ quē nō gladius  
 eorū ] acq̄siuit [ sed ] [ dextera ] .i. potētia [ eius ]. ¶ Et  
 eiecit a facie eorū gētes ] q̄ prius illā terrā obtinebant,  
 [ & sorte diuisit eis terrā ] secūdū singulas tribus [ in fu-  
 niculo distributiōis



tionis] scilicet equali mensura. Ita inducit nos deus in  
montem significatum suæ habitationis scilicet ecclesi-  
am quam acquisiuit dextera eius, quia nullo modo  
potuisset illud fieri vel permanere, nisi dei operatione  
Et eiecit à nobis Gentes scilicet vitia, ne permaniamus  
in priori genitura. Vel Gentes dæmones, qui nos pri-  
us possidebant, ita quod remoueat à facie nostra, nec  
iam conspiciamus eos in nobis, & diuidit nobis terrã  
. i. ecclesiam, qua alios facit presbyteros, alios conuiga-  
ros: & hoc sorte .i. non humano iudicio, sed sola dei  
electione: & hoc funiculo distributionis, quia vnicuique  
dedit gratiam suam deus ad mensuram. ¶ Gentes cie-  
xit, [ & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Isra-  
el ]. Sic viros videntes deum facit inhabitare iam per  
spem, locum vnde corruerunt dæmones: vel vbi prius  
in nobis habitabãt vitia, fecit virtutes habitare. ¶ Et  
[ licet tot beneficia contulisset eis deus, ipsi tamẽ iam  
habitantes terram promissionis, [ tentauerunt & ex-  
acerbauerunt deum, & testimonia eius non custodi-  
erunt ] id est, præcepta eius implere neglexerunt. ¶ Et  
auerterunt se ab eo, & non seruauerunt pactũ ] quod  
pcepigerant cum domino, dicentes: Quæcunque præ-  
cipiet nobis dominus, faciemus: [ & conuersi sunt in  
arcũ prauũ ] .i. similes sunt facti prauo arcui. [ quem  
admodum patres eorum ]. Arcus prauus dicitur, qui  
cum minatur, nihil percutit: vel qui cum debeat ferire  
hostem, percutit dominum. Ita & nos exacerbamus  
deum, nec legem eius custodimus, & factum in baptis-  
mo pactum quod diabolo & pompis eius renunciaui-  
mus, non obseruamus, sed in arcum prauum conuer-  
timur, bene nos facturos promittentes, & non cõplen-  
tes, vel quia dum alijs mala paramus, in nos ipsos ma-  
la refundimus. ¶ Et in irã concitauerunt eũ in collibus  
suis

suis ] in quibus adorabant idola, [ & in sculprtilibus suis ad iracundiam eum prouocauerunt ] cum debitum deo honorem suis sculprtilibus impartirent. Et similiter in collibus, id est, in superbia nostra nos deum ad iram concitamus. & in sculprtilibus, dū ad idololatriā conuertimur, vel dum nummos nimis cupide contēplantes veneramur, vel libidini, vel alicui talium, quasi deo solícite seruimus. ¶ Audiuit deus. Pars nona, Continuatio. Sic prouocauerunt eum, & ideo [ audiuit deus ] id est intellexit, [ & spreuit, & redegit Israel valde ad nihilum ] qui nulli hostium poterāt resistere. Sic nos deus spernit, & facit cedere cuilibet tentationi. ¶ Et ] propter eorū nequitiam [ repulit tabernaculū ], i. Reg. 4. quod erat in [ Sylo ] quia permisit ab Allophilis arcā quæ erat in tabernaculo, capi. [ tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus ] quia in tabernaculo dabat deus responsa. Similiter repellit illos qui militant in ecclesia, in quibus habitauit ipse, si ipsi sint in Sylo, id est, carnaliter viuant. ¶ Et tradidit. Ostēdit quomodo repulit tabernaculū, quia [ tradidit virtutē eorū ] id est, arcam, quæ erat virtus eorum, quia ea p̄sente, semper vincebāt inimicos. Tradidit [ in captiuitatē ] Philistinorum, [ & pulchritudinem eorum ] id est, eandem arcam, de qua ipsi gloriabantur super omnes Gētes, ] in manus inimici ] scilicet eiusdem populi. Ita libertatē nostri arbitrii, quæ est virtus nostra, & gloria nostra, tradidit propter nequitiam nostram in seruitium diaboli. ¶ Et cōclusit in gladio populum suum, ] quia permisit eos ab inimicis occidi: [ & hereditarem suam spreuit ]. Similiter gladio diaboli permittit nos occidi ¶ Iuuenes eorum comedit ignis ]. i. furor inimicorum: ] & virgines eorum non sunt lamentatę ] sicut consuetudo exigebat. Ita iuuenes. i. fortes in ecclesia

clesia, comedit ignis concupiscentiarū, & virgines in  
 corpore non sunt lamentatæ à prælatis ecclesie, quia  
 prorsus desperant de eis quandoq;. ¶ Sacerdotes eo-  
 rum ] scilicet Ophni & Phinees, filij Heli [ ceciderunt  
 in gladio ] Philistinorū [ & viduæ eorū non plorabā-  
 tur ]. Similiter sacerdotes nostri cadūt in gladio oris  
 dei, cum his quæ bene annunciant contraria faciunt,  
 & viduæ nostre reales non plorantur à prælatis eccle-  
 siæ, quia de eis desperatur quandoq;. Vel per viduas  
 quoslibet in ecclesia castitatē vouentes, possumus ac-  
 cipere, qui iuste non plorantur, si votū frangentes, re-  
 cedunt in vsum libidinis. ¶ Et excitatus est dominus.  
 Ostendit quomodo de persecutoribus vindicauit se  
 deus, quibus uidebatur dormiens deus tanquam ebris  
 us, dum suos ita affligi permitteret. Continuatio. Pro-  
 pter peccata sua isa permisit affligi suos, [ & ] tandem  
 [ excitatus est dominus, tanquam dormiens, tanquā  
 potens crapulatus à vino ]: quia sicut aliquis potens,  
 si multum potatus, obdormit, excitatus, & ad iracun-  
 diam motus, maximum furorē exercet, ita dominus  
 quasi magnum furorem. exercebat, cū se de Philistæ  
 istam acerrime vindicauit. ¶ Et percussit. Excitatus  
 est, [ & percussit inimicos suos ] scilicet Azotios, [ in  
 posteriora ] quia immisit eis mures, qui roderent eis  
 anos: & hoc [ obprobrium dedit eis sempiternum ].  
 Inimicos suos percutit deus in posteriora id est in eis  
 qui relinquuntur post hanc vitam: quia aufert eis vitā  
 æternam, & dat eis obprobrium sempiternum quia  
 detruduntur in infernum. ¶ Et repulit, Plaga decima.  
 Continuatio: Sic se de populo suo vindicauit, [ & repu-  
 lit tabernaculum Ioseph, & tribum Effraim ] quæ me-  
 lior erat inter filios Ioseph, [ non elegit ] quod regem  
 constitueret cum populo. ¶ Sed elegit tribum Iuda ]



vt reges inde faceret [mōrē Sion quē dilexit] in quo  
 ille rex situs, domum ædificaret suam, ¶ Et [ædifica-  
 uit sanctificiū suū] i. tabernaculū suū, [sicut vnicor-  
 nis] i. potēter, q̄ uullus possit eis resistere, [in terra  
 quā fundauit in secula,] hoc non potest dici ad literā,  
 sed magis intelligendū ē ad allegoriā. Ita deus in hac  
 vita repulit tabernaculū Ioseph. i. augmēratos in hoc  
 sc̄lo q̄ nō sint tabernaculū dei, & tribū Efrē. i. fructi-  
 ficantes in hoc seculo. Et elegit Iuda. i. cōsūtētes: & mō-  
 rem Sion, s. sanctā ecclesiā, Et ædificauit sanctificium  
 suū. i. ecclesiā sanctificatā sibi bonis prælatis & alijs bo-  
 nis mēbris, sicut unicornis, vt supra. Vel sicut, vnicor-  
 niū, quia illi qui sunt in ecclesia, sunt similes vnicorni,  
 quia & viriliter resistunt impugnantibus, & casti sūt:  
 quā eccl̄siā fundauit p̄m̄surā in secula. Ita Iudēi puta-  
 uerunt, terrā & legē suā esse fundata in secula, ¶ Tribū  
 Iuda elegit [ & ] inde [elegit David seruū suū, & suū  
 sit eū de gregibus ouū] & [accepit eū] in regē [de]  
 eūre [post fœtātes]. i. post oues. ¶ Elegit [pascere Ia-  
 cob]. i. vt pascat [Iacob seruū suū, & Israel] eundē po-  
 pulū: nō tātū seruū, [sed hæreditatē suā]. Et [ipse Da-  
 uid] pavit eos in innocētia cordis sui [ ] præbendo eis  
 exēplū innocentie, [ & deduxit eos in intellectibus  
 manū suarū]. i. in intellectualibus operibus, factis  
 cū discretiōe & intellectu, in quibus daret alijs exēplū  
 bene & honeste operandi. Per David Christū intelli-  
 gimus, quē sustulit deus de post fœtātes, q̄ assumpsit  
 eū in cælū, cum ipse in hoc mundo multos fœcundos  
 deo faceret: vel de Iudaico populo, vbi cū multos fœ-  
 cundos faciebat, sustulit ad gentilē populū, & ad hoc  
 elegit vt pasceret Iacob. i. gentilē populū posterus na-  
 tū, & supplātorē Iudaici populi: & Israel, i. ipsos Iu-  
 dæos pasceret eadē spūali doctrina, q̄ & gētiles pasce-  
 bat. IN PSALMVM LXXVIII. Dd n̄ij

Titulus Psalmus Asaph.

2. Ma. 6 **D**eus uenerunt Gentes ], Psalmus iste conuenit  
 de vastatione Hierusalē, quam uider futuram sub An-  
 tiocho rege, in tempore Machabæorum: & similiter in  
 ecclesia Christi intelligit Propheta multoties euēturū.  
 Materia est popul' ille dei. Mod<sup>o</sup>: In prima parte ostē-  
 dit mala, quæ sustinuit populus ille, & pollutionē tēplī  
 dei, factam ab Antiocho rege. in secunda parte, quæ in-  
 cipit: Usquequo domine irasceris in finē, precatur vin-  
 dictam de inimicis, & adiutorium populo dei. In ter-  
 tia parte, quæ incipit, Innotescat in nationibus, petit  
 quod per vindictam conuertat deus inimicos, & sem-  
 per possideat, & defendat filios mortificatorum id est  
 illos qui in defensione ueritatis imitātur Iudæos istos:  
 2. Mach. 5. 6. 7. qui pro ueritate ab Antiocho interficiū, sicut Eliaza-  
 rus, & septem fratres, qui magis mori elegerunt, quā  
 mādatum dei præterire. Intētio est, nos ad compassi-  
 onem inuitare, & deplorans vastationem populi sui,  
 & fidelis synagogæ, ¶ Sic incipit: O [ deus Gentes ] id  
 est, gentiles, scilicet, Antiochus & sui [ uenerunt in hæ-  
 reditatem tuam ] scilicet, Hierusalem, [ polluerunt tē-  
 plum sanctum tuū ] quia in templo tuo fecerunt ado-  
 rari idolū, & stupris, & alijs immunditijs illud pollue-  
 runt & [ posuerunt in pomorum custodiam ] quia fe-  
 cerūt eā desertā, sicut casulæ quæ sunt in pomarijs uel  
 uincis, quæ collectis fructibus deserūtur. ¶ Et nō tan-  
 tum in uiuentes seruiunt, sed etiam mortuos, & hoc est  
 [ posuerūt morticina ] id est cadauera insepulta, [ ser-  
 uorum tuorum, escas uolarilibus cœli ], & non tantū  
 aubus, sed etiam [ bestijs terre ] scilicet lupis & canib<sup>o</sup>  
 posuerunt escas [ carnes ] non tantū dico seruorum, sed  
 etiam [ sanctorum tuorum. ] ¶ Et sanguinem ipsi [ effū-  
 de: ut

derunt ] id est, cum magna copia eos occiderunt [ tan  
quam aquam ] id est, viliter, sine omni respectu mise  
ricordie et non in sola Hierusalem, sed etiam [ in circu  
itu Hierusalē, & non erat q̄ sepeliret ] eos, quia vel, p  
hibebantur vel in tanta tribulatione erant, quod nulli  
vacabat. ¶ Et hic propheta qui loquitur, vel quilibet  
de fideli populo, cognoscens de populo illo, & cōdo  
lens malis eorum, quasi de proprio damno, ponit se in  
numero eorum dicens: Facti sumus obprobrium vi  
cinis nostris ] qui sæpe nobis impropere, & ostendit  
per duas partes obprobrium scilicet facti sumus [ sub  
fannatio ] id est derisio quæ fit per nasum, [ & illusio ]  
quia multis verbis nos deridebant & eramus quasi eo  
rum spectaculū [ his qui in circuitu nostro sunt ]. Per  
hæc omnia vult propheta commouere deum iudicē,  
ad misericordiam erga populum suum. Hæc eadē ma  
la sunt inuenta in ecclesia eodem modo. ¶ Vsq̄ quo.  
Pars secunda Hæc mala veniunt populo tuo, sed [ vsq̄  
quo domine irasceris? ] id est quasi iratus populum tu  
um tribulari permittis Erit hoc usq̄ [ in finem, ] id est  
vsq̄ ad tempus gratiæ Et vsq̄ quo [ accenderit ] id est  
multiplicabit ad puniēdos tuos [ zelustus ] id est, indi  
gnatio pro peccatis eorū exhibita, [ uelut ignis ] qui  
quandiu materiā inuenit, non deficit: quasi tandiu tri  
bulatio, quandiu aliq̄ peccatū purgandū erit Vñ igni ze  
lus dei comparatur: quia sicut ignis mollia comburit,  
& dura fortiora & probata reddit, sic tribulatio mol  
les cōsumit, & deficere facit, probatos vero fortes red  
dit. ¶ Noli dico irasaci populo tuo, sed [ effunde ] id est  
cum magna copia immitte [ irā tuam ] id est, vindictā  
tuam [ in Gentes ] id est, in gētiles illos [ quæ te nō no  
uerunt ] nec te deum esse crediderunt: [ & ] non dico  
in minores de populo, sed effunde ] in regna ] id est in



reges, [quæ nomen tuum non inuocauerunt Iudei quæ  
quid facerent, nunquam te o domine deum suum esse nega  
uerunt, ¶ Ideo debes effundere, [quia comederunt,]  
id est destruxerunt [Iacob] id est populum Israel, [ & lo  
cum eius ] id est, ciuitatem Hierusalem, [desolauerunt]  
id est, desolatam & deuastatam reddiderunt, Vel comede  
runt Iacob, id est, quosdam de illis in corpus suum tradu  
xerunt. ¶ In illos iram effunde, & nostri miserere: hoc  
dicit [ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum]  
id est, uon tantum quas habemus nouiter factas, sed quas  
a primis patribus accepimus, & in quibus consueui  
mus, illas ne mimeris, id est ne punias, sed [ cito mi  
sericordiam tuam ], i. remissiones peccatorum, & aliam mi  
sericordiam tuam [anticipent nos]. i. preueniant nos, an  
tequam in iudicium adducamur: ideo precor ut miseri  
cordiam tuam anticipent nos, [ quia pauperes facti su  
mus nimis ] i. nullo modo secundum merita nostra  
sufficientes, ad premium uitæ æternæ. ¶ Sed contra no  
stram impossibilitatem tu [deus adiuua nos] ad bene  
operandum, qui bene facere debes, quia tu es [salutaris  
noster]. i. a quo solo expectamus saluationem, [ & li  
bera nos ] a peccatis nostris [propter gloriam nominis  
tui]. i. quia inde nomen tuum glorificabimus, & lau  
dem inde nobis nullam attribuemus. Sicut illi Iudæi pe  
tebant liberari ab Antiocho & alijs persecutoribus, sic  
ecclesia, ne aliquando deuincatur a persecutore. Libe  
ra dico [ & propicius esto peccatis nostris propter no  
men tuum ] ut etiam hæc persecutio quam sustine  
mus, sit destructio & combustio peccatorum nostrorum.  
Cum dicit adiuua, innuit se ex libertate a bitum aliqd  
posse, Adiuua dico [ne forte dicant in Gentibus, ubi  
est deus eorum? ] Putabant enim gentes Iudæos deum  
non habere, quia inuisibilis erat, & impropetantes Iu  
dæi

deis dicebant, quod nubes & inania colerent. ¶ Pars  
 terra. Ne illud dicant, & hoc potius eueniat, q̄ [vltio  
 sanguinis seruorū tuorū qui effusus est, innorescat in  
 nationibus, [ .i. in gentibus, quæ proprie dicuntur na  
 tiones, quia remanent quales fuerunt natæ, s̄ gentili-  
 ter viuentes, intelligāt deū in se vlcisci, & propter hoc  
 cōuertantur. Dico vltio innorescat, & hoc cito, & hoc  
 est [ coram oculis nostris ] ita q̄ nos videamus, & no  
 stram vindictā intelligamus. Et [ gemitus cōpedito-  
 rum ], .i. ipsorū Iudæorū, qui cōpediti & captiuati ligā  
 tur ab Antiocho & alijs, [ introeat in cōspectu tuo, ]  
 vt placeat tibi liberare omnes. ¶ Secundū. [ Et possi-  
 de ] quicquid sit de liberatione captiuorū cōpedito-  
 rum, [ filios mortificatorū ], .i. imitatores eorū, qui p̄  
 veritatis defensione occiduntur, s̄ vt veritatis defenso-  
 res possint vocari, qui bene hoc potes, [ secundū ma-  
 gnitudinē brachij tui ] vt nō tantū deterreant eos pœ-  
 nā, quantū incitent coronā. ¶ Ira fac tuis, [ & redde  
 vicinis nostris improprium ipsorum, quod exproba-  
 uerunt tibi domine ] dū exprobarēt tuis, [ septuplū ],  
 .i. multiplicē vindictā, scilicet, per septuplū vult intel-  
 ligi, q̄ pœna illa cōpuncti illuminentur spiritu septi-  
 formi: redde dico ira, q̄ [ in sinu eorū ] sit, .i. in secreto-  
 ri parte scilicet in anima. ¶ Illud improprium reddatur  
 eis, [ nos aut̄ improprium nō meremur, sed potius exi-  
 stentes semper; ] [ populus tuus ] qui tibi diligenter ser-  
 uiuus, [ & oues pascuæ tuæ ], .i. quas tu pascis & refi-  
 cis spirituali pascu, scilicet doctrina, [ confitebimur tibi ],  
 .i. laudabimus te [ in seculū ], .i. quādiu aliquod se-  
 culū erit. Potes & ita continuari: Hæc mala nobis in-  
 ferūt, sed tamen nos confitebimur tibi semper, nec tā-  
 tum confitebimur, sed etiā [ annunciamus laudē tu-  
 am ] alijs [ in generatione & generationē ], .i. q̄ die ali-  
 qua generatio erit.

Titulus, In finē pro his qui commutabūtur,  
psalmus pro Assyrijs, testimonium Asaph.

**Q** Vi regis Israel ] Psalmus iste dirigit in finem  
habitus pro his qui commutabuntur, Loquitur  
enim de commutandis, ostendens ecclesiam dila-  
randam per totum mundum, qui autem commutati  
sunt de Adam in Christum, sunt de ecclesia: & ne dubi-  
tet aliquis, hanc commutationem futuram, dicit testi-  
monium Asaph. i. hoc testatur fidelis synagoga, quæ  
loquitur, vbi ponit ecclesie dilatationem. Materia est  
aduentus Christi. Modus, In prima parte petit aduen-  
tum Christi, reputans sine eo omnia alia dei beneficia  
esse inutilia: conquerens etiam de aduentus dilatione,  
In secunda parte, que incipit: Vineam de Aegypto tra-  
stulisti: ponit dilatationem ecclesie, que per Christi ad-  
uentum fiet, & etiam multam ecclesie deiectionem: &  
loquitur per quandam similitudinem, quasi deum cõ-  
paret agriculturæ ecclesiam vinee. In tertia parte, quæ in-  
cipit. Deus virtutum conuertere. petit consumationem  
ecclesie, quæ futura est in nouissimis temporibus, cū  
etiam plenitudo Gentium & Iudæorum conuerteretur  
Intentio est, nos facere certos de cõmutatione, quod  
etiam notatur in titulo. ¶ Attendens autem prophe-  
ta, & quicumque loquitur de synagoga, alia omnia dei  
beneficia sine aduentu filij, nostræ salutis in efficaciam,  
ita incipitur de aduentu filij: Deus [ qui regis Israel ] in  
præceptis tuis, [ intende ] scilicet mitte quem missu-  
rus es, sine quo nihil valet nobis, si bene fecerimus:  
[ qui ] etiã [ deducis ] de virtute in uirtutē [ Ioseph ]  
id est eundem Israeliticum populum, [ rãquã oues, ]  
intende. ¶ [ Qui sedes super Cherubim ] id est illum  
ordinem angelorum, qui interpretatur, plenitudo sci-  
entia: deus autem dicitur sedere & immorari in his, in  
quibus

Gen. 10.

Exo. 14



quibus plenitudo est scientiæ, & cognitionis dei: quasi  
 tu qui modo solis angelis cognitus es, [manifestare]  
 id est per assumptam humanitatem innotesce nobis,  
 [coram Efraim, Benjamin & manasse] id est coram  
 Iudæis: hæc nomina ideo posuit, quia vidit apta nobis  
 ad aliud significandum. Per Efraim intelligimus om-  
 nes in ecclesia, qui sunt fructificantes, & crescētes in bo-  
 nis operibus: per Benjamin, qui filius dexteræ interpre-  
 xatur, intelligimus omnes qui potiora instituunt, vel  
 qui sunt in dextera iudicis collocandi: per Manassen,  
 qui obliuiosus dicitur, eos qui eorum quæ sunt mūdi,  
 obliuiscuntur, intelligit. ¶ Dico manifestare, ita scilicet,  
 [excita potentiã tuã] id est virtutē, qua omnia creasti:  
 quæ quidem potentia sopita & inutilis erit reputata,  
 nisi illud compleatur, cuius alia facta dei significata fu-  
 erunt: [ & veni] id est sume carnem, [vt] per hunc ad-  
 uentum tuum [saluos nōs facias] id est, de potestate  
 diaboli nos omnino eripias. ¶ Et vt nos saluos facias,  
 [deus conuerte nos] ad te de infidelitate, [ & ostēde  
 faciem tuam] id est, filium tuum, vt in Cristo cognos-  
 camus tuam diuinitatem, [ & sic salui erimus ]. ¶ Vt  
 autem ostenderet propheta, adhuc aliquantulum ad-  
 uentus Christi superesse moram, quasi deum reputās  
 iratum conqueritur. Continuatio: Dico, veni, & do-  
 mine cur tantum differs: & hoc est [domine deus vir-  
 tutum] id est, cœlestium angelorum, [quousque iras-  
 ceris super orationem serui tui] id est iratum te osten-  
 des mihi seuro tuo ad te oranti, differendo mittere fili-  
 um, cuius aduentum ego oro: Cum dicit, deum osten-  
 dit ralem, qui nos bene possit saluos facere: dat etiam  
 intelligi, quod nos cultores faciat deus socios illarum  
 virtutum. ¶ Et quousque domine [cibabis nos pane  
 lachrymarū]. Per lachrymas accipit quascūque misere-  
 tias

rias huius vitæ, sed quia intelligit has sibi esse plenam  
 refectiōē & purgatiōē, vocat cibum & potū, & ideo  
 dicit, [ & ] quousq; [ dabis potū nobis in lachrymis ]  
 .i. quæ lachrymæ erunt quasi potus & bona refectio,  
 quæ lachrymæ erunt [ in mensura ] .i. quales sustine  
 re possumus. Fidelis deus, qui non patietur vos tenta  
 ri supra id quod potestis, dicit Apostolus. ¶ Bene dico  
 nos positos in lachrymis, quia tu [ posuisti nos in con  
 tradictionē vicinis nostris ] quæ vicini nostri cōtradi  
 cunt nostræ veritati: & non tantū contradicunt, sed  
 [ etiam inimici nostri subsannauerunt nos ] .i. deride  
 bant rugato naso. ¶ Sed contra istos [ deus virtutum  
 conuerte nos, & ostende faciē tuam, & salui erimus. ]  
 [ Vineā de. Pars secunda Bene dico salui erimus, quia  
 tu deus nostrā saluationē bene demonstraisti in figu  
 ra illa, quando populū tuū de Aegypto eduxisti, & in  
 terra promissionis plantasti: hoc dicit [ Vineā ] .i. lu  
 daicum populum, quē tu excolebas, sicut bonus agri  
 cola dilectā vineā, [ transtulisti de Aegypto, eiecisti  
 gētes ] de terra pmissionis, [ & eam ] vineā ibi [ plan  
 tasti ] .i. firmiter collocasti, & inhabitare fecisti. ¶ Dux  
 itineris fuisti in cōspectu eius ] quia in nube præeun  
 te manifeste te eis ostēdisti, [ & plantasti radices ei<sup>9</sup> ]  
 .i. principes p quos alij sustinebantur, [ & ] populus A  
 le [ impleuit terrā ] promissionis. Vel si per terram to  
 tum mundum accipiamus, dicemus hoc potius intel  
 ligēdum de tota ecclesia, significata per vineā, q̄ de vi  
 nea ipsa, Umbra .i. cura eius & sollicitudo de eis reddē  
 dis [ operuit montes ], .i. maiores, ne ipsi agerent pro  
 sua voluntate, sed curæ subditorum intenderent, [ &  
 arbusta eius ], .i. extremēta huius populi, operuit & i  
 pediuit [ cedros ], .i. altissimos eorum platos: nō dico  
 cedros diaboli, scilicet platos huius mundi, sed [ dei ]: quan  
 to

so magis em̄ populus ille excrecebat, tanto maiori cura eorum praelati occupabantur. ¶ Extēdit palmites ] .i. filios suos, [ vsq; ad mare ] quo terminatur iudææ regnū [ & propagines eius ], .i. extēfiones eius, s. filios filiorū extēdit [ vsq; ad flumen ] iordanis. ¶ Ut quid. Quandoquidē tot bñficia fecisti illi populo [ vt quid destruxisti maceriā eius? ] .i. defensionē eius: [ & ] vt quid [ vindemiant ] .i. conculcant, [ eam omne qui pratergrediuntur viam i. p̄cepta dñi. Vel gentiles, qui legem non habent. ¶ Bene dico, q; pratergredientes conculcent, quia [ aper ] .i. Vespasianus, immundus quasi veniens de [ silua ] .i. de inculta terra. s. de gentilitate, [ exterminauit eā ] .i. extra terminos terræ suæ captauit eā, [ & singularis ] .i. Titus, [ ferus ] & superbus, [ depastus est eam ] .i. p̄sus destruxit, q̄a quos pater suus Vespasianus prius attriuerat, iste funditus consumpsit: qui ideo singulari. i. apro, cōparatur, quia ferus est sicut aper. Per vineā eductā de Aegypto, ecclesiā intelligimus, eductam de tenebris huius mūdi, cuius itineris dux est Christus, q; propositus est nobis, vt eius vitam imitemur. Et radices ecclesiæ. i. sanctos doctores, per quos sustentatur ecclesia, plantasti ira, q; aliquo vento diaboli non possunt dimoueri: & ipsa ecclesia impleuit terram, quia per totum mundum diffusa est: & vmbra eius, id est sollicitudo & cura eius, operuit montes, id est apostolos impedit, dum eos à contemplatione sua reuocat, & arbuta eius, vt supra Vel vmbra, id est protectio ecclesiæ operuit montes, quia nullus est tam altus in ecclesia, quin sub protectione ecclesiæ dei protegatur & vnione: quia si separetur de vnione ecclesiæ dei, ab omni altitudine decedet.

Similiter



Similiter arbuta eius cedros dei & illa vinea. id est ecclesia, extendit palmite id est prædicatores suos, usque ad mare Orientale & Occidentale: & propagines id est filios suos quibus dilatur, extendit usque ad flumen Jordanis, per medium mundi, usque ad baptismum peruenire fecit. Flumen ideo ponit, quia inde cepit baptismus, per quod per totum mundum ecclesia dilatur, & illius ecclesie materiam destruit deus, quando permittit suos tribulari, vel in peccata demergi: & qui prætergrediuntur viam id est mandata dei, vel ipsum Christum, per quem debent venire ad deum: vindemiant eam, id est conculcant & affligunt eam, Aper dicitur quasi asper, id est diabolus, veniens de silua id est de syluestribus hominibus, qui cultum dei ignorant, exterminat ecclesiam, dum membra eius alienat ab ea: & ipse idem diabolus singularis, ferus, depastus est eam ecclesiam, quia totam fere consumet eam in tempore Antichristi. ¶ Deus. Parsteria. Hec mala eueniunt vinee tue, sed o[mn]i[ne] deus virtutum cõuertere] abira tua, quod iam non velis inferre ei mala [ & respice de cœlo ] id est de humanitate Christi, [ & vide, ] id est fac videri, quod tu diligas eam conferendo bona: [ & visita vineam istam ] sanando eam quasi infirmam. ¶ Et perface eam ] vineam id est ecclesiam, [ quam plantauit dextera tua ] id est, filius tuus, [ & ] perface [ super filium ] ut ipse filius sit fundamentum ecclesie, [ quem confirmasti tibi ] dicendo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. ¶ Dico perface, nec dubito, quia [ peribunt ] in illa ecclesia, [ ab increpatione vultus ] .i. i. h[uius] [ tui ] qui dicitur vultus & imago tue substantie, qui per se & per suos, homines increpat de peccato: peribunt dico. [ incensa igni ] .i. peccata igni comparabilia, veluti libido, & similia, [ & suffossa ] id est peccata dolose

mar. 3. 17  
 mar. 1

dolose facta: & per hæc duo innuitur destructio omnium peccatorum. ¶ Et ut hæc ecclesia ita perficiatur, [ fiat manus tua ] id est operatio tua, [ super virum ] id est Christum, [ dexteræ tuæ ] id est verbo tuo unitum: [ & super filium ] non hominū, sed [ hominis ] id est virginis, [ quem confirmasti tibi ]. Hic innuit Christum deum & hominem, qui per operationem dei, ecclesiam possit perficere. ¶ Et [ si hoc fiat, [ nō discedimus a te ] qui prius discessimus, quando præter te aliud quærebat: & tu domine [ viuificabis nos ] vera vita, quæ deus est: [ & ] deinde [ inuocabimus nomen tuum ]. ¶ Et ut a te non discedamus, [ domine deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus ] vt supra. Et hic versus toties repetitur quia summa materiæ pendet in eo.

## IN PSALMVM LXXX.

Titulus. In finē pro torcularibus psalmus ipsi Asaph, in quinta sabbathi.

**E**Xultate deo ]. Psalmus iste Asaph est id est fidelis synagogæ, quæ loquitur hic: pro torcularibus habitus id est pro ecclesia, quæ torcularibus cōparatur, quia sicut in torculari vinum habetur, quod reseruetur: & acinum, quod eiicitur, ita in ecclesia quidam ad beatitudinem assumuntur, quidam reiiciuntur. torcularibus dico significatis, in quinta sabbathi id est per opera facta in quinta sabati. In ea enim die produxit in animam viuentē pisces & aues ex aquis: quia omnes aues ex aquis fecit: vnde & monachis sunt permissæ. Per aues quæ subleuantur in altum, boni de ecclesia intelliguntur: quia relictis mundanis, ad cœlestia tendunt. Per pisces quæ in imo remanent & semper sunt solliciti, intelliguntur illi qui terrenis insistant, & semper in appetitu mūdi sunt solliciti: psalmus dico di

Ec rigens

rigens in finem. Materia est ecclesia scilicet quicumque renati sunt aquis baptismatis. Modus: In prima parte Asaph id est propheta, vel alius fidelis de synagoga, admonet perfectos de ecclesia scilicet qui per aues intelliguntur, exultare in domino, & laudare eum. In secunda, quæ incipit: Audi populus meus, inducit fidelis synagoga deum loquentem, & increpantem malos de ecclesia, quæ per pisces intelliguntur, ipsi tamen non desistunt. In tertia parte, quæ incipit: Inimici domini mentiti sunt, increpat synagoga malos, qui nolunt a sua nequitia cessare. Intentio est, admonere ad volatū. ¶ Et admonet ipsa synagoga perfectos, ita dicens: [ Exultate deo ] id est, ad honorē eius, [ adiutori nostro ] qui nos adiuvat ad bene operandum contra mundū deceptorem [ & iubilare ] id est, in explicabilem verbis lætitiā mente concipere, [ deo iacob. ] Et ut possitis exultare & iubilare, [ sumite psalmum ] id est, spirituales operationem, [ & date ] deo [ tympanum ] id est, laudem & mortificationem carnis vestræ: & ideo hoc facite, quia [ psalterium ] id est contemplatio, iustum [ cum cithara ] id est cum mortificatione carnis scilicet actiua vita, est [ iucundum ] deo, quia idem accipimus per psalterium quod per psalmum. ¶ Buccinate ] id est alijs annūciate laudem dei [ tuba ] id est alta voce, [ in neomenia ] id est in vestra innouatione. Præceptum est in lege in figura nostræ innouationis, quod populus ille buccinaret in neomenia, id est in noua luna. Mene enim Græce, mensis est Latine, ne on vero nouum, buccinate dico [ in insigni die solemnitate vestræ ] id est, in illuminatione vestræ innouationis, quæ vobis debet esse magna solēnitas. ¶ Ideo buccinate, [ quia præceptum est in Israel ] illis ad litteram, nobis spiritualiter. [ & ] si negligitis, timendum est



est vobis, quia [de Iacob est iudiciū] in quo saluabitur Nū. 21.  
 obediētes, & dānabit negligētes. ¶ Et [illud] p̄ceptū  
 .f. legē suā, [posuit in Ioseph .i. populū augmentauit  
 .f. gentile populū, q̄ superaccreuit Iudaico populo, ita  
 q̄ esset illi [testimoniū] i. quod testaretur quid esset  
 faciendū quid dimittendū, [cū] ille populus [exiret  
 de terra Aegypti, linguā quā nō nouerat audiuit] i. Exo. 5.  
 legem. Similiter populus Christianus exiens de Aegy  
 pro .i. de tenebris infidelitatis, audit p̄dicationē si-  
 dei, & lagē viuendi, quā prius nō audierat. ¶ Diuertit  
 etiam deus [dorsum eius] populi i. Israelitici [ab  
 oneribus] quae portabant in Aegypto, [ & manus eius  
 us] populi, [seruierunt in cophino], Cophinus vas  
 est, in quo cogebant portare fimū. Similiter diuertit  
 deus dorsum .i. rationē, quae erigunt fideles ad superlo  
 ra, ab oneribus peccatorū, & man⁹ diuertit .i. opatiōes  
 fidelium, a cophino .i. ab immunditia, in qua prius dia  
 bolo seruiebant. ¶ In tribulatione diuertit, dicēs: [In  
 tribulatiō inuocasti me] verbis, [ & liberaui te] etiā  
 [i abscondito tēpestatis exaudiui te] qm̄ nec audebas,  
 audiētibus Aegyptiis, ad me gemere, p̄cepit em̄ Pha  
 rao, q̄ audiuit eos ad deū, clamasse, vt sic opibus gra  
 uarētur, q̄ eis nō vacaret ad deū clamare. Ita exaudit  
 deus suos fideles in abscondito tēpestatis, qm̄ sedat in  
 eis belkū suggestiōis, quae nōdū ad apertū actum pro  
 rupit & etiā [probauit te] postea [apud aquam con  
 tradictionis] probauit deus Israeliticum populum,  
 & ipsum Moysen, dubitantes de diuina potestate. Nū. 20.  
 Vel vt alij dicunt, de se p̄sumentem, & ideo non po  
 tuit populum in terrā promissionis inducere. Sic pro  
 bat deus illos de ecclesia, ad aquam contradictionis,  
 id est, ad doctrinas haereticorum, quibus boni contra  
 diiūt, & mali cedunt. ¶ Audi. Pars secunda. Hec dixit  
 Ec ij dominus

dominus bonis de ecclesia, modo incipit malos ad-  
 monere. Contra hæc omnia bona feci tibi, & ideo o[mn]i  
 populus meus ] factus meus in baptismo, [audi me]  
 id est, intellige, [ & contestabor te ] id est, testimonijs  
 scripturarum comprobabo, quæ tibi dixerò: & o[mn]i [ Isra-  
 el ] id est videns deum fide, [ si audieritis me ] obtem-  
 perando præceptis meis, [ non erit in te deus recens ]  
 sicuti tu dicis: quia & si natus in tempore, tamen sum  
 coæternus cum patre: [ ueq[ue] adorabis ] in me [ deum  
 alienum. ¶ Et vere non sum alienus, [ ego enim sum  
 dominus deus tuus ] id est creator tuus, & non recens,  
 [ qui eduxi te de terra Aegypti ] id est de infidelitate  
 dico audi, & [ dilata os tuum, & implebo illud ] scilicet  
 amplifica cor tuum ad desiderandum, & ad intelligen-  
 dum in psalmis illis, interius fide & dilectione, & exte-  
 rius prædicatione et confessione. ¶ Ego sic admonui  
 meos, [ & ] tamen [ populus meus ] qui omnes debent  
 mei esse, [ non audiuit vocem meam ] id est admoni-  
 tionem meam: & non tantum nõ audiuit, sed [ & Isra-  
 el ] mihi non intendit ] id est noluit etiam attendere ver-  
 bum vnum: [ & ] ideo [ dimisi eos secundum desideria  
 cordis eorum ] ut voluntati suæ satisfacerent, & ipsi  
 subtracta gratia mea, [ ibunt in adinventionibus suis ]  
 & etiam proprijs inuentis suis scilicet propter traditio-  
 nes suas, irritum facientes mandatum dei, ¶ Sic demi-  
 si eos, sed [ si populus meus audisset me ] credendo, &  
 ipse factus verus [ Israel ], si in vijs meis ambulasset ]  
 cõplendo, [ humiliassem inimicos eorum ] ita quod  
 [ pro nihilo ] reputarentur, vel gratis humiliassem:  
 [ & super tribulantes eos misissem manum meam ] id  
 est, operationem meam. ita quod operatio mea pre-  
 ualeret inimicis, & remoueret eos ¶ Inimici domini.  
 Pars tertia. Continuatio. Dominus ita promiserat be-  
 ne

ne populo suo, sed sermo eius non cœpit in illis: quia cum deberent amici esse, facti [inimici domini mentis] sunt ei [non peragētes promissa: [ & ] ideo [ tempus eorum ] id est, variatio eorum per pœnas [ erit in secula ] æterna: vel tempus vindictæ eorū. ¶ Et ] merito damnabuntur, quia deus [ cibavit i ]llos ex adipe frumētū ] id est, intima medulla frumenti ] scilicet, secretioris & profundiori mysterio snæ incarnationis, & alijs gracijs spiritualibus: [ & saturavit eos melle de petra ] id est, fortiori doctrina. quia mel est cibus fortior: petra autem erat Christus.

IN PSALMVM LXXX.

Titulus. Psalmus Asaph.

**D**eus stetit ]. Psalmus iste conuenit Asaph, id est, iudei synagogæ, quæ loquitur contra Iudæos, quos videt prophetico spiritu, paratos inique agere contra christum visitatorem suum. Materia primus aduentus christi est. Modus: In prima parte ostendit inter homines habitaturum, scilicet, per assumptam carnem: & monet Iudæos, ne inique iudicent in eum. In secunda parte, quæ incipit: Iudicate egeno. ostendit Christum cum diues esset, pro nobis pauperē factum & monet eos, vt non propter hoc minus sentiant de eo, sed iustum intelligant. & dat eis certum signum, quo filium dei possint eum cognoscere. In tertia parte, quæ incipit. Ego dixi di estis. ostendit, quod cum Christus venisset homines exaltare, & dei filios facere, quia Iudæi eum non receperunt, exaltationem illam non habuerunt. Intentio est, Iudæos specialiter commone, ne Christo aliquid mali faciant, sed eius prædicationi consentiant. ¶ Quasi diceret. Nolite Christum videntes eum egenum & pauperem, despiciere, putantes solum hominem, quia etiam deus est. Vnde dicit. [ deus



EXO, 32.

deus] homo factus, [sterit] corporaliter [in synago-  
ga deorum] id est, bonorum Iudæorum, dicuntur  
etiam dii qui unque magni viri Vnde dicitur in lege-  
Dij ne detrahas. non vt alius homo, sed ipse deus] in  
medio] eorum [diudicat] id est discernit ac separat  
à malis bonos, sed [deos], quos ipse deificat, in hoc  
versu plane Christi incarnationem demonstrat, ¶ Vt  
quequo. Christus deus est, qui etiam deificat suos. er-  
go vos iudices Iudæorum, [vsquequo iudicatis ini-  
quitate]. [scilicet Christum redemptorem omnium  
morte dignum] [Quasi iam diu se iustis satis contra-  
seruos ad vineam missos, hæredē modo ad vos missū  
recipite, [&] vsquequo vos in mortem [sumitis]  
vobis [facies peccatorum] id est peccatoribus conse-  
titis, & conformes eius vos redditis. Facies peccatorū  
sumit, qui modum suæ nequitiae accipit, qua discer-  
nitur ab alijs. ¶ Iudicate egeno. Pars secūda, Vos iudices  
nolite inique de Christo iudicare, sed [iudicate egeno  
& pupillo] id est ad honorem Christi scilicet præter  
hominem iudicare deum. Christum dicit egenū, quia  
semper terrenas facultates neglexit habere. secundum  
quod Apostolus ait. Cū esset diues, pro nobis factus  
est pauper: pupillum dicit, quia sibi præsidium huma-  
num non quæsiuit in terra. dico iudicate illi, & etiam  
ipsum [humilem & pauperem iustificare] id est iustū  
reputate, & sine illo nullum iustū esse posse. Vos maio-  
res iudicate, vos iuniores istum [pauperem eripite]  
de maiorum potestate, & ereptum ne permittatis am-  
plius capi: & hoc est. [Egenum de manu peccatoris]  
populi [liberate.] [Ego ita monui eos, sed ramentum  
ipsi [nescierunt] eum deum esse ac redemptorem suū.  
Si enim cognouissent, nunquam dominū gloriæ cru-  
cifixisset. dico nescierunt, [neque intellexerunt,] sed  
ideo

2. Cor. 8

ideo nescierunt, quia intelligere noluerunt. ideo autē non intellexerunt, quia ] ambulant in tenebris ] id est, in dilectione terrenorum. de sua autem inscitia inexcusabiles non erunt, habentes certum signum, quo eū deum esse cognoscere possent, quia [ fundamenta terræ mouebantur ] nō dico in aliquibus locis, sed [ omnia ] in quo beatus Dionysius cognouit eū dei esse filiū. Ego dixi. Pars tertia, Ipsi non intellexerunt, sed tū [ ego dixi, dij estis ] .i. si vultis potestis esse dij, id est, deificati, & non qualescunq; dij, sed [ filij excelsi ] non tantū nobiles & potentes, sed [ omnes ] quantūcunq; impotētes ¶ Dico filii dei esse poteritis [ vos autem ] non attendebatis meam admonitiōē, ideo [ moriemini ] damnabiles, [ sicut homines ] carnales, & vos maiores superbiam vestrā in Christū exercentes, [ cadetis ] in profundū inferni, ita irrecuperabiliter [ sicut vnus de principibus ] cecidit. i. diabolus, q̄ inter principes cælestes principalis erat. Licet multi cecidissent, ideo tū dicit vnus, q̄a oēs vniti sunt in mala volūrate. Vos quidē ita cadetis, sed tu [ deus surge ] de sepulchro, & [ iudica terram ] id est, terrenos Iudęos, illos dāna, & excæca: [ quoniam [ his excæcatis, [ tu hæreditabis in omnibus Gentibus ] ] ex parte enim contigit cæcitas in Israel, vt plenitudo Gentium intraret.

## IN PSALMVM LXXXII

Titulus. Canticum Psalmi Asaph

**D**Eus quis similis ] Psalmus iste quidem cōuenit Asaph id est, fideli synagoga, quæ loquitur Est canticum, quia ostendit nobis rem quandam futuram de qua nobis maxime exultandum est, scilicet, in secundo aduentu Christi damnādos persecutores nostros, & quoscunq; malos: dicitur etiam psalmus, quia hic docet bene operari, & male patienter sustinere, Mate

ria est secundus Christi aduentus. In prima parte petit  
 ipsum Christi aduentum quo liberetur ecclesia à ma-  
 lis quæ sustinet in hac vita, & enumerat multa mala,  
 quæ hic patitur ecclesia. In secunda parte quæ incipit:  
 Fac illis sicut Madian, precatur, vt deus secundo veni-  
 ens, rectam vindictam sumat de malis illis: & etiã con-  
 uersionem quorundam in vitam, quorundam in ma-  
 iorem excacationem. In tertia est, per timorem secun-  
 di aduentus, deterrere homines, & maxime ludæos à  
 persecutio ne ecclesiæ. ¶ Quasi ita diceret propheta Ho-  
 mines te debilem & impotentem putant, cum pariaris  
 tus opuniri, sed o [deus, quis similis erit tibi:] nullus:  
 & ideo o [deus] qui tacuisti in tempore huius vite, per-  
 mittendo tuos puniri, [ue taceas] dare in eos senten-  
 tiam, dicens: Ite maledicti in ignem eternũ, [neque  
 compescaris] vindicta, sed potius comprime eos pœ-  
 na æterna. ¶ Ideo dico ne taceas, [quoniam inimici  
 tui sonuerunt] id est, irrationabiliter sanctis tuis con-  
 tradixerunt: [ & ] ideo ne compescaris, quoniam [qui  
 oderunt te, extrulerunt caput] suum, scilicet, Antichri-  
 stum, quem ipsi filium dei redemptorem prædicabunt  
 Vel caput suum, id est, superbiam suam contra te erex-  
 erunt. ¶ Et non tantum contra te, sed contra tuos. &  
 hoc est. [super populum tuum malignauerunt consi-  
 lium] id est, maligno animo sunt consiliati, ad popu-  
 li tui depressionem. [ & ] non tantum sunt consiliati,  
 sed etiam [cogitauerunt] quis eorum peiorem sen-  
 tentiam posset dare [aduersus sanctos tuos]. ¶ Es-  
 [dixerunt] exhortantes inuicem se [venite & disper-  
 damus eos de terra] id est, gentem illam, scilicet, san-  
 ctos destruamus, in tantum quod nomen [Israel] sci-  
 licet, Christianum, [non memoretur vltra.] ¶ Et vn-  
 de eis tanta fiducia: Quoniam & multi erant & vnani-  
 mes:



mes: & hoc est. [ quoniam simul ] id est, multi [ cogi-  
 tauerunt vnanimiter ] id est, habentes nocendi ea in-  
 dem voluntatem, & [ disposuerunt testamentum ] id  
 est, pacta sua [ aduersum ue ] vt per suas pactiones le-  
 gem dei destruerent. Et qui fuerunt illi. [ tabernacula  
 Idumæorum, & Ismaelita ]. Nota quod historialiter  
 persecutores Israelitici populi ponit hic, sed per hūc  
 nomina apte significantur persecutores ecclesiæ. Per  
 tabernacula Idumæorum, qui sanguinei, vel terreni in-  
 terpretantur, intelligimus congregationes illorum,  
 qui terrenis inhaerent, vel homicidas Ismaelite, id est,  
 obedientes sibi. ¶ Inter cæteros persecutores est [ Mo-  
 ab ] id est, abutens lege, [ & Agareni ] id est, alieni, qui  
 licet bonū habitū prædant, tamen nocent cum lo-  
 cum inueniunt, [ Iabal ]. i. vana vallis. i. hypocritæ,  
 qui humilitatē monstrant se habere, sed hoc in vani-  
 tate, & aduersum homines tamen bene operantur,  
 ¶ [ & ] disponit etiam contra te testamentū [ Ammō ]  
 .i. turbidus populus, veluti qui damno terrenorū con-  
 tristantur, [ & Amalech ]. i. lingens terram, scilicet, a-  
 uari huius vitæ, qui nihil vitandū putant, vnde habea-  
 tur pecunia, [ & alienigenæ ]. i. in sensu, quod supra  
 habuimus per Agareni: sed Hebræa veritas hic habet  
 Philistæi, i. portione cadentes; per quod intelligimus  
 eos qui inebriantur diuitijs, & prosperitate huius vi-  
 tæ. Isti omnes aduersum te disposuerunt [ cum habi-  
 rantibus Tyrum ], i. angustiam; per quod possunt in-  
 telligi mercatores, qui nullam virant angustiam in ac-  
 quirenda pecunia. ¶ [ Etenim ] isti bene possunt, quia  
 [ Assur ] id est populus ille [ venit cum illis ]. Assur  
 interpretatur deprimens, vel elatus, per quod diabo-  
 lus intelligitur, qui deprimat bonos, & semper para-  
 tus est venire cum alijs ad persecutionem ecclesie dei.

& ipse.

ipse singulariter potest dici elatus: & Assur cum omnibus alijs [facti sũt in adiutorium filijs Loth]. Filij Loth persecuti sunt historialiter populum dei, per quos intelliguntur pagani, qui sunt filij apostate angeli. Loth enim declinans interpretatur, per quod bene diabolus significatur. ¶ Fac illis Pars secunda. Et sicut per populos persecutores populi Israelitici, significavit persecutores ecclesie, ita per populos a populo Israelitico destructos, significavit malos in secundo iudicio a Christo damnandos. Continuatio: Isti ita disponunt aduersam te, sed tu domine [fac illis sicut] fecisti [Madian] populo illi, quem per populum Iudaicum destruxisti. Madian interpretatur, declinans iudicium, per quod intelliguntur illi, qui negant iudicium futurum, [ & ] sicut fecisti [Syfart] qui interpretatur exclusio gaudij, per quod intelliguntur illi, qui negant aliquod gaudium futurum bonis post hanc vitam, & [sicut] fecisti [Labin] qui deuictus fuit in illo loco, scilicet, [in torrente Cyson]. Labin interpretatur, sapiens sibi, per quod intelliguntur philosophi, & alij sapientes huius mundi. Cyson interpretatur, duritia Sapiens vero huius mundi destruntur in torrente Cyson id est in abundantia duritia sua. ¶ Disperierunt [alij] [in Endor] scilicet in loco, qui interpretatur fons generationis, [ & ] illi [sunt facti ut stercus terre] id est, in peccatis delatorum computruerunt interius. Vnde dictum est Computruerunt iumenta in stercore suo. Velut stercus terrae quia sicut stercus impinguat terram & fructificare facit, ita isti mali persequendo ecclesiam, faciunt eam impingnescere interius, & fructiferam. ¶ Pone [etiam] domine [principes eorum] qui persequuntur ecclesiam, [sicut

[sicut] destruxisti Oreb, & Zeb Zebea, & Salmana ] Iud. 78.  
 Oreb interpretatur, siccitas, per quod intelligimus eos  
 qui sicci sunt rore spirituali. Zeb, lupus; per quod rap-  
 tores intelligimus. Zebea, victima lupi, per quod in-  
 telligimus eos, quos diabolus sibi incorporat. Sal-  
 mana, umbra commotionis, per quod intelligimus  
 instabiles in fide, qui ad tempus credunt, & in tempo-  
 re tribulationis recedunt. ¶ Et vt vniuersaliter  
 comprehendam, [ omnes principes eorum ] depone  
 [ qui dixerunt ] ore & opere, hoc scilicet [ possidea-  
 mus sanctuarium dei ] id est populum a deo sancti-  
 ficatum, [ hereditare ] vt eos nostris doctrinis exco-  
 lamus, & Christus nullam partem obtineat in eis.  
 ¶ Illos ] o [ deus meus pone vt rotam ] id est, vt sicut  
 rota semper voluitur, & surgit a posteriori, & cadit in  
 anteriora, sic illi semper voluantur in cogitationibus  
 mundanorū, & surgant a posterioribus, id est, a terre  
 uis istis, in quibus eleuantur, & cadāt in anteriora, id  
 est, ad spiritualia, scilicet vt dimissis illis omnino deci-  
 dant, scilicet terrena obliui, cœlestia desiderent. Vnde  
 Apostolus: Oblitus ea quæ retro, ad ea quæ antero-  
 ra sunt me extendo [ & ] pone eos [ sicut stipulam an-  
 te faciem venti ] vt sicut stipula non resistit, vento sci-  
 licet, sic isti tentationibus nō resistunt. Hanc quidem  
 præcipationem malorum facit deus in hac vita. ¶ Sicut  
 ignis. In hac vita ita facies eius, in alia autē com-  
 burit eos igne puniente: & hoc est, [ sicut ignis qui cō-  
 burit siluam, & sicut flamma comburens montes. ]  
 Siluæ bene comparat eos, quia ipsi sunt siluestres. & in-  
 culti lege dei montibus comparat propter elationē.  
 ¶ Ita



## 445. D. HAMONIS IN PSALM

¶ Ita. Sicut ignis filuam, [ita] tu [persequeris eos,] quasi impotentes se excusare [in tempestate tua] id est in iudicio, quod ita subito veniet quasi tempestas, & separabit grana à paleis, & dico persequeris, & comprehendes, comprehensos [turbabis eos in ira tua,] ostendens eis te iratum, pœnam æternam inferendo. ¶ Petijt damnationem malorũ, modo petit conuersionem saluandorum, quasi diceret: Nolentes conuerti ita punies, sed [facies eorum] persecutorum, scilicet, qui prœuisi sunt ad salutem, [imple ignominia] id est, vt erubescant de peccatis suis, [ & ] sic, vt [quærent nomen tuum] scilicet, vt fiant Christiani. ¶ Qui autem obstinati sunt, & nolunt hic erubescere, in alia vita [erubescant] de turpitudinibus suis, [ & conturbentur] de pœnis, duraturis [in seculum seculi, & confundantur] anima & corpore, [ & ] illa confusio non fit reparabilis, sed [pereant] æternis tormentis. ¶ Et tunc salcẽ [cognoscant, quia tibi] conuenit hoc [nomen dominus] & qui in hac vita putabant se altos & potentes, tunc cognoscant, quia [tu solus altissimus in omni terra] id est, super omnes terrenos, quia sicut potens es in remuneratione bonorum, ita in damnatione malorum.

## IN PSALMVM LXXXIII.

Titulus. In finem pro torcularibus filijs  
Chore psalmus.

**Q**uam dilecta]. Psalmus iste conuenit filijs Chore, id est, filijs crucis, imitatoribus Christi, qui hic loquitur, habitus pro torcularibus, id est, pro ecclesiis, quæ torcularibus comparantur, quia sicut in torculari cognoscitur quid sit vinum, & quid sit acinus, sic per pressuras in ecclesia cognoscitur qui sint boni, & qui mali: pro ecclesia hic dicitur agere,

agere, quia ostendit hic magnam dignitatem ipsius  
 ecclesie, scilicet, quod semper petit celestia. Vel possu-  
 mus dicere, quod non sit vox filiorum Chore, sed pro-  
 phete, vel alicuius perfecti, sic: psalmus iste præponi-  
 tur filiis Chore incitantibus, scilicet simplicioribus Chri-  
 stianis: agens pro torcularibus, id est, de ecclesiis, ut  
 ostensa dignitate ecclesie, filios Chore monet ad ean-  
 dem dignitatem properare, dirigens in finem. Vel ita:  
 Psalmus iste agit pro torcularibus, id est pro pressuris  
 commendandis: tribulationes vocat torcularia, quia  
 sicut torcular separat & exprimit vinum ab acinis, ita  
 tribulationes huius vite discernunt bonos à malis, tor-  
 cularibus dico valentibus in fine. Vnde dicitur: Bea-  
 tus vir qui suffert tentationem, quoniam cum proba-  
 tus fuerit, accipiet coronam vite. Materia est ecclesia,  
 in pressuris huius vite posita. Modus: In prima parte  
 ostenditur quod ecclesia, licet innumeris tribulatio-  
 nibus conteratur, tamen ad celestem Hierusalem perue-  
 nire desiderat. In secunda parte, quæ incipit: Beatus vir  
 cuius est, ostendit auxiliū, quod deus facit suis, & quā  
 utile sit illud auxiliū. In tertia parte que incipit: Quo-  
 niam melior est, ostendit quod malit esse abiectus in do-  
 mo dei, quam peccatorum abundare diuitijs, ut per-  
 auxiliū quod sibi posuit in secunda parte, possit per-  
 venire ad desiderium, quod proposuit in prima parte.  
 Intentio est, admonere nos, ut semper desideremus il-  
 lam celestem Hierusalem. ¶ Et ostenden ille qui lo-  
 quitur, affectum ecclesie, dicit: O domine virtutum ]  
 id est celestium angelorum, [ tabernacula tua ] id  
 est, illa superna habitatio tua, sunt dilecta, i. desidera-  
 ra. Et [ quam dilecta ] infinite scilicet. Illam supernam  
 habitationem vocat tabernaculū, propter solam ha-  
 bitationem, quia sicut in tabernaculis habitatur, sic in  
 illa su

perna Hierusalē. Cum dicit domine virtutum, innūc  
 eū multas virtutes suis cōferre, & ideo [anima mea]  
 licet multis tribulationibus oppressa [concupiscit]  
 intrare [in atria domini]. i. in supernam Hierusalem  
 quā atria nominat propter amplitudinē, [ & ] concu-  
 piscendo [deficit]. i. ab omnibus terrenis se abstinēt,  
 quōd etiam in corpore deficiat. Vnde in Canticis: A-  
 more langueo. Vel deficit, quia quantūcūq; concu-  
 piscat, tamen non potest cōprehendere gaudiū illius  
 ciuitatis. Vel per tabernacula possumus accipere præ-  
 sentem ecclesiā, vt sic dicamus, Tabernacula. i. presens  
 ecclesia, in qua ad tempus tibi militamus, q̄ dilecta  
 sunt. i. quam gloriosum & quā iucundū est stare & mi-  
 litare tibi in castris. Vnde Apostolus: Non tantū glo-  
 riamur in spe, sed etiam in tribulationibus. Et Salo-  
 mon: Fili accedens ad seruitutem dei, præpara animā  
 tuam ad tentationem. Et quia ita iucunda sunt tua ta-  
 bernacula, ideo diligo militare in illis, q̄ securus sum,  
 quod per hanc militiam perueniam ad illam cœlestē  
 habitationē, & hoc concupiscit & deficit, vt supra.

¶ Cor meum concupiscit, & hoc cum exultatione,  
 & hoc est, [cor meum] id est secretior pars mei, scilicet  
 anima mea multis tribulationibus afflictā, [ & ]  
 etiam [caro mea] iam rationi subseruiens, multiplici-

Psal. 62. oribus malis afflictā. Vnde alibi: Sit uit in te anima  
 mea, quā multipliciter tibi caro mea, [exultauerunt]  
 id est, cum exultatione sustinuerunt tribulationes hu-  
 ius vitæ, tendentes [in deum] vt eum obrineant [vi-  
 uum] qui viuere facit tendentes ad se in vita æterna.

¶ Etenim cor meum exultauit, id est, anima mea & ca-  
 ro mea. [etenim passer] id est, ipsa anima, [inuenit si-  
 bi domum, & nertur] id est, ipsa caro, inuenit sibi [ni-  
 dum, vbi reponat pullos suos] id est, ipsa opera sua.  
 Passer



Passeri comparatur anima. quia sicut passer dimittit  
 sylvas, & nidificat in domibus, in altis tamen locis, vbi  
 tutus sit à manibus puerorū & laqueis, ita fidelis ani-  
 ma, dimissis terrenis istis, inuenit sibi domum cœlestē,  
 in qua iam spe inhabitat, & contemplatione: & ideo iā  
 vellet dissolui, & esse cum Christo, sicut dicit Paulus.  
 Si hæc domus nostra dissoluatur, habemus domū nō  
 manufactam, æternam in cœlis. per cuius domus con-  
 templationem cauet sibi fidelis anima à laqueis inimicorū.  
 Ideo turturi comparatur caro, quia iā sicut turtur  
 gemit, ita caro fidelis gemis pressa multis miseris, & ip-  
 sa inuenit sibi nidum id est fidē, & alia sacramēta eccle-  
 siæ, in quibus ipsa reponat pullos suos, id est, tutos faciat  
 & nutriat, scilicet, bona opera sua, quæ ipsa generat  
 sicut anis pullos, quia sicut turtur non potest nutrire  
 pullos extra nidū, nec tutos habere, sic fidelis extra fi-  
 dem, vel extra ecclesiā, nō potest bona opera, & deo  
 placencia facere. Vnde dicit, Sine fide impossibile est  
 deo placere. Et Augustinus, Non est locus veri sacrificij  
 extra catholicā ecclesiā, Et sicut pulli non sūt in ni-  
 do, nisi ad horā māsuri, sic fideles etiā in hac præsentī  
 militia non sunt æternaliter permansuri. ¶ Et quē ni-  
 dū inuenit turtur? [ altaria tua ] .i. sacramēta ecclesiæ,  
 fidē & baptismū, & similia, super quæ opa nostra posi-  
 ta sunt deo acceptabilia, sicut & ea quæ offerūtur in al-  
 tari [ dñe virtutū ] .i. omniū angelorū, quas quidē vir-  
 tutes mittis nobis in auxiliū, & in hec apparet quia tu  
 es [ rex meus ] qd̄ bñ meregis in præsentī militia, [ &  
 deus meus ] .i. creator meus. Vel ita: passer inuenit si-  
 bi domū. s. altaria tua. Domū cœlestē vocat altare, quia  
 res alta est: de turture nō mutatur qd̄ dictū ē. ¶ Beati  
 qui: Ostēdit ad quē finē sit hæc militia pūctura. s. ad vi-  
 tã æternā. Cōriuatio: Tu dicis quia passer inuenit do-  
 mum, & tur-

Philip. 1.  
2. Cor. 5

Hebr. 11.

& turtur nidum, & per hoc habitabunt in domo tua  
 cœlesti, quod non est parū, quia [ beati ] sunt illi, [ qui  
 habitant in domo tua domine ] illa; hoc modo beati,  
 scilicet, quia [ in secula seculorum laudabunt te ] in  
 quo apparet gaudium illorum, quia si contristarētur,  
 non laudarent. ¶ Beatus, Pars secunda. Illi erunt beati,  
 qui in domo tua habitabunt, & etiā ille [ vir beatus ]  
 est [ cuius est auxilium ] contra impedimenta mundi  
 [ abs te ] id est, a te, ideo beatus, quia ille homo qui po-  
 sūit se [ in valle lachrymarū ] id est, in miserijs huius  
 mundi, [ disposuit in corde suo ] scilicet cum magna ra-  
 tione & diligentia ordinauit [ ascensiones ] id est quos-  
 dam gradus proficiendi de virtute in virtutem: ascensi-  
 ones dico, perducentes eum [ in locum quem posuit ]  
 ipse id est, cœlestem domum, quē solum ipse locum  
 proposuit sibi appetere & amare. Vel in loco, quē ipse  
 homo posuit, id est, fecit ex peccato primi parentis,  
 quia deus non creauit eum in miseria, sed in perfectio-  
 ne. In hoc versu ostendit auxilium dei, & quam vtile  
 sit. ¶ Bene dico, quod poterit disponere ascensiones,  
 qui habet auxilium dei quia non tantum dabit ei do-  
 minus literam occidentem, sed spiritum viuificantem,  
 & hoc est [ etenim legislator ] id est, deus qui dat legē  
 monentem, [ dabit benedictionem ] id est, gratiam  
 adiuuantem, & per illam [ ibunt ] homines ] de virtu-  
 te in virtutem ] id est, in hac præsenti ecclesia, & tandē  
 [ videbitur deus deorum in Sion ] scilicet quando de-  
 us erit omnia in omnibus. ¶ Domine deus virtutum  
 Et quia tanta beneficia facistuis, oro domine quod fa-  
 cias & mihi, & hoc est, [ domine deus virtutum exau-  
 di orationem meam ], & non simpliciter exaudi, sed  
 [ auribus percipe ] id est, in memoria recunde, tu dico  
 [ deus iacob ] qui diligis omnes luctatores te diligē-

ses, & ideo me debet diligere, ¶ Protector. pars tertia  
 Sicut supposuit orationem, qua peteret auxilium dei  
 sic petit hic protectionem dei, quam necessariam repu-  
 tat suæ obiectioni quam ostendit. Cōtinuatio. Exau-  
 di orationem, & [ tu brotector noster ] scilicet in ad-  
 uersis: o [ deus aspice ] ut per misericordiam meæ ab-  
 iectioni subueniat, ne succumbam: [ & ] si non sū dig-  
 nus per me, ut in me respicias, [ respice in faciem Chri-  
 sti tui ] id est, multitudinem iustitiæ Christi, per quam  
 ipse ab omnibus discretus fuit, de cuius iustitiæ pleni-  
 tudine ad nos, aliquid emanauit, & nos cōformes pro-  
 modo nostro fecit. Et opus est ut respicias ut prote-  
 ctor, quia ego [ elegi abiectus esse in domo dei ] id est  
 in ecclesia præfenti [ magis, quam habitare in taberna-  
 culis peccatorum ] id est quam diuitiis abundare inter  
 peccatores. Ele tiva oratio est. Cum dicit tabernacu-  
 la, quæ sunt transitoria, & in quibus breui tempore ha-  
 bitatur, innuit ea non esse appetenda. Cum dicit pec-  
 catorum, ostendit ea maxime esse fugienda: & præmit-  
 tit causam, quare se elegit esse abiectum & despicabi-  
 lem in domo uel, sic: [ quia melior est dies ] scilicet illa,  
 quæ est [ vna ] id est, continua, cui nunquam succedunt  
 tenebræ, [ in atrijs tuis ] id est, in cœlesti habitatione,  
 [ super milia ] dierum istorum transeuntium, quos ap-  
 perunt stulti. Abiectum se ostendit David, cum se de-  
 nudatum saltando ante arcam domini, cum eam re-  
 duceret: vnde etiam uxor sua deridebat eū ¶ Ideo ele-  
 gi abiectus esse, [ quia deus diligit misericordiam ] fa-  
 cere, id est, peccata remittere, & iustitiam dare: [ & ] di-  
 ligit [ veritatem ] id est, promissiones cōplere: & quia  
 diligit misericordiam, dabit mihi abiecto, & ambulanti  
 in domo sua, [ gratiam ] id est, remissionem peccato-  
 rum: & quia diligit veritatē, [ dabit ] mihi [ dominus  
 ff glori



gloriã] id est, præmiũ meç militia, quã ipse promisse  
 om̃ibus sibi militãtib⁹. Gr̃am & gloriã dabit dñs, nõ  
 qbuslibet, sed bonis: & hoc est: [nõ priuabit bonis eos,  
 q̃ abulãt in innocẽtia]. i. p̃seuerãt i innocẽtia: & ideo õ  
 [domine virtutum beatus homo qui sperat in te.]

IN PSALMVM LXXXiiii.

Titulus. In finem filijs Chore Psalmus.

**B**enedixisti domine]. Psalmus iste cõuenit filijs  
 Chore, q loquũt, vel qbus proponit: dirigẽs in  
 finẽ. i. in Christũ. Materia est primus Christi ad  
 nentus, cõferẽs ecclesię multa beneficia. Modus: In pri  
 ma parte ostẽdit benedictionẽ esse datã terrã, cõtra  
 maledictionẽ quã dedit ei propter peccatũ Adã, cũ di  
 ceret, Maledicta terra in opere tuo. Secũda pars incipit  
 Mitigasti irã tuã, in qua ostẽdit mitigationẽ irã dei, q̃  
 iuste sustineamus ex peccato primi parẽtis. In tertiã  
 parte, q̃ incipit, Audiã quid loquat, mauieste annunti  
 at ipsũ Christi aduẽtũ, & innuit per quẽ hoc fiat & do  
 cet vbi Christus esset nasciturus. Intẽtio est, nos admo  
 nere, vt cũ magna exultatione Christi aduẽtũ suscipi  
 amus, per quẽ rãta beneficia possidemus. ¶ Quasi sic  
 diceret, O [domine terrã] quã prius maledicta erat  
 in opere Adã, modo factã [tuam] recipiẽs aduentũ  
 filij tui in fide, [benedixisti] ita scilicet, [auertisti ca  
 ptiuitatẽ]. i. peccatũ, per quod oẽs ante aduentũ Chri  
 sti tenebantur captiui à diabolo, [Iacob]. i. pp̃fi illi⁹,  
 qui vult fieri similis Iacob. ¶ Remisisti. Hanc. s. captiui  
 tatẽ auertens, [remisisti]. i. remittes [iniquitatẽ ple  
 bi tuã] in baptismo, & non tm̃ remittes, sed sic [ope  
 ruisti]. i. cooperies, [omnia peccata eorũ] vt iam nõ  
 veniant in conspectũ tuũ, vt punias ea æternaliter. s.  
 & p̃ctm̃ dimisisti, & p̃cnã peccati, Vnde alibi: Ex vsu  
 ris & iniquitate redimes animas eorũ. Mitigasti. Pars  
 secunda. Quasi aliquis diceret: Non credo deũ iniqui-

Gen. 3

Psal. 71.

ratē remiffisse, peccata operuiffe. Contra dicit euange-  
 lium: Vere remiffifti, operuiffi, quia o dñe [iram] quā  
 habuiffi pro peccatis omniū hominū .i. quā habebas  
 pro fingulis peccatis, nō dico profus remouiffi, quia  
 fumus mortales & paffibiles, fed [mitigaffi] .i. mitē  
 feciffi, quia iam tribulationes funt nobis mites & de-  
 lectabiles, quæ in nobis fpem æternæ falutis generāt,  
 [ & ] aueriffi ] te [ ab ira indignationis tuæ ] .f. vt nō  
 inferas pœnas procedentes ex tua indignatione, fcili-  
 cet æternas pœnas, Et vt iram tuæ indignationis non  
 incurramus [ conuertere nos ] ab infidelitate ad fidem,  
 [ deus falutaris noster ] id eft, qui per aduentū filij tuī  
 nobis falutē confers, & [ à nobis ] cōuerfis [ auerte irā  
 tuam ] æternam. ¶ Dico auerte, & auertes, quia [ num  
 quid in æternū irafceris nobis? ] non certe, quia placa-  
 bilis eris in aduentu filij tuī, faltē [ aut extends iram  
 tuam à generatione ] Adæ, cui certum eft te iratū fui-  
 fe propter peccatū [ in generationē ] Chrifti. Non vt  
 ¶ imo placabilis eris generatiōi Chrifti, per ipfius ad-  
 uētū, Duæ funt generationes, vna Adæ, quæ carnaliū  
 eft, alia Chrifti, q̄ fpūalis eft, fcilicet illorum qui fe Chri-  
 fto conformare conantur: à qua ficut expelluntur ma-  
 li Chriftiani, fic etiam includuntur illi boni, qui fuerūt  
 ante aduentum Chrifti. ¶ Deus ] tu ] non extēdes irā  
 fed [ conuerfus ] ab ira. [ viuificabis nos ] fpiritaliter  
 per aduentum filij, [ & plebs tua ] viuificata, [ lætabi-  
 tur in te ] iam fecura de æterna bñtudine. ¶ Et vt plebs  
 tua poffit viuificari, & lætari, o [ dñe cōfide nobis mi-  
 fericordiā tuā ] fcilicet filiū tuū, vt mittas quē miffu-  
 rus es: oftende fcilicet, vt cognofcamus eum, & fi non  
 oēs p̄fentia corporis, in per fidē, [ & ] non tantū oftē-  
 d.e, fed etiam illud [ falutare tuū da nobis ] vt uere fal-  
 uet nos, & vt eū in fide tencam⁹, & operib⁹ imitemur.

Audiam quid. Pars tertia. Continuatio. Rogo ostende, da salutare, & securus sum quod facies, quia [dominus deus] loquitur [in me] & [quid loquantur] ego [audiam] id est, nō oblatrando, sed potius cōpescam me à mundanis istis, & bene debeo audire eū, [quoniam] in me [loquetur pacem] id est annuntiabit mihi ipsum filium, qui erit autor pacis, & reconciliationis inter deum & hominem, pacem dico non ad omnes, sed [in plebem suam]. Dico in plebem suā, [ & super sanctos suos] id est, in eos, qui ante aduentū ipsius sanctificati erant, veluti Abraham, & consimiles, quibus quidem aduentus Christi pacem cum deo cōtulit, qui eos de tenebris inferni liberauit, & non tantum super sanctos, sed [etiam in eos qui conuertuntur ad cor] .i. ad rationem, veluti gētiles, q̄ prius dimisso creatore, creaturā collentes, p̄ aduētū Christi sunt conuersi ad cor, .s. vt iam diligenti ratione colant suum creatore & sic per aduentū Christi habeāt cū deo pacē. ¶ Dicto aduētū Christi, determinat etiā locum suæ natiuitatis eis, quasi ita diceret, Per aduētū eius multi conuertēt, sed tamen non apud eos Christus nascetur, sed inter Iudæos, & hoc dicit, [veruntamen prope timētes eū] id est, Iudæos, qui deum soli dicebantur timere, quia legem eius receperant, licet potius pro temporali- bus, quam pro cœlestibus deo seruirent, erit [salutare ipse] .i. filius dei ipse perficiet salutem humano generi, ita erit illud salutare, [vt gloria] id est ipse filius [inhabitet] presētia corporis [in terra nostra] .i. in Iudæa ¶ Misericordia, & veritas. Ostendit quid faciat ille aduentus Christi nobis, dico salutare habitabit in terra, & per ipsum [obuiauerunt sibi] .i. inter se cōuenerunt in ipso Christo [misericordia, & veritas], qui dicit veritas, quia in eo omniapromissis

Rom. 1.



missa per prophetas sunt complera, ipse quoque misericordia dicitur, quoniam dedit vobis remissionem peccatorum & alia beneficia per solam misericordiam suam scilicet in ipso conuenerunt nouum & vetus testamentum. In christo conuenerunt misericordia, & veritas in omnibus vero ipsum Christi aduentum expectantibus [iustitia, & pax osculatae sunt]. i. conuenerunt. Nisi enim Christus aduenisset, homo nec iustitiam haberet cum deo, nec pacem. ¶ Ideo conuenerunt misericordia, & veritas, iustitia & pax, quia [veritas] Christus, [orta est] de terra] de virgine, quae terra fuit fructifera, [ & ex hoc] [iustitia de caelo]. i. homine dominico, vel de caelo. i. caelestibus creaturis, in quibus solis ante aduentum Christi erat iustitia, prospexit] super omnes homines. Vel aliter, iustitia & pax vere sunt osculatae quia veritas est orta de terra, i. de carne nostra peccatrice. s. nos, qui prius sola vana, & falsa faciebamus, modo operemur virtutem. s. accusationem de peccatis deum colentes, solum iustum reputantes, & alia huiusmodi, & quia veritatem operamur, ideo iustitia de caelo prospexit. ¶ Etenim secundum hanc sententiam ita continuabimus. Bene dico, quod nos operamur veritatem, [etenim dominus dabit benignitatem] id est, futurus est ille per quem dabit benignitatem id est, spiritum sanctum benigne nos intus inspirantem & per hoc dabit hanc benignitatem, quia [terra] id est, virgo Maria, [nostra]. i. de nostra natura, [dabit fructum suum] id est, filium suum. Ad primam sententiam ita continuatur. Vere de terra orta est veritas. i. Christus, quia dominus dabit benignitatem. i. gratiam aspirantem quam non daret, nisi per Christum, & terra nostra id est, caro humana aspirata illa benignitate dei, dabit fructum suum id est, bona opera. ¶ Et [iustitia] nostra [ante eum ambulabit

445. D HAYMONIS IN PSAL-

bit ]parabit viã, q̄ deus in nos descendat. Vel ante eũ .i. in beneplacito eius, [ & ponet ] ipse deus. [ in via ] q̄ imus ad eũ, [ gressus suos ]. .i. operationes suas .f. multiplicabit gratiã suã in nobis Vel ipse iustus homo ponit gressus suos .i. operationes, in via .i. in p̄ceptis dei, vt secundum p̄cepta dei operetur. Vel in via, .i. in Christo, vt ad imitationem Christi operetur.

IN PSALMVM LXXXV.

Titulus. Oratio Daudi.

**I**nclina domine. ]Psalmus iste vocat̄ oratio, quia & per totũ psalmi cõtextũ orationẽ continet, & ad orãdũ nos monet Voluit em̄ dñs Iesus orare, ut nobis in se relinqueret exemplum orandi : fugit etiam vt in hoc nobis daret exẽplũ fugiẽdã p̄sumptuosã mortis & temerariẽ, q̄ oratio attribuit̄ vero David. .f. Christo, q̄ loquit̄ in hoc psalmo, Materia est Christus ipse patiens. Modus In prima parte petit sibi ante tempus passionis, .f. vt deus custodiat eũ in tempore suã militiã, ne inimici sui possint eũ sibi aliq̄ modo cõformare, In secũda parte, quẽ incipit: Deduc me domine, precatur deus pro suis. In tertia parte, quã incipit. De⁹ inquit, precatur secundũ ea, quã post passionẽ sequũt̄, .f. de sua glorificatione. Intẽcio ẽ, nos inuitare ad orãdũ q̄ Attendens autem Christus se secundũ humanitãtẽ non posse contingere, ad dei altitudinem, quasi infirmus rogaret medicũ, precatur deũ, vt per misericordiam descendat suẽ infirmitati, sic dicens, [ Inclina domine aurem tuam mihi, & exaudi me ], & opus est vt inclines [ quoniã ] non possum me ad te leuare, q̄ [ innops sum ] quia ex me non habeo diuitias huius seculi, [ & pauper sum ego ] quia neque ex alio habeo diuitias istas. Custodi auimam meam ] à conformitate malorũ, & pretendit meritum, di. ens, [ quoniã sanctus sum ]. .i. imunis à peccato seculi, & vnusquisque

fidelis potest dicere pro modo suo, sanctus. i. sanctifi-  
 carus sū. Vnde dicit August. Iniuriā fidelis iāfacit Chri-  
 sto, qui non dicit sanctus sum. [ & saluū fac ] .i. perseue-  
 ranter custodias [ seruū tuum ] quem debes saluare,  
 quoniam seruus tuus sum, [ deus meus sperantem in  
 te ] non in mūdānis. ¶ propterea quia dixi debes custo-  
 dire, & etiam propter hoc, quia in te ipso habes miseri-  
 cordiam. & hoc est, [ miserere mei domine ] id est per  
 tuam misericordiam visita me, & quia scit misericordi-  
 am dei non esse dandam negligentibus, ostēdit se ido-  
 neum, cui illa debeat misericordia, cum dicit, [ quo-  
 niam ad te clamaui tota die ] miserere, & [ lætifica ] de-  
 spe æternæ beatitudinis, [ animam serui tui, quoniam ad  
 te domine animam meam, leuauit ] quia eam non de-  
 pressi in istis mundanis, sed ad te solum erexi. ¶ Ideo  
 ad te leuauit, [ quoniam tu domine suauis ] es gustantib⁹  
 te, [ & mitis ] sustinendo peccatores, vt cōuertantur.  
 [ & ] etiam [ multū ] i. infinite [ mīæ ōnib⁹ inuocātib⁹  
 te ] quia eis multa bona exhibes. ¶ Et quia ita misericors  
 es, ideo non tantum peto vt exaudias, sed etiam [ auri-  
 bus percipe ] .i. firmiter reconde memoriæ [ orationē  
 meam, & intēde voci deprecationis meæ ] de malis re-  
 mouendis. ¶ Et debes intendere, quia [ in die tribula-  
 tionis meæ ] in tēpore meæ militiæ [ clamaui ad te quia  
 exaudisti me ]. Nō enim Christus, q̄ semel ex audieba-  
 tur, dubius erat de exauditione nō potest dicere hoc,  
 nisi sanctus, q̄ clamat, quia exaudit, sed potius clamat  
 vt exaudiat. Gum Christus dicat se in tribulatione  
 clamasse, inquit nobis, in tribulatione maxime ad deū  
 esse clamandū. ¶ Non est similis. Et merito clamo ad  
 te, quia o [ dñe in dijs ] suis, siue in potentibus huius se-  
 culi, siue in cœlestibus creaturis, non est ] aliquis [ si-  
 milis tui ] in essentia, [ & non est secundū opa tua, ]



## 499 D. HAYMONIS IN PSAL.

quia nemo potest facere ea quæ tu facis, ¶ Vere nõ est aliquis secũdũ opera tua, quia [ omnes Gẽtes quascũq; fecisti ] id est, aliqui de omni gẽte, [ veniẽt ] per fidem [ & adorabũt ] id est, venerabũtur, & hoc [ eorã te domine ] id est, in beneplacito tuo, [ & glorificabũt nomẽ tuum ] id est, te nominabilẽ, id est, non quãtum ad te, quia non potes augeri, nec minui, sed cum alijs prædicabũt te, necessario gloriosũ cognoscẽt. ¶ Et bene debent adorare, & glorificare, [ quoniã magnus es tu ] in cõprehensibilis scilicet, & omnipotẽs, [ & tu solus deus es, faciens mirabilia ] quia, si alijs faciunt, per te faciunt. ¶ Deduc. pars secunda. Et quia tam bonus es, ideo o [ domine deduc me ] id est, meos, [ in via tua ] id est, in præceptis tuis, [ & ] ego [ posirus ] in veritate tua, in grediar ] de virtute in virtutem. Alia translatio habet ambulo: ita ingrediar, vt [ cor meũ ] id est, meorũ [ lætetur ] de spe remunerationis, vt ] propter hoc [ timeat ] id est, diligat, [ nomẽ tuum ]: alijs, vt timeant, non dantur gaudia, sed aduersa. Et si dixeris: [ confitebor tibi ] id est, laudabũt te mei, [ domine deus meus in toto corde meo ] id est, meorũ: quia cor vacuũ ab omnibus alijs, vacabit solũmodo tuæ laudi: & non tantum confitebuntur mei in se ipsis, sed etiã laudabũt te apud alios: & hoc est: [ glorificabo ] nomẽ tuũ in æternũ. ¶ Ideo debẽt glorificare, [ quia misericordia tua magna est super me ] id est, super meos: [ & ] ideo, quia [ eruisti animam meã ex inferno inferiori ], Abrahã & prophete ante aduentum Christi in inferno erant, sed nõ torquebãtur. Erat infernus inferior, vbi animę malorum torquebantur: sicut & contrario: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vel iste mundus dicitur infernus, ad cõparationẽ celestis habitationis. Ille vero locusque animę malorũ ad torquendũ defcẽdunt,

dunt, inferior infernus dicitur. Vel ex inferno inferiori,  
 id est, ex profunditate vitiorum, animæ omnium fide-  
 um defunctorum, quæcunq; non descendent ad infer-  
 num liberatae sunt. ¶ Deus iniqui. Pars tertia. Continu-  
 atio: Precor vt hæc facias meis, & me glorifica: & hoc  
 est quod inferius ponit. Respice in me, & miserere mei:  
 & ad hoc præmittit quasdam causas. & opus est domine  
 vt glorifices, quia o [deus iniqui insurrexerunt super  
 me] & non inferiorec solū iniqui, sed [etiā synagoga  
 potētū quæserunt animā meam] retinere in morte,  
 [ & non proposuerunt te in conspectu suo ] id est, non  
 considerauerunt te deū meæ humiliati esse vnū. ¶ Et  
 tu domine deus miserator ] in exhibitione, quia mul-  
 tas miserationes fecisti omnibus sperantibus in te, [ &  
 misericors ] in natura, [ patiens ] id est, non statim pu-  
 niens peccata, sed expectans peccatorē per patiētiā,  
 [ & multæ misericordiæ ] quia maior est misericordia,  
 quā culpa, [ & verax ] in omnibus promissis implēdis.  
 ¶ Qui aduersus videris in passiōe mea, [ respice i me ]  
 id est, attende meritū, [ & miserere mei ] per misericor-  
 diā tuā resuscitando me, & sic [ da ] mihi [ puero tuo ]  
 id est, deuoto per omnia, [ imperium tuum ] id est, re-  
 gimē in Gentibus, & Iudæis, [ & saluum fac ] me, custo-  
 diēdo perseverāter imperiū quod conferes, filiū auellitæ  
 tuæ ] id est virginis Mariæ, quæ dixit, Ecce ancilla do-  
 mini, fiat mihi secundū verbum tuum. [ fac mecum ]  
 da mihi imperium, & q̄ illud obtineam, fac uorum, &  
 hoc est, fac [ signum ] aliquod insigne factum, veluti re-  
 surrexiōe, & hoc mecum, quia ego promerēdo ad hoc  
 quantum potero laboro, & debes facere, quia hoc pe-  
 to [ in bonum ] scilicet vt inde bonum id est, salus, eue-  
 niat Gētibus, ad hoc fac signum, [ vt videant ] id est in-  
 telligant [ qui oderunt me, & confundantur ] intelligē-  
 tes

480. HAYMONIS IN PSAL.

tes se mala egisse, hoc scilicet videant, [ quia tu dñe ad iuisti me ] in certaminibus, quæ habui cōtra eos. [ & cōsolatus es me ] in passione, quia vidētes eū resurgere, cognouerūt eū deum in passione fuisse.

In psalmvm lxxxvi

Titulus. Psalmus cantici filijs Chore

**F**Vndamēta] Psalmus iste est cānici, quia proponit nobis magnam exultationē. s. cœlestis Hierusalem dignitatem, quam propheta exultāter protulit, & nobis maximam exultationem reliquit. Qui psalmus proponitur filijs Chore, ad hoc, vt ipsi fiant de hac ciuitate, Materia ipsa est ciuitas superna. Modus. In prima parte commendat eam ipse propheta secūdū seipsū. In secūda parte, quæ est, Memor ero Raab, inducit deū loquentem, & cōmendantē ipsam ciuitatem. Iterū in tertia parte, quæ incipit, Sicut lætantiū, propheta ipse commendat eam, per gaudiū æternaliter eam, inhabitantiū, Intendit filios Chore ad effectū istius ciuitatis monere. ¶ Vox prophetæ, quasi propheta diu meditatus fuisset, dicens apud se, Parietes quidem istius ciuitatis boni sūt, tecta optima, [ fūdamēta ] autem [ eiusiu montibus san is ]. Montes sunt apostoli, & prophetæ, & patriarchæ sunt fundamenta ] eius ciuitatis, de qua mequitabatur, quia sup eos fides nostra est fūdata: [ & portas Son ]. s. eiusdem ciuitatis, [ diligit dñs ]: portas [ accipit tam apostolos, q̄ illos, qui introducūt homines in hanc ecclesiam. Diligit dico [ super omnia tabernacula iacob ]. i. super omnia carnalia sacrificia, quibus placabat deus in veteri testamēto. ¶ Videns propheta, q̄ per se illa bona non posset enumerare, conuertit se ad ipsam ciuitatem, dicens: O [ ciuitas dei ] superna [ de te dicta sunt ] multa [ gloriosa ] quæ nō possū enumerare, ¶ Memor Pars secūda



secunda: Cōtinuatio. Hec. s. gloriosa sunt mihi dicta  
 de te, q̄ deus faciat gētes habitatores tui, quia ipse de-  
 us hoc dixit, ego [ero memor Raab], Raab interpre-  
 tatur impetus, vel latitudo, per q̄d intelligimus gen-  
 tiles illos qui impetuose, & sine ratione discurrunt per  
 lata desideria huius seculi, [ & ] ero memor Babylo-  
 nis ] .i. illorū qui in peccatis confusi sunt, [ scientium  
 me ] .i. faciam eos scientes & cognoscentes me, Vel sci-  
 entibus me per ap̄s, ero memor eorū. ¶ Ecce aieni-  
 genarū Dico memor ero Raab, quam adducam in hāc  
 ciuitatē, & [ ecce ] quasi in manifesto habes [ illic ] .i. in  
 hac ciuitate [ fuerunt ] .i. erūt [ alieniginarū ] .i. porione  
 cadentes. s. illi, qui aliquñ inebriabantur prosperitate, &  
 diuitijs huius seculi, conuertentur, & erunt mēbra in-  
 cœlesti Hierus. [ & Tyrus ] .i. illi, qui prius angustia-  
 bantur in acquirendis bonis tēporalibus, veluti mer-  
 catores, erunt in ea. Tyrus namq̄ angustia interpreta-  
 tur, [ & pp̄s Aethiopum ] .i. multi de illis, qui prius fu-  
 erant nigri in pētīs. ¶ Nunquid. Quasi dicat prophe-  
 ra: Hęc gloriosa sunt dicta de ciuitate illa, & præter o-  
 mnia hęc, gloriosius oībus prædictis, q̄d [ & homo ]  
 .i. Christus. secundū humanitatē [ natus est in ea ] ciui-  
 tate, [ & ipse fundauit eam altiss. ] secundū diuinitate,  
 & quia rem quā dicit, mirabilē, & quasi incredibilē vi-  
 det premitit quandā admirationē, dicēs: [ Nūquid ]  
 o [ Sion, dicet ] .i. dicere poterit, & intelligere, [ homo ]  
 carnal' aliq̄s, q̄s & q̄ntus sit ille, q̄ & ciuitatē istā fūda-  
 uit, & in ea natus es. Christus em̄ ipse unus fuit de ec-  
 clesia, & hi de q̄bus natus est: nullus vtiq̄ hominū, sed  
 sp̄s sanctus potest hoc reuelare, ipse em̄ est de q̄ Ioan-  
 nes ait: Cuius non sum dignus soluere corrigiā calcea-  
 mēti eius. ¶ Dñs. Dixi homo natus est in ea, & ipse fū-  
 dauit eā, q̄d bñ credere debetis, quāuis mirū videatur,

quia ] dominus narrabit in scripturis populorū ] .i. q̄  
 scripturæ p̄positæ populis ad intelligendū, quasi iam  
 apostoli p̄ scripturas sacras hoc de Christo intelligerēt  
 clamant in publico, & non tm̄ dico scripturas popu-  
 lorū, sed [ horū etiā principū, q̄ fuerunt in ea ] ciuitate  
 .s. ecclesia sctōrū apostolorū, ¶ Sicut. Tertia pars. Per  
 hæc prædicta apparet cōmendabilis ciuitas Sion, &  
 per hoc etiā, quia ō Sion [ habitatio omniū ] nostrum,  
 quæ [ in te est ] post iudiciū, est [ sicut lætatiū ] .i. simi-  
 lis lætātibus in hac vita, sed quia infinitā cognouit eā,  
 quanta esset determinare nō potuit. Et cū ibi sint tan-  
 ta gaudia, quibus vix aliquo modo possint compara-  
 ri gaudia huius seculi, maxime nobis ad illā habitati-  
 onem festinandum innuit.

## IN PSALMVM LXXXVII

Titulus. Canticum psalmi filijs Chōre, in finem pro  
 Melech, ad respondendum, intellectus Eman Israeli-  
 tæ, vel vt Hieronimus dicit, Ezraitæ.

**D**omine deus saluris. ] Legitur q̄ cū David psal-  
 mum istū citharizaret, & chorus astans conso-  
 na voce responderet, superuenit quidā Eman  
 vocatus, Orientalis, à loco Ezraitæ dicto. Vel vt Au-  
 gustino placet, Israelita, qui in hac figura David præ-  
 cipientis, & chori respondentis, sensum psalmi anim-  
 aduertit, Christū. s. in hoc psalmo agere de sua passio-  
 ne, & fideles suos ei bñ respondere. i. ad imitationem  
 Christi eos multa sustinere, iuxta qd̄ Ezdras huius-  
 modi titulū psalmo apposuit, qui sic legitur: Istud can-  
 ticū psalmi p̄ponitur filijs Chōre. i. quibuscunq̄ Chri-  
 stianis, ad respondendum. i. vt ipsi respondeāt p̄ Me-  
 lech. i. vice chori. s. vt sicut chorus respondebat conso-  
 ne David regi præcipienti, quāuis diuersæ essent per-  
 sone, ita filij Chōre, quāuis diuersæ sint personæ, tamē  
 conso

confone in in fide & dilectione respondent Christo,  
 prius citharizanti in mortificatione, p̄prie carnis, vt & . Pet. 1a  
 filij Chore anias suas ponant pro amicis, sicut Ap̄tus  
 ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exē  
 plum, vt sequamini vestigia eius. Melech chorus inter  
 pretatur, filiis Chore dico, directis in finē, si ita r̄ndeāt:  
 & bene dico q̄ ita r̄ndere debeāt, qm̄ hęc talis r̄nsio  
 est intellectus Eman Ezraitæ. s. hanc talē respōsionē  
 intellexit Eman in hoc psalmo. Eman interpretatur,  
 frater: Ezraitæ, aduena: quasi hanc talē respōsionē fa  
 ciendam Christo intellexit Eman. i. frater. s. q̄libet fi  
 delis, de q̄bus dominus ait: Dicite fratribus meis. Fra  
 ter dico Ezraitæ. i. aduena in hoc mundo. s. qui hic nō  
 habet manentē ciuitatē, sed tendit semper ad cœlestē.  
 Vel Eman Israelita. i. frater deū videns, hoc intellexit  
 q̄ filij Chore ita Christo debeant respondere. Hic psal  
 mus canticū vocatur, quia p̄ponit nobis passionem  
 Christi, quā p̄ nostra reparatione cum magna exul  
 tatione sustinuit: dicitur psalmus, q̄ nos monet ad sp̄  
 ritualē opationē. s. ad patientiā, vt p̄ exēplum Chri  
 sti & fidelium suorum, quos Christo patiendo respō  
 dere inducit, inuitet filios Chore ad eandē respōsio  
 nem. Materia est Christus patiens, & agit hic de sua  
 passione aliter q̄ in supradictis, q̄ hic magis ostendit  
 illas contumelias, q̄ alia mala. Modus: In prima par  
 te ponit orationē, & enumerat mala sibi illata. In se  
 cunda parte, q̄ incipit: Clamaui ad te domine, petit re  
 surrectionē per quasdā necessitates. In tertia que inci  
 pit: Et ego ad te domine clamaui: ostēdit suos in pas  
 sione Christi responderē. s. ad imitationē sui multa su  
 stinere, Intentio est per exemplum Christi & suorum  
 ad patientiam inuitare, suxta Apostolum: Qui dicit se  
 in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse  
 ambu



ambulare. ¶ Vox ipsius Christi orantis sic: O [dñe deus] author [meæ salutis] id est, immunitatis meæ a peccato, ego [clamaui die & nocte] id est, extense orauit, & non ad conspectum hominum, sed [coram te] Coram mundo clamat, qui mundana postulat, coram deo clamat, qui solum deum habere desiderat. Et quia ita clamaui, [intra oratio mea] quæ est quasi legatus meus ad te, & quia posset intrare, & postea expelli, dicit, [in conspectu tuo] i. ita quod sit in beneplacito tuo: dicit à similitudine alicuius, qui rem sibi beneplacitam in conspectu suo ponit, & opus est, [quia anima mea repleta est malis. i. anxietatibus. Vñ ipse dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Vel malis, id est, de peccatis eorū, [ & vita mea inferno appropinquabit ] . i. anima mea, vel in tempore passionis proximæ antequam ad inferos descendisset, Vel appropinquauit, ita quod esset in inferno, ad quem sponte descendit, & ipsum spoliavit. ¶ Et [æstimatus sum cum descenditibus in lacum,] id est, in infernum. Vel in lacum, id est in profunditatem peccatorū, quia falsa opinione reputauerunt me peccatorem, & quod mortuus in inferno remaneret, & [factus sum] reputatione eorū, quod tñ essem [sicut homo] & non deus, licet sim [inter mortuos] in peccatis, [liber] tñ ab omni peccato. Vel inter mortuos liber. i. non reuentus in inferno cū cæteris mortuis, sed liberans alios. Sum euā æstimatus [sine adiutorio] . i. tam vilis, cui deus nullū feret adiutoriū. ¶ Sum æstimatus [sicut] alij [vulnerati, dormientes in sepulchris, quorū] Jo deus tu [non es memor amplius] id est, ut ad bonū resurgant: ita de me putabant cum viderent vulneratū, & iacentem in sepulchro, ne amplius resurgerem. Vel allegorice accipiamus vulneratos in peccatis dormientes, id est quiescentes in sepulchris . i. in corporibus in quibus putrescunt, contentientes delecta

tionibus carnis: & non dormientes q̄s reuocet deus à malicia, sed q̄x̄o deus non es memor amplius [ & ] quãuis me ita repulsum putarent [ ipsi ] tñ & non ego [ repulsi sunt de manu tua ] .i. de p̄tectione. ¶ Exaggerat passionē suā, & illorū malitiam, dicens [ Posuerunt ] etiam [ me ] reputatione sua [ in lacu inferiori ] in p̄fundū vitiorū, vel dignū q̄ descenderem in p̄fundū inferni, scilicet [ in tenebrosis ] locis [ & in vmbra mortis ] .i. in loco illo, vbi sola vmbra necaret homines, Vel in vmbra, id est, in ignorantia, q̄ est causa mortis. Vnde dicitur: Ignorans ignorabitur. ¶ Super me ] etiam reputatione eorū [ est confirmatus furor tuus ] id est putant te o dens continue & omnimodo erga me esse iratū: & p̄ter illū furorem dñe, q̄a [ induxisti omnes fluctus tuos ] .i. perturbationes huius vitæ, [ super me: ] & non tm̄ ab extraneis persecutiōes habui, sed etiam amici mei defecerunt, & hoc est, longe fecisti nos meos ] id est apostolos meos [ à me ] sicut legitur: Relicto eo, fugerūt, q̄d vidētes alii, [ posuerunt me abominationem sibi ] .i. delendū de consortio hominū. Vel ipsi apostoli posuerunt me abominationem sibi, sicut de B. Petro legitur: Cœpit detestari & iurare, quia non noui hominem. ¶ Iraditus sum ] etiam à discipulo, [ & non egrediebar ] ad vindictam, q̄a nō ostendit deitatis potentiam, quā ipse habebat. Vnde & ipse dixit: Possem rogasse patrem meū & exhiberet mihi plus q̄ duodecim legiones angelorum, & [ oculi ] id est apostoli [ mei, languerunt ] dubitauerunt, scilicet, de resurrectione mea, sicut de duobus illis legitur, qui euntes ad castrū Emaus, dicebant Nos sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Lāguerāt dico [ p̄ inopia ] veri luminis, quia non plene erant adhuc de spiritu sancto roborati.

1. Cor. i. 4

Vnde

Vnde dominus improbens illis dubitantibus dixit, O  
 stultus, & tardi corde ad credendum, & c. ¶ Clamaui.  
 Pars secunda Quāuis essem ita derelictus ab amicis, ta-  
 men o [domine clamaui ad te] scilicet, vt dares resur-  
 rectionem, & [manus meas] id est, operationes meas  
 [expandi] id est, per charitatem dilataui, [ad te] pro-  
 merendum, & hoc [tota die] id est, assidue, vel, toto tē-  
 pore passionis. ¶ Nunquid. Et opus est vt me resuscit-  
 res, quia me retento i sepulchro, [facies mortuis mira-  
 bilia: [nunquid medici] id est, apostoli, & prædica-  
 tores, [suscitabunt] prædicationem suā, [ & ] ipsi sus-  
 citati i anima, [confitebuntur tibi,] Nou. Benedicit,  
 non suscitabunt, quia nec etiam medici essent, nisi Chri-  
 stus resurrexisset. ¶ Nunquid] me retento [in sepul-  
 chro narrabit aliquis misericordiam tuam,] scilicet, q̄  
 facias remissiones peccatorum, iustifices hominem,  
 & c. Non. Aut me perditio [in perditione] in corrup-  
 tione, nunquid narrabit aliquis [veritatem tuā] de  
 depletione p̄missionis istius q̄ in semine Abrahamæ be-  
 nedicerentur omnes gentes, & aliarum. Non vtiq̄, Vel  
 ita: Si ego non fuero resuscitatus, [nunquid] manēs  
 [in sepulchro] id est, in delectatione carnis putrescēs  
 [narrabo misericordiam tuam] Aut aliquis existens  
 [in perditione] id est in consuetudine peccandi [nar-  
 rabit] non me resuscitato [veritatem tuam.] Non,  
 ¶ Et [nunquid] non me resuscitato [cognoscetur  
 mirabilia tua] id est Partus v̄lrginis, ascensio, repara-  
 tio humani generis, a positis [in tenebris] Non, etiā  
 si esset qui prædicaret [ & ] nunquid [iustitia tua] id  
 est remissio peccatorum, cognoscetur ab existentibus  
 [in terra obliuionis, id est, ab illis qui obliu sunt tui  
 propter terrena. Non. ¶ Et ego. Pars tertia: Ego sic  
 clamaui de resurrectione, [ & ] ob tēta cā [ego cla-  
 maui,



mai ] in meis, id est, mei clamabunt [ ad te domine  
 & oratio mea mane ] facta, id est, assidue, vel mane .i.  
 in luce uirtutum, [ praeueniet te ] non q̄ in se habeant  
 orare sine tua misericordia, sed dicit praeuenire scilicet,  
 ut reddaris placabilis ante iudiciū, ¶ Dico mei clamāt,  
 sed [ ut quid domine repellis orationem meam ] id est  
 meorum a te: Videtur enim deus repellere cum nō sta-  
 tim implet desiderium eorum, scilicet ut statim exuat  
 eos à corpore, & eleuet eos ad cœlestia [ & auertis fa-  
 ciem tuam à me ] id est à meis, cum permittis eos tribu-  
 lari. ¶ Dico, auertis faciem tuam, quia [ ego sum pau-  
 per ] id est mei sunt pauperes in his mundanis, [ & in  
 laboribus ] secundū persecutiones huius seculi, & hoc  
 [ à iuuenture mea ] id est, ex quo fuerunt mei fortes &  
 robusti in fide, non defuit eis tribulatio, & si fui exalta-  
 tus, & hoc dicit autem ] in his mundanis id est, si mei fu-  
 erint prosperati, nihil profuit, quia [ humiliat⁹  
 sum ] id est, humiliati sunt mei ad penitentiam, [ & cō-  
 turbatus ] sum, sustinendo labores, si mei conturbati  
 sunt. ¶ Et non mirum, si ego sum conturbat⁹, quia [ ir-  
 tuæ ] id est, vindictæ tuæ uenerūt in me, & nō reman-  
 serunt in me ] quia mei ad horā sustinuerunt, ut post  
 modum gauderent in perpetuum. [ & terrores tu ]  
 de timore futuri iudicij, [ conturbauerunt me ] id est,  
 meos. ¶ Bene dico, quod irē trāsierunt in me, quia ma-  
 li homines, vel peccata [ circumdederunt me sicut aq̄  
 id est, cum magna inundantia, & volentes me dimer-  
 gere, sicut aqua dimergit homines: & hæc [ tota die ]  
 id est, assidue, non sigillatim, sed [ simul circumdederunt  
 me ] id est, meos. ¶ Non solum alia mala passi sunt mei  
 sed etiam [ elongasti à me ] id est, à meis, [ amicū &  
 proximum ] cognatione: [ & notos meos ] quos mei  
 vel qui meos nouerant, & hoc fuit [ à miseria ] id est,

propter miseriam illorum, pro quo despecti erant.

In psalmum lxxxviii.

Titulus. Intellectus Ethan Ezraitæ, vel Israelitæ.

**M**isericordias domini. Psalmus iste dicitur intellectus, quia secretam rem continet, scilicet, deū daturum misericordiam & veritatē suam, quod ante aduentum Christi valde secretū fuit, & per paucis cognitum: & non est psalmus in solo literalis sensu, sed etiam in allegorico: qui intellectus dicitur Ethan id est, alicuius robusti, veluti David propheta: quia & ipse propheta, & quicūque habet intellectū huius psalmi, maxime corroboratur contra diabolū, & in dei laude consistit. Ethan dico Israelitæ, non robusti in malo, sed viri videntis deum. Vel Ezraitæ id est, aduenæ, & peregrini in hoc mundo. Misericordia dei & veritas est materia. Modus: In prima parte ostendit se dicturum de misericordia & veritate, & ea quæ dicet se cognouisse deo docente. In secunda parte quæ incipit: Confitebuntur cæli: ostendit multam dei potentiam. In tertia parte, quæ incipit: Tunc locutus: ostendit multas promissiones dei ad filium suum. In quarta parte, quæ incipit: Tu vero repulisti: ostendit quod contra promissa videatur deus fecisse: ostendit enim Christum & suos multa mala iucurrisse, cum eis deus multa bona promisisset. In quinta, quæ incipit: Usquequo domine auertis: ponit preces pro malis, quæ futura videt ecclesie & innuit ea non nocere contra promissiones dei. Intentio est nos admonere, vt deo gratias agamus, pro collata gratia & veritate, Possumus etiam dicere, quod ideo posuit Ezdras Ethan in titulo, quia ipse fuit cum alijs precentoribus in recitatione. Vox cuiuslibet in illo priore populo, dicentis  
Misori

[Misericordias domini] de reparatione humani generis, duraturas [in æternum] quia nos facient æternos, [cantabo] id est, cum cantico & deuotione annuncio. ¶ Et etiam [annunciabo veritatem tuam] id est, completionem promissionum, in quibus verax es, [in generatione] Iudaica, [ & generationem] gentilem. Vel, in generatione & generationem, id est, per omnes successiones generationum: & hoc [in ore meo]. Idem vocat misericordiam & veritatem, scilicet beneficia, dei: misericordia, quia gratis confertur à deo: veritas, quia iuxta quod promiserat, implet deus: annunciabo dico in ore meo, in quo semper habeo promptam veritatem, ad annunciandum alijs. Vel in ore meo, id est, sicut habeo in ore, ita compleo opere. ¶ Et qua autoritate fretus hæc annuncio: tua scilicet, & hoc est, [quoniam dixisti] id est, interna aspiratione mihi reuelasti, hæc scilicet: [in æternum misericordia ædificabitur] scilicet, postquam peccata erunt dimissa, crescent multa dona spiritualia: ædificabitur dico, non in malis, sed [in cælis] id est, in altioribus sanctis, qui continent secreta dei, veluti ipsis apostolis, [ & veritas tua] id est, eadem dona spiritualia, [præparabitur in eis] quia per eos descendet in alios.

¶ Disposui. Dixisti sic dicens, [disposui testamentum] id est, ordinavi pactum, non cum omnibus, sed [cum electis meis], id est illis, quos de numero prædestinatorum elegi, [ & etiam [David seruo meo] id est, Christo, [iuravi] id est, immutabiliter promisi. Vbi enim Abraham iuravit, & Christo: de quo illæ erant promissiones, teste Apostolo: Abraham distæ sunt promissiones, & semini eius, qui est Christus:



hoc scilicet iuravi, [preparabo semen tuum] id est, imi-  
 tatores iusticiæ Christi, ducendo eos [vsque in eteruū  
 ¶ Et ædificabo sedem tuam] id est, illos in quibus q̄  
 escis, & iudicas [in generatione] gentili, [ & generati-  
 onem ] Iudaicam, vel per omnes successiones, vel pre-  
 parabo sedem tuam, id est, imitatores, qui te imitent,  
 non ad horam, sed in generatione hinc procedendo,  
 vsque in generationem futuram. ¶ Confitebunt, Pars  
 secunda, Dixisti, misericordia ædificabitur, & sicut dix-  
 isti, ita complebitur, quia [cœli] id est, apostoli: [con-  
 fitebuntur mirabilia tua] veluti de creatione cœli &  
 terræ, & hoc ostēdit in parte mirabilium, cū dicit [ete-  
 uim] annuntiabunt [veritatem tuam] non ubiquæ,  
 sicut mirabilia, quia inter omnes Gentes possunt mira-  
 bilia dei numerari sed veritas dei de natiuitate, passio-  
 ne, & c. potest & debet enūciari tantum in ecclesia san-  
 ctorū ] in qua sola dei natiuitas, & passio, & cætera, &  
 colitur, & amatur. ¶ Et bene debent confiteri cœli mi-  
 rabilia tua, [quoniam quis in nubibus] id est, inter a-  
 postolos, & cæteros alios in ecclesia, [æquabitur]  
 in potentia [domino] nullus, vel, quis erit [similis de-  
 o] in substantia [in filiis dei] veluti etiam in sanctis  
 angelis, qui sunt stabiles & deificati. Nullus, quia om-  
 nes alij ab isto sunt creati & deificati. Vere nullus æq̄-  
 bitur domino, nam ipse est [deus] & talis, [qui glori-  
 ficatur in consilio sanctorum] id est, quem sancti glo-  
 rificant, & hoc cum magno consilio quia vere cogi-  
 rant, quomodo dignius eum laudare queūt, deus dico  
 [magnus] quia sua substantia complet omnia & ter-  
 ribilis ] propter iudicium quod facturus est ipse dico  
 existens [super omnes qui in circuitu eius sunt] id est,  
 in famularu & comitatu eius, stipantes eum, quasi mi-  
 lites dominum & hoc de angelis, & etiam de sanctis  
 viris

viris potest intelligi. ¶ Deus dico glorificatur, & eti-  
 am ipse deus est dominus omnium virtutum & ideo  
 nemo potest esse similis ei & hoc est quod dicit, fatien-  
 do cōuersionē ad ipsum, [dñe deus virtutū] cœlestiū  
 uel dator uirtutū nr̄arū p̄ q̄s facis homines uirtutibus  
 celestibus similes. Cū em̄ das homini plenitudinē sci-  
 entiarū, facis similes Seraphim. Similiter per cæteras vir-  
 tutes sibi datas cæteris ordinibus homines similes red-  
 dunt & ideo [quis similis tibi.] Nullus utique, tu enī  
 [potens es domine] ex te solo, nec aliquis habet po-  
 tentiam, nisi per te. [ & ueritas tua ] ē [ i circuitu tuo ]  
 in quibus tuarū promissiones completæ sunt, apparet  
 quod uerax es in promissis. Vel, ueritas tua est in cir-  
 cuitu tuo, quia cum non habeas in circuitu & famula-  
 tu tuo, nisi eos qui ueraces sunt, apparet te ueracem es-  
 se, à quo tanta familia ueritatem recepit. ¶ Vere es po-  
 tens, quia [tu dominaris potestati maris, motum au-  
 tem fluctuum eius tu mitigas] ad litteram. Vel ita ad  
 allegoriam: Tu dominaris potestati maris] id est, po-  
 tentiam huius seculi, in quo nullus, nisi te permittente,  
 potest aliquid mitigare [motum fluctuum eius] id  
 est seditionū quæ mouentur in mundo, [tu mitigas]  
 licet non profus auferas. Reliquisti enim sanctis tuis  
 persecutiones, ad eorum probationem. Ad litteram.  
 Christus mare mitigauit, quando surgens de nani, in  
 qua dormiebat, imperauit uentis, & mari. ¶ Tu humili-  
 asti] per hoc enim apparet potentia tua deus, quia tu  
 humiliasti deiiciendo de celo in hanc inferiorem aeris  
 [superbum] id est diabolus, qui singulariter super-  
 bus est, [sicut vulneratum. Vulneratus fuit diabolus  
 quando luce, & dignitate, qua prius nitebat, priuatus  
 fuit: humiliasti dico [in brachio uirtutis tuæ] id est in  
 uirtuoso brachio, id est, filio tuo, & in hoc quoque ap-  
 parer

paret potentia tua, quia tu [dispersisti inimicos tuos] Iudæos, qui realiter dispersi sunt per totum mūdum, & hoc quoque fecisti in brachio tuo, per quod omnia operaris: ¶ Et bene inimicos potuisti disperdere, [quia tui sunt cæli & terra] vniuersa [est tua, orbem] etiam [terræ] id est, totum circulum mundi, [ & pleitudinem eius ] veluti fructus, & pecura, & cætera [tu fundasti] id est, creasti, & etiam ipsum diabolum creasti, & hoc [est, creasti] [aquilonem] qui, quia frigidus ventus est, intelligitur diabolus, qui caret omni charitate, & qui de se ipso dixit, Ponam sedem meam ad aquilonem, [ & mare] id est inimicos tuos amaricantes, & fluctuantes cōtra te, [tu creasti] ¶ Et quia tam potens es, ideo [Thabor, & Hermon] id est, Iudæi & gentiles, [exultabunt in nomine tuo] quia tibi suam exultationem attribuent, ideo quia [tuam brachium] [est] [cum potentia] id est tuus filius est cum efficientia, quia nihil suæ voluntati potest resistere. Vel, Thabor, & Hermon exultabunt, id est, cum exultatione pronuntiabunt tuum brachium, id est, filium tuum, intelligentes illum esse cum potentia, & hoc ad laudem tuam, scilicet in nomine tuo exultando, Thabor interpretatur, veniens lumen, per quod Iudæi significantur, inter quos prius veit lumen, quod est Christus. Hermon interpretatur anathema, per quod intelliguntur gentiles, qui cognito Christo, anathema dixerunt diabolo. ¶ Dico Thabor, & Hermon est cum potentia, & [manus tua] id est, operatio illius brachij, velut in conuersione malorum ad fidem [firmetur] ut eos in iustitia fideq; corroboret. & [dextera tua] id est, illa potētiō operatio scilicet, in iustificatione, & perfectione iustorum [exaltetur] id est, vsque ad cælum perducatur eos [iustitia, &



& iudicium ] scilicet cum homines videbunt te iuste iudicare, erit [ preparatio sedis tuæ ] quia tunc cognoscant, in quibus tibi sedem preparasti.

¶ Ibi erit iustitia, & iudicium, interim autem [ misericordia & veritas ] id est, remissio peccatorum, & alia beneficia per misericordiam & promissionem data, [ præcedent faciem tuam ] vt per hæc beneficia præuenientia te futurum iudicem aliqui præparentur, qui cum electis in iudicio saluentur, & quia misericordia & veritas præcedent, ideo [ beatus ] est [ populus, qui scit ] hanc [ iubilationem ] id est, qui ineffabile gaudium dei concipit, ita quod hoc [ faciat conscientia, scilicet laudem sibi attribuens, & rationabile obsequium bene discernens.

¶ Bene dico beatus, quia o [ domine ] illi [ ambulabunt in lumine tui vultus ] id est, cognitione filii tui, qui tuus dicitur vultus, quia per eum ipse cognoscitur, [ & exultabunt tota die ] id est, assidue, & [ in nomine tuo ] glorificando, [ & ] tandem [ exaltabuntur in iusticia tua ] quando obtinebunt regnum celeste per iustitiam, quam tu eis dedisti.

¶ Ideo exaltabuntur [ quoniam tu es gloria virtutis eorum ] id est, tibi, non sibi, virtutem suam attribuant, & te, non se, reputant gloriosum; & quia ille qui loquitur intelligit se de numero illorum, ponit se inter eos sic dicens. Et ideo [ cornu vobrum ] id est, fortitudo nostra [ exaltabitur ] id est, excrescet [ in beneplacito tuo ] id est, per filium tuum, in quo tibi bene complacuit.

¶ Cornu dico exaltabitur, quia Christus assumet nostram humanitatem, per quam nostra quoque exaltabitur humanitas

Matth. 3.

Mar. i

## 472. D. HAYMONIS IN PSAL-

& hoc est: [ quia domini est assumptio nostra ] id est,  
 dñs assumet carnem nostrā : & cuius domini, deter-  
 minat, dicens: [ & sancti Israel ] id est illius, qui sanctifi-  
 cat Israel, hoc est, Christi sine quo nullus sanctificatus  
 fuerit, scilicet [ regis nostri ] id est, ipsius Christi, q nos  
 in iustitia regit. ¶ Tunc locutus, pars tertia, postquam  
 ostendit potentiam filij, ostendit promissiones factas  
 filio, per quas comprobatur potentia supradicta ipsi  
 us filij, Continatio: Tu dixisti, misericordia mihi ædi-  
 ficabitur in cœlis: & non notat tempus, sed [ tunc, ] .i.  
 similiter, sicuti & mihi [ locutus es ] alijs [ sanctis tuis in  
 visione ] .i. in aliqua spiritali reuelatione, [ dixisti ] .i.  
 per inspirationem eis reuelasti: hoc scilicet: [ posui ad-  
 iutorium meum in potente ] id est in filio, quem tuis  
 fidelibus adiutorem cōstituisti, [ & ] ipsum [ electū de  
 plebe mea ] quia inter omnes alios fideles ipse melior  
 fuit, quia in eo peccatū omnino nō fuit: [ exaltaui ] .i.  
 exaltabo de virtute in virtutem, & usque ad dexteram  
 meam perducendo. ¶ Hoc dixisti: [ Inueni David ] id-  
 est Christum ipsum, [ seruū meū ] fidelē, qui in nullo  
 me offender: & [ eū ] inuētū, [ vnxi oleo meo sancto ]  
 id est, spiritu sancto. ¶ Vere vnxi oleo, quod apparet p  
 hūc effectū. [ Manus enī mea ] id est opera mea, [ aux-  
 iliabitur ei. ] ad operandū, [ & brachiū meum ] .i. ver-  
 bū ipsi humanitati vnitum, confirmabit eum ] vt nulli  
 persecutioni cedat, sed potius in virtute crescat. ¶ Alia  
 pmissiōes dei de filio suo, brachiū tuū cōfirmabit eū,  
 & ideo [ iuimicus ], .i. diabolus, [ nihil proficiet in eo ]  
 vt cum tenter eum, faciat eum suæ persuasioni cōsenti-  
 re: [ & filius iniquitatis ], .i. ipse diabolus, qui apposuit  
 vt tēteret, [ nō apponet nocere eū ] .i. vt faciat eū no-  
 cētē, .i. vt tēratio ipsius in Christo effectū habeat. Vel  
 aliter, Filius iniquitatis, qui voluit nocere Christo, ali-  
 quando

1. Reg. 19

quando non apponet cum alijs tentationibus, quas ei fecerat, nocere eum id est nec audebit tentare eū, veluti post resurrectionē cognoscēs eū vere filiū dei, nullo modo ausus fuit præsumere, vt tentaret eum. ¶ Et ] p[ro] h[is]c omnia [concidam inimicos eius] vt qui prius erant inimici, sint cōcisi, & destructi ab inimicitia, & hoc [à facie ipsius] id est per cognitionem ipsius. ita loquitur, quasi de aliq̄ imperatore, à cuius facie inimici dissipantur, [ & odientes eum in fugam conuertam ] id est, vt vitia, quæ prius amplectebantur, iam fugiant, & ipsi Christum sequantur. ¶ Et veritas mea, & misericordia mea erit cum ipso [quia in ipso & misericordie dabitur, & promissiones dei omnes complebuntur: & cornu eius] id est fortitudo Christi, & sublimitas, [exaltabitur] id est, crescet semper in maius. Vel, exaltabitur id est, manifestabitur per totum mundum, & hoc [in nomine meo] ampliando. ¶ Et ponā. Aliæ, p[ro]missiones dei dei filio suo. Cornu eius exaltabitur [ & ] in super [manum] id est, operationem [eius ponam in mari] id est in amaricantibus fluctibus huius seculi, vt per manum ipsius conuertantur isti à sua amaritudine: [ & in fluminibus ] id est, in aquis baptismi, ponam [dexteram eius] id est propitiationem ipsius, & potorem operationem, quia ibi omnia peccata condonantur. Vel, in fluminibus id est iu principibus, quorum cura fluit in populū, sicut flumina in mare, scilicet, non tantum conuertet operatio Christi minores huius mundi, sed etiam aliquos de maioribus. ¶ Ipse inuocauit. Et merito sic exaltabo, & amplificabo Christum, quia [inuocauit me] dicens: [pater meus es tu, deus meus] id est, creator meus secundum humanitatem, [ & susceptor ] meus, quia meæ humanitati verbum vniuisti, & per hoc causa [salutis meæ] scilicet, immunitatis

2. R. d. 10



nitatis à peccato resurrectionis, ac totius iusticię ¶ Ipse sic inuocauit, [ & ego primogenitum ponam ] id est, ante omnes alios ad immortalitatem resuscitabo, & ponam [ illum excelsum ] donando ad confessionem [ p̄ regibus terræ ] ad literam, vel allegoriam. ¶ Et non tantum, Christo secundum propriam personam faciam hoc, sed [ seruabo illi ] in suis [ misericordiam meam ] ducens eos per misericordiam [ in eternum, & testamentum meum ] id est, pactum meum, & promissiones meæ erit [ fidele ipsi ] complendo in suis, q̄ de ipsis promissum est. ¶ Dico, seruabo illi, misericordiam, [ & ] per hanc misericordiam [ ponam ] semen eius ] id est, imitatores ipsius, perdurantes [ in seculum seculi: & thronum eius ] id est, regnum ipsius, illos scilicet, in quibus iudicans sedebit, ponam [ sicut dies cœli ] id est, clarissimos, v̄t pote, immortales, & impassibiles. ¶ Si autem. Dico custodiam, & ponam sicut dies cœli, nec tantum pro merito perfectis, sed etiam peccâtes misericorditer reuocabo: & hoc dico: [ Si iustum ] illi, qui debent esse [ filij eius ] id est, Christi, [ de relinquerint ] id est, nulla ratione voluerint recipere [ legem meam, & ] si illa qui debent esse filij, non ambulauerint in iudicijs meis ] scilicet, in aliqua discretione mentis, videlicet, neque iuste iudicent neque recte discernant, quid faciendum sit, quid non, [ visitabo, in virga iniquitates eorum, ] ¶ Et non tantum eos leuiter peccantes visitabo, sed [ si iustitias meas ] id est, iustificationes, [ prophanauerint ] id est, prophanos & execrabiles alijs prædicauerint, vt exemplo vitæ suæ, fugienda & execrabilis lex Christiana videatur [ & si mandata mea ] id est, institutiones viuendi, [ non custodierint, ] ¶ Visitabo in virga ] id est, leuiori

aiori correctione, [ iniquitates eorum ] vt per illam  
 correctionem deleantur eorum iniquitates, [ & ] si  
 nolunt virga corrigi, [ in verberibus ] id est grauiori  
 afflictione, visitabo [ peccata eorum. ¶ Visitabo in  
 verberibus, & in virga eos, [ misericordiam autem  
 meam non dispergam ab eo ] Christo, secundum car- 2. Re. 7  
 put & corpus, [ neq; nocebo ] ei Christo, toti scilicet,  
 vt post mortem maneat pena, ego dico existēs [ in  
 veritate mea ] id est, impletor promissionū non enim  
 deus promissa impletet, si Christo & membris suis no-  
 ceret. ¶ Dico, non nocebo, [ neq; prophanabo ] id est,  
 prophanum & detestabile faciam [ testamentum me-  
 um ] id est, pactum meum, quod pepigi cum antiquis  
 patribus, [ & ] illa [ quæ procedunt de labiis meis, ]  
 id est, quæ ego promitto per sanctos prophetas, [ nō  
 faciam irrita ] id est, inexplera. ¶ Ideo quidem non fa-  
 ciam irrita, quia [ iuravi ] realiter iurans per angelum  
 Abraham, [ in sancto meo ] id est in mea sanctitate.  
 Vel in sancto meo, id est, in filio meo, per quem san-  
 ctificatur omne humanum genus, & hoc [ semel ] id  
 est, impermutabiliter, & quia iuravi, [ si mentiar Da-  
 uid ] quin compleam promissiones, non ero deus, po-  
 test impleri quodlibet impossibile, quia defectiua o-  
 ratio est. Hoc quidem iuravi [ semen eius ] Dauid, id  
 est, Christi, [ manebit in æternum, ] ¶ Et thronus  
 eius sicut sol in conspectu meo ] quantum ad animas,  
 in quibus maior claritas erit [ & ] secundū corpus e-  
 rit ipse thronus [ sicut luna ] non dico sicut luna cre-  
 scens, & decrescens, vt in hac vita, sed [ perfecta ], & q̄  
 thronus Christi talis futurus sit, inde est [ testis in cœ-  
 lo fidelis ] id est, Christus, cuius ascensionem in nostræ  
 carnetam propheta præuiderat in spiritu sancto.  
 ¶ Tu vero. Pars quarta. Tu dicis misericordiam non  
 dispergā.

dispergam, & cætera faciam, sed e contra tamen videris facere, quia [reppulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum] per simile loquitur, quasi aliquis dominus iratus alicui fideli seruo, pellit eum de domo sua, & ille expulsus à multis despicitur, & etiam differt dominus ille reconciliari cum illo fideli, Similiter Christus videtur repulsus fuisse de cœlesti regno dei quãdiu in presenti seculo corporaliter habitauit, in q̄ habitatione Christus omnibus inimicis suis despiciabilis fuit. Et etiam videris distulisse gratiam tuam, quia eum in huius seculi miseria diutius permisisti permanere. Eodem modo Christi membra videntur esse repulsa à deo, & c. ¶ Ideo videris repulisse, quia [auertisti] .i. videris auertisse [testamentum] id est, pactũ, [serui tui] quod fecisti cum Christo, & seruis eius, vel ea que prædicta sunt, misericordiam meam non dispergam, & c. [ & sanctuarium eius ] Christi, id est, fideles eius, in quibus habitabat, [prophanasti] id est, prophanos videri fecisti, & hoc non in vno tantum loco, [sed in terra] id est, per totum mundum. ¶ Et per hoc etiam promissiones serui tui euersas permittis videri, quia [destruxisti] id est, permittis destrui, & occides [õnes sepes eius] id est, omnes munitiones eius, videlicet, bonos prælatos, qui in defensione ecclesiæ officium sepium obtinent: [posuisti] etiam id est, pones [firmamẽtum eius] id est, apostolos, qui alios in fide firmare deberent, [formidinem] quia & ip si timuerunt, vt Petrus, & alij. Vel, formidinem, quia cum sancti apostoli, & martires turpissime occiderẽtur, timebant alij ad fidem accedere. ¶ Et destructis, sepibus, [omnes transeuntes viam] id est, præcepta dei, vel ipsum Christum, qui est via, [diripuerunt eum] id est, Christũ in membris suis, quosdam occidendo, quosdam sibi in-  
 corpo



rando, vel bona eorum auferendo, & per hoc omnia  
 [factus est] Christus totus [obprobriū vicinis suis.]  
 ¶ Tuos ira disperdisti, & contrario [exaltasti] id est,  
 exaltari permisisti in his temporalibus, [dexteram] id  
 est, potentiam [deprimentium eum] & in hoc [læ  
 tificasti omnes inimicos eius] id est, maleuolos Chri  
 sti, & membrorum eius. ¶ Auertisti] etiam [adiutori  
 um gladij eius] Christi, scilicet, adiutorium verbi dei,  
 quod iam nullam defensionem haberent sui per ver  
 bum diuinum, [ & ] etiam [non] es auxiliatus ei in bel  
 lo] contra hæreticos, quin quandoq; deuincerentur,  
 & hæreticis incorporarētur: permittit enim deus mul  
 tos, qui secundum humanū iudicium de corpore Chri  
 sti vidētur in corpus diaboli traduci. ¶ [Destruixisti]  
 etiam [eum] Christum secundū membra [ab emun  
 datione] quod persecutiones immisæ ad purgatio  
 nem eorum, non emendant eos, sed potius destruūt,  
 & à corpore Christi recedere faciūt, [ & sedem eius ]  
 id est, illos, in quibus Christus & sedere & quiescere vi  
 debatur, [collisisti] .i. permittes destrui ipsos collisos  
 dico proiectos [in terra] .i. in appetitu terrenorum.  
 ¶ Minorasti] etiam [dies temporis eius] vel in mem  
 bris eius: quando enim aliquis videtur utilis in eccle  
 sia, & à deo cōseruandus, cito moritur, & aufertur. Et  
 quid plura dicam. [eum] Christum [perfudisti con  
 fusione]. Confundentur enim iusti, vel de peccatis su  
 is præteritis, vel de pœnis sibi illatis. ¶ Vsq; quo domi  
 ne. Pars quinta. Per hæc omnia videris te auertisse ab  
 illis membris, sed [vsq; quo domine auertis] ab illis:  
 .i. permittis eos à te videri auersos: erit hoc vsque [in  
 finem] .i. omnimode: nequaquā fiat hoc domine: &  
 vsque quo domine [ira tua] .i. vindicta tua, que [sicut  
 ignis exardescet] .i. perseverabit: vel fiet hoc vsque

in finem: Non fit domine. Iram dei comparat igni: quæ  
 sicut ignis comburit mollia, & solida probat, ita vindic-  
 ta dei comburit molles, fortes probatos reddit. ¶ Ne  
 Auertas domine, sed potius [memorare quæ mea est  
 substantia] id est, quam fragilis humana natura est,  
 quia nisi memoratus fueris, [vane constituisti omnes  
 filios hominum] quia non liberabuntur à potestate  
 diaboli: sed [nunquid] constituisti omnes filios ho-  
 minū, vt habeas inde debitā laudē? A bfit domine. ¶ I-  
 deo dico tibi vt memores, quia alius non est, q. possit  
 adiuuare. Vnde dicit: [Quis est homo qui viuet, & nō  
 videbit mortē,] Nullus vtiq. Et hoc dicit, quis [era-  
 et animam suam de manu inferi] id est, de potestate  
 inferi, Nullus. ¶ Ideo etiam dico, memorare, quia ita  
 consueuisti antiquis patribus misericordias facere, &  
 sic te facturum iurasti, & hoc est, quod sub interroga-  
 tione ponit, [Vbi sunt domine misericordie tuæ anti-  
 quæ.] id est, quas antiquis patribus consueuisti exhi-  
 bere. Misericordie dico complendæ, [sicut iurasti Da-  
 uid] id est, Christo filio tuo, permanens [in veritate  
 tua] quia semper completes quæcumquæ promittis, Iu-  
 rauit deus, sicut supra dictum est, Semē eius in æteruū  
 manebit. ¶ Et quāquidē iurasti, [memor esto obpro-  
 brij seruatorum tuorum] id est, quod sustinent serui tui  
 obprobrium dico [multarum gentium] id est, à mul-  
 tis gentibus seruis tuis illatum, [quod] obprobrium  
 ego [continui in sinu meo] id est, in anima mea, I qua  
 ego obprobria continui, quia ea vtilia mihi fore puta-  
 ui. ¶ Quod] obprobrium [exprobauerunt] id est, ob-  
 iecerunt, [inimici tui domine: quod exprobauerunt]  
 obprobrium dico non aliqua causa Christi, vel suorum  
 sed [commutationem Christi tui] scilicet illud quod  
 Christus & sui faciebant, causa mutandorum homi-  
 nū

de mortalitate ad immortalitatē. Im, pperabāt em̄ illi  
Christū crucifixū, suos fuisse p̄anos, & abiectos, & c  
Bis ponēdo, exprobauerūt, notat assiduitatē ex, pbra  
tiōis. ¶ Ipsi ex, pbrauerūt, sed nō p̄ualuerūt: & hoc est  
[benedictus d̄s in æternū] q̄a ab om̄ibus tribulati  
onib⁹ nos liberauit: [fiat fiat] In hac geminatione  
magūā affirmatiōē insinuat. Hic ostēdit, q̄d p̄dictæ  
aduersitates, p̄missiones dei non destruunt.

IN PSALMVM LXXXIY

Titulus. Oratio Moyfi hominis dei.

**D**omine refugium] Attende quod non Moyfi  
deco quod Moyes hunc psalmū inter oratiōes  
suas cōposuisset, vt alij volūt, quia in nullo de  
libris Moyfi hæc oratio inuenitur, sed cū Dauid hunc  
psalmū, sicut & cæteros fecisset, tamen intelligens Ez  
dras, Dauid prophetam in hoc psalmo deū orasse pro  
liberatione populi fidelis, exponendo humanū defe  
ctum, quo genere orationis Moy ses deū orare cōsue  
uerat, uocauit hunc psalmū orationē Moyfi, scilicet si  
mitem orationibus quas faciebat Moy ses. Ideo psal  
mus iste vocatur oratio, quia quod continet, vel ora  
tio est pro nostra redemptione, vel causæ sunt quare  
pro hominibus sit orandum. Oratio Moyfi dico ho  
minis dei: hoc dicit ad differentiā aliorum qui Moy  
ses vocantur: Vel ideo dicit hominis, quia per defectū  
humanū quē in psalmo describit, qui est cōmunis cū  
omni homine, ostēdit naturam Moyfi, quē ipsum ho  
minē ostendit. Ideo apponit dei, quia ostendit cōtra  
humanum defectū liberatōrē deum, tam Moyfi, quā  
aliorū filiorū dei. Materia est liberatio: & contra hu  
manus defectus. Modus, In prima parte ostendit po  
tentem deum, qui possit hominem liberare a quan  
to cūq; defectu.



In secunda parte quę incipit. Ne auertas hominem, precatur dei liberationem. & contra describit hominis multiplicem defectum. In tertia parte quę incipit. Dexteram tuã sic notam fac precatur aduentum Christi, per quę intelligit omnem futuram esse liberationem humani generis, Intērio est, nobis desperationē tollere, vt licet multiplicē cognoscemus nr̄m defectū, tamen attendentes deum liberatorem nostrorum, iam non desperemus de salute, ¶ Quasi ira diceret propheta, qui loquitur : Iã fratres nō desperemus, quoniã deum habemus, ad quem refugiamus, & hoc dicit. [Domine] deus qui prius iratus fuisti nobis, quando peccatum primi parēris fugim⁹ a te, modo tu [factus es nobis refugium] ad quem in omni periculo refugientes, securitatem inuenimus contra hostes. Erat eis deus refugium, per spem futuri saluatoris quam habebant. dico factus es refugium, & hoc non paucis, [a] prima generatione] iustorum, protēdēdo vsque [in] nouissimam [generationem]. Cum dicit deum factum esse refugium nobis, iunuit eum velle nostram liberationem, cum vero subdit eum eternū esse, ostendit talem qui nos possit liberare. ¶ [Dico factus es nobis refugium, n̄sc propter hoc dico te ex tempore esse, sed potius [priusquam montes], id est angelicę creaturę, [fierent, aut terra] quam videmus, [ & orbis id est, ipsum firmamentum, cum omnibus quę continet [tu es] id est verum esse habes. Vnde dicitur in Moyse: Qui est, misit me ad vos, & vere es, quia [deus]. & licet ostendisset eum fuisse ante omnes creaturas, tamen quia posset habuisse principium, & finē expectare vt hæc remoueat, addit, [a seculo & in seculum] id est, sine principio. Alia translatio habet, ab æterno: & in seculum] id est, sine fine tu es. Alia translatio habet

bet, in æternum. ¶ Ne auertas. Pars secunda: quæ dicit, quia o domine talis es, ideo ne auertas [ à te, vt permittas terrenis adhærere, [ hominem ] positum [ in humilitate ] id est, in deiectione, & miserijs huius vitæ: vel tẽdentem in humilitatem, hæc humilia, & caduca appetẽdo: quia in humilitate est homo, non debes auertere, [ & ] item ideo, quia [ dixisti ] per multos prophetarũ & si alius non dixisset, tamen sufficit nobis, quod propheta iste dixit nobis: [ conuertimini filij hominum ] quia si cõuertimini ad me, & conuertar ad vos. ¶ Quoniam misericordia. Ostendit modũ humilitatis, & deiectionis hominis, ad hoc cõtinuatur: Op<sup>o</sup> est ne auertas, [ quoniã ] inter cætera mala, quæ sustinet homo, habet quod vita sua, quantumcunque prolixa, nihil reputatur: & hoc [ mille anni ] id est, vita hominis quã quantumcunque prolixa comperata vitæ quæ est ante oculos tuos ] id est æternitati, est [ tanq̃ dies hesternæ ] & in aliquo nou comparatur hesternæ diei, nisi secundũ hoc quod præterita: & hoc est quod dicit: [ quæ præterit ] id est, sicut dies præterita nihil reputatur, sic quantumcunque vita hominis prolixa: nec legit aliquis vixisse mille annos, sed etiam si tantum viueret, vita illa pro nihilo reputanda esset. ¶ Dico mille anni sunt tanq̃ dies præterita, [ & ] tanquam [ custodia iu nocte ] id est, actus in labore, & cecitate. Custodia enim semper in solitudine est: per noctem intelligimus cæcitã, in qua filij seculi detinentur: & vt plus dicam, [ anni ] hominum [ eorum erunt ] id est, de numero earum rerum, [ quæ pro nihilo habentur ] veluti ea, quæ tantũ per somnium possidetur. ¶ Mane. Enumerat alios hominis defectus: dico pro nihilo anni habentur, & ita fiat domine: & hoc est: [ mane ] hominis id est infantia [ transeat ] id est, cito pereat, [ sicut herba ] quæ leui-

D. HAYMONIS IN PSAL.

ter perit: [ mane ] id est, iuuentus, quæ dicitur mane,  
quia ad huc crescit homo: [ floreat ] id est, vigeat for-  
titudine corporis, scientia, alijsquæ quibuscunque  
modis: [ & transeat vespere ] id est, senium, hoc est, ho-  
mo in decrepitate ætate, [ decidat ] ab omni vigore cor-  
poris, consumtus labore, & dolore, [ induret ] in cada-  
uer, [ & arefcat ] in puluerem redactus. Potest & ita cõ-  
tinuari: Precor ne auertas hominem, hoc tamen non  
oro quin temporales defectus, & pœnam sustineat pec-  
cati. ¶ Ideo concedo decidant, transeant, & similia, quæ  
video aliter esse non posse, [ quia ] nos [ defecimus ]  
id est, multos defectus patimur, & hoc [ in ira tua ] id  
est, in vindicta, quam tu sumis pro peccato primi pare-  
ris, & præter mala quæ iam sustinemus, etiam [ turba-  
ti sumus ], interiori nostro [ in furore tuo ] id est, in cõ-  
sideratione uenturi iudicij, in quo furorem tuum exer-  
cebis. ¶ Ideo dico nos in ira defecere, quia tu deus [ po-  
suiisti iniquitates ] nostras in conspectu tuo ] id est, pœ-  
nam dedisti pro peccatis nostris. Sicut enim dicitur  
deus peccata non aspicere, quando condonat peccata  
ita dicitur aspicere, quando punit peccata: & etiam [ se-  
culum nostrum ] id est, totam vitam nostram posui-  
sti [ in illuminatione vultus tui ] id est, clarissime vidi-  
sti, ad peccata singula punienda quia nec etiam cogi-  
tatio latebit vultum tuum. ¶ Quoniam. Bene dico, &  
iniquitates in conspectu posuisti, quod apparet in effe-  
ctu, [ quoniam omnes des nostri defecerunt ]. i. vita humana  
breuis facta est. & dũ viuimus in miseria & labore viuimus,  
& hoc est: [ & in iratua defecimus ] ¶ Anni nostri.  
Ecce quomõ defecimus. s. [ anni nostri meditabũtur ]  
id est, nos in annis nostris meditabimur: meditari di-  
cit, quia homo in huiusmodi operibus nunquam ad  
perfectionem venit, [ sicut aranea ] quæ inane, & vile  
facit



facit opus, vt vilem capiat prædam, scilicet muscas, & in hoc totã se euiscerat. Similit er homines inania faciunt, & magnos labores consumunt, ad hoc ut adipiscantur, quæ vilia sunt & caduca, & in hoc sua viscera consumunt, quia corpus & animam similit er perdunt: & quia in annis aliquando bene aliquando male possemus meditari, addit [ dies annorũ nostrorũ ] meditantur sicut aranea, quia nec una die cessamus ab inani meditatione. Vnde Salomõ in Ecclesiastico: Quid superbis puluis, & cinis: In vita tua, p̄icis intima tua. Et bene dico, dies nostri defecerunt, quia [ in ipsi ] diebus nostris, vt multũ dicã, secũdũ ætatẽ hominũ sunt [ septuaginta anni ] id est, si aliquis multũ viuit, septuaginta annis viuit. Vel legant, meditantur passiuẽ, sic, anni nostri, id est, tota vita nostra meditantur, id est reputantur a sapientibus sicut aranea. ¶ Si autem, Dico hominis septuaginta anni [ si aut ] est [ in potentatibus ] s. quod homo viuat in fortitudine corporis, vt plures sint [ octoginta anni, & amplius eorum ] id est, si amplius viuãt, vita eorum est [ labor ] eis in corpore, [ & dolor ] in mente. Vel possumus per septuaginta, & octoginta allegorizã intelligere, vt per septuaginta intelligam⁹ verus testamentũ, qd & de temporalibus loquebatur, & sola tẽporalia, p̄mittebat: sicut ibi legit̄. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, per septem dies etiã voluiter hæc tota vita, in quibus vtimur his tẽporalibus. Per octoginta intelligamus nouũ testamẽtũ, in q̄ postpositis tẽporalibus, sola ecclesia docemur appetere, q̄a requiẽ eternam appetere docemur, que requies succedit finitis septem diebus huius vitæ, quã requiẽ iã accepit nostra natura in Christo in resurrectione, facta in octaua die: cu⁹ regi signũ erat requies, q̄ fatiebãt Iudei in vii. die.

Secundum hanc sententiã litera sic legatur. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, vt supra. sed tamẽ, erunt dies id est, illuminationes annorũ nostrorũ, & in ipsis diebus id est, illuminatiõibus erunt septuaginta anniã vita, acta secundũ vetus testamẽtum. Habet alia trãslatio, septuaginta annis, quod sic legitur, Anni nostri sicut aranea meditabuntur, sed dies annorum nostrorum id est, illuminationes, quas in annis nostris habemus, sunt in lxx. annis. Iphis non est relatiuum, sed demonstratiuum. Anni quidem acti secundum vetus testamentum, non erant in potentatibus, quia nullus sub veteri testamento quantumcunque sanctus, qui tamen dicuntur homines noui testamenti, potuit peruenire ante mortem Christi ad octauum diem id est, ad requiem significatam per requiem celebratam in vij die, & designatam per octauam diem. Si autem in potentatibus sunt dies nostri, tunc sunt, lxxx, anni .i. vita acta secundum nouum testamentum, quæ dicit esse in potentatibus, quia fideles noui testamenti post mortem statim in requiem perducuntur. Et amplius eorum labor, & dolor id est, diuicquid extra vetus, & nouum testamentum agitur, labor & dolor est, quia si quis sine istis viuit, labores, & dolores in eternis miserijs consequetur. ¶ Quoniam. Ideo deus vitam abbreviauit, & labores, & dolores contulit, [ quoniam superuenit mansuetudo ] id est, misericordia dei superuenit iræ, & ipsam iram contemperauit, vt ira dei iam non sit nobis ad damnationem, sed ad purgationem, [ & ] per illam dei mansuetudinem [ corripemur ] à peccatis nostris. ¶ Quis. Quõquidem deus iram suam mansuetam facit, non tamen vt nos non puniat, sed etiam vt nos corrigat, ergo [ quis nouit post statem ] id est, efficaciam [ iræ tuæ ] id est, quis considerat iram

tuam esse datam ad correctionem. [ & ] quis nouit  
 [ dinumerare iram tuam ] scilicet vt ita consideret in  
 vindicta tua esse prosperitates, sicut sunt aduersitates.  
 Iram dico illaram [ pre timore tuo ] id est, vt homo  
 te timeat. ¶ Dexteram. Pars tertia. Domine sicut iram  
 contulisti, [ sic ] domine [ dexteram tuam ] id est filiū  
 tuū, per quem liberationē facias humani generis, [ fac  
 notam ] scilicet vt fide, & dilectione recipiamus eum,  
 [ & ] fac nos [ eruditos corde ] non in carnalibus, sed  
 [ in sapientia ] scilicet vt in ipso Christo tuam dignita  
 rem intelligamus. Vel ita, dedisti iram, & sic id est, per  
 illam iram fac notam dexteram tuam id est, filium tu  
 um, vt attendentes miseras nobis illatas pro peccatis  
 Christum nostrum liberatorem cognoscamus. ¶ Dex  
 teram tuam notam fac, & per ipsam dexteram [ conuer  
 tere ] ad nos [ domine ] conuersos [ usquequo ] id est  
 usq; ad aliam partem conuersionis scilicet vt peccata  
 dimittas. Alia translatio habet, aliquantulū, [ & depre  
 cabilise esto super seruos tuos. ] ¶ Nam peto vt conuer  
 taris, vt sis deprecabilis, quia iam domine [ repleti su  
 mus mane misericordia tua ] spe per resurrectionem  
 Christi, quā credimus futuram in mane per illumina  
 tionē virtutum, & non tantū repleti sumus misericor  
 dia, sed etiam [ exultauimus ] scilicet spe illius miseri  
 cordie, [ & ] etiam [ delectati sumus ] inter multa ma  
 la huius vitæ, & hoc est, [ in omnibus diebus nostris ]  
 de quibus constat, qd nunquā agunt sine miseria. ¶ Et  
 non tantum lætati sumus inter mala, sed etiā ipsa ma  
 la faciunt nos lætari, & hoc est, [ lætati sumus pro di  
 ebus, quibus nos humiliasti ], & non tantū dico pro  
 diebus, sed etiam pro [ annis ] in [ quibus ] multipli  
 ores possunt esse miseriæ, quam in diebus, quibus an  
 nis [ vidimus ] in ipsa experientia [ mala ] id est multa



aduersa nobis illata: considerantes enim hæc mala nobis prodesse ad vitam æternam, spe illius vitæ in nobis magnam lætitiã generant, ¶ Conuertere dico, & [respice] oculo misericordiæ [in seruos tuos, & in opera tua] scilicet tū quia serui tui sunt, tum quia eos fecisti: [ & dirige filios eorum ] in constantiam: filios id est imitatores. ¶ Dico respice, [ & ] sic [ sit splendor domini dei nostri ] id est, illuminatio spiritus sancti [ super nos ] Vel, splendor id est crux Christi scilicet vt intelligamus victoriã Christi factam in cruce, in qua diabolus potestate priuauit, & nobis vitam restituit: [ & ] per illum splendorem [ dirige opera manuum nostrarum ] scilicet quæcūque opera: & sit etiam splendor dei [ super nos ], id est, in anima nostra, quæ est pars superior: [ & ] per illum splendorem [ dirige opus manuum nostrarum ] scilicet charitatem, quæ est speciale opus. Vel ita sub vna distinctione dicamus: dirige opera manuum nostrarum super nos, id est vt ipsa opera ducant nos ad maiorem altitudinem, quam nos sumus digni. Vel, super nos id est, pro supernis, non pro temporalibus, bene operemur.

IN PSALMVM X.C.

Titulus. Laus cantici ipsi David.

**Q**ui habitat ]. Psalmus iste canticum dicitur, quia rem nobis proponit, vnde nobis maxime exultandum est: ostendit etiam nobis, quomodo deus omnes fideles suos à quolibet genere tentationum eripiat, in quo ipse liberator laudabilis apparet omnibus. & ideo conuenienter dicitur laus cantici, quasi laudabile canticum, quod attribuitur David prophætæ qui loquitur. Materia est ereptio dei, qui facit vniuerso iustorum corpori ab omni tentationum genere: & per oppositum, ipsæ tentationes, à quibus iust

si liberatur. Modus In prima parte ostenditur, qualis  
 sit ille, qui a deo liberatur, scilicet, sperans omnino in do-  
 mino. Ostenditur in eadem parte, qualis sit protectio  
 dei & a quibus periculis, & quâ infinitis fiat illa dei, pro-  
 tectio. In secunda parte, quæ incipit: Cadent a latere tuo  
 ostendit quod Christus malos, qui suos hic multis te-  
 rationibus persequuntur, tandem damnabit, & suos re-  
 munerabit. In tertia parte, quæ incipit: Quoniã in me  
 speravit: inducit propheta deũ, & mittetẽ mebris Christi,  
 & in hac vita protectionẽ, & post hæc se daturũ ate: ni-  
 tarẽ. Introitus est, nos instruere contra tentationes sci-  
 licet ut putemus nunquam per nostras vires nos pos-  
 se tentationibus resistere, sed semper ad deum refur-  
 gamus & ab ipso liberari expectemus. ¶ Ac si ita  
 diceret propheta. Vos iusti quicũq; nõ psumetis de vo-  
 bis, sed vniuersã spẽ vestrã projicite in domino, quon-  
 iã [q̄ habitat] .i. perseverat. [in adiutorio] .i. ut aliud  
 nullum puter sibi esse auxiliũ, in quo bene habitandũ  
 est, quoniã ipse altissimus est. & hoc est, [alt. s. mi]: q̄  
 ita habitat, ] [cõmorabitur in protectione dei] id est,  
 assidue protegitur a deo, dei dico [eccl̄i] in quo quod  
 valida, & magna sit protectio eius deneratur. In hoc  
 primo versu notatur tota summa huius primæ partis  
 quãuis breuiter cõtinetur, vbi enim dicit, qui habitat,  
 ponit illum qui liberetur. Cum dicit in protectione  
 dei, ponit protectorẽ, & dat intellectũ nobis corũ, a q̄  
 bus sit illa protectio, scilicet, a tentationibus. ¶ Dicit.  
 Ostendit qualis sit ille, qui habitat in adiutorio, scilicet  
 ille [dicit domino, susceptor meus es tu] quia ex vili-  
 tate peccati ad altitudinem iustitiæ me suscepisti, ad  
 quã per meas vires nullo modo poterã peruenire, in q̄  
 positus, cũ picula imminerẽt, nõ cõfido in meis virib⁹,  
 sed tu es de⁹ [refugiũ meũ] ad quẽ refugio, vt possim

liberari ab omni instantia periculorū, & semper, quia  
 [deus meus est, sperabo in eum] quia nunquā de me  
 in aliquo præsumam, sed semper ad eum in omni ne-  
 cessitate recurram. ¶ Merito sperabo, [ quoniam ipse  
 liberabit me de laqueo ] id est, de malefactis [ venan-  
 zium ] id est dæmonum, & malorum hominū, qui ve-  
 nantur homines, sicut venatores feram, à quorum fa-  
 ctis liberatum se dicit iustus iste, quia nullis factis illū  
 possunt sibi conformare: [ & ] etiam liberavit me [ à  
 verbo aspero ]. Verbum asperū reputat iustus, vel quā  
 contumelijs afficitur, vel quando blandis verbis etiā  
 ad decipiendum tentatur. ¶ Scapulis. Ostēso qualis sit  
 iile qui liberandus est, ostendit qualis sit liberatio.  
 Continuatio. Et conuertit se propheta ad eum qui  
 liberandus est: Tu dicis, sperabo in eum, & ipse de-  
 us [ obumbrabit tibi ] scilicet, sic te proteget, vt æstum  
 non sentias, [ scapulis suis ] id est, potentia, & fortitu-  
 dine sua, quæ per scapulas intelligitur, quia hæc est for-  
 tior pars in alis auium: [ & sub pennis eius ] id est,  
 sub misericordia eius, vel peceptis eius dei, quibus ho-  
 mines ad cælum volāt, [ sperabis ]. ¶ Et si periculum  
 immineat, [ scuto circumdabit te ] ne possint te inimici  
 lædere, [ veritas eius ] id est, ipse, vt per hoc verax ap-  
 pareat, nisi enim protegeret suos, falleret in promissis  
 & ecce ponit à quantis tentationibus liberet deus ho-  
 minem. & quia circumdabit te, ideo [ non timebis à ti-  
 more nocturno ] o Christe, cum omnibus membris  
 tuis, scilicet, à leui, & occulta tentatione. ¶ Et etiam nō  
 timebis [ à sagitta volante in die ] id est, à leui tentati-  
 one, & manifesta, & etiam non timebis [ à negotio  
 perambulante in tenebris ] id est, ab aliqua graui ten-  
 tatione, & occulta, qualis fuit Christo machinatio mor-  
 tis, quam ei latenter parauerunt Iudæi, Per negotium  
 accipimus



accipimus quoscunq; grauissimos actus, ad alicuius  
 seductionem, vt hæretici grauius laborant, vt aliquē  
 iustum decipiant, quod dicit, per ambulante, habemus  
 perseuerantiam in illis actibus, per hoc quod dicit, in  
 tenebris, habemus occultam tentationem, & etiam nō  
 timebis [ ab incurso, & dæmonio meridiano ] id est,  
 ab incurso dæmonij meridiani, id est, non timebimus  
 à grauissima persecutioue manifesta, qualis esset per-  
 secutio, si aliquis nefandus episcopus prædicaret, & præ-  
 ciperet fornicationem vel symoniam, sicut Guibertus  
 demens: per hoc quod dicit, incurso, habemus vche-  
 mentem, & impetuosam tentationem, per hoc quod  
 dicit, à dæmonio illatam, habemus grauissimum, & in-  
 fatigabilem persecutorem, quod dicit, meridiano, ha-  
 bemus manifestum. Hieronymus in Originē dæmo-  
 nium meridianum appellat hæreseos proteruitatem.  
 Hic notauit quatuor genera tentationum, duas leues  
 vnam occultam, per timorem nocturnum, aliam ma-  
 nifestam, per sagittam volantem in die. Iterum duas  
 graues. vnam occultam, per negotium ambulans in te-  
 nebris. aliam manifestā. per incursum dæmonij meri-  
 diaui, ¶ Cadent a latere Pars secunda. Dico tu Christe  
 cum tuis non timebis ab aliquo timore nocturno, vel  
 ab aliquo genere tentationum, sed potius damnabis  
 malos illos, qui inferunt tentationes tibi, & tuis. Vnde  
 dicit, O Christe [ mille ] id est, infiniti, qui præsumunt  
 se futuros in latere tuo, & tecum iudicatos, [ cadent  
 a latere tuo ] id est, non reputabuntur cum illis, qui  
 consiliarij, & iudices tecum erunt: [ & decem milia ] .i.  
 infiniti, qui præsumunt se ponendos in dextris. i. inter  
 saluandos, cadent [ a dextris tuis ] quia a sinistris po-  
 nentur. Mille dicit a latere cadere. & plures a dexteris,  
 quia plures sunt illi, qui præsumunt se saluandos, quā  
 ad

Qui presumunt se cum Christo iudicatos: illi cadent,  
 [ad te autem nullus ] talium aliquo modo [appro-  
 pinquabit ] sed potius precipitabuntur in infernum,  
 cum dices eis: Discedite a me maledicti in ignem ater-  
 num. ¶ Dico, non appropinquabit, [veruntamen] po-  
 tius oppositum fiet: quia tu Christe [considerabis] o-  
 mnia scilicet peccata hominum, [oculis tuis] quo: nec  
 profundissima cogitatio latere potest: [ & ] tunc [vi-  
 debis] id est, videri facies & notam omnibus [retri-  
 butionem] id est iustam damnationem: [ peccatorum ]  
 [ Quoniam. Bene dico, peccatores damnabit, quoni-  
 am me & alios iustos. & hoc dicit ] [ quoniam tu es do-  
 mine ] Christe [ spes mea ] in quo bene debeo sperare,  
 quia tu [ posuisti altissimum ] id est, deum, [ Exilium  
 tuum ] scilicet nullam securitatem posuisti tibi in homi-  
 ne, vel in aliqua mundana re, sed in solo deo, in quo so-  
 lo securitas potest inueniri, quia ipse altissimus est. ¶ Et  
 in deo posuisti tibi refugium, ideo [ non accedet  
 ad te malum ] aliquod, scilicet, peccatum: immunitis  
 enim Christus exiit ab omni peccato, [ & flagellum ]  
 id est correctio, vel punitio pro peccato, [ non appro-  
 pinquabit tabernaculo tuo ] in quo ad tempus milita-  
 sti deo. Cum dicit Christum saluatum, quia deum fe-  
 cit sibi refugium timuit saluationem aliorum iustorum,  
 quia ipsi spem suam in deo constituunt. ¶ Ideo non ac-  
 cedit ad te malum, [ quoniam angelis suis mandauit  
 de te id est, mandatum, fecit de te Christe, [ ut ipsi ] [ cu-  
 stodiant te in omnibus vijs tuis ] id est, in omnibus o-  
 peribus, tuis: iuxta quod dicitur: Et accesserunt angeli  
 & ministrabant ei. ¶ Tu manibus, Dico angelis suis ma-  
 ndauit, & ipsi angeli [ portabunt te ] id est, adiuuabunt  
 te, [ in manibus ] id est, in operibus suis, ministrando,  
 & subserviendo tibi: ideo portabunt [ ne forte ] tu [ offe-  
 das

das pedem tuum ] id est, affectionem tuam, [ad lapidem] id est, ad legem: quæ per lapidem significatur, quæ scripta fuit in tabulis lapideis: offendisset Christus in lege si eam carnaliter implendam intellexisset. Vel, angeli portabunt te in manibus, quemadmodum in ascensione. ¶ Angeli subseruiunt tibi, & tu [ambula- bis super aspidem, & basilicum & conculcabis leonē, & draconem]. Per hæc quatuor diabolus intelligitur, sed diuersis de causis. Per aspidem nãq; significatur diabolus, quia sicut alpis occulte mittit venenum, ita diabolus occultas mittit tentationes, quibus interficiat animas fidelium, super quem Christus ambulauit, quia nulla occulta tentatione diaboli potuit impediri. Per basilicum, qui manifeste mittit venenum, intelligitur diabolus, qui manifeste tentat fideles super quem ambulauit Christus, quando ab ipso diabolo manifeste tentatus in morte, nullo modo ab ipsis tentationibus est superatus. Per leonē diabolus intelligit, secundum quod violenter agit, veluti quod ausus fuit in Christum manum mittere, & eum morti dare. Per draconem intelligitur diabolus, secundum hoc quod deuorat, & incorporat sibi quoscunque potest: super quem ambulauit Christus dum morte sua eius destruxit potentiam.

Quoniam Pars tertia. Dico, quia angelis suis mandauit de te, ita dicens eis [quoniam in me sperauit] totus Christus: maxime tamen hic de membris eius agitur [liberabo eum] id est, membra ipsius Christi, ne percutatur telis inimici, [protegã eum, quoniã cognouit nomen meum] scilicet, non suam quæ fuit gloria sed meam. ¶ Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione ] id est, tunc [eripiã eum] quod amplius nulla tribulatio circumdabit eum: quæ ereptio est in fine cuius fidelium [ & glorificabo eum ] in membris suis.



¶ Ita scilicet glorificabo eum, quia [replebo eum longitudine dierum] id est, æternitate, [ostendam] Christo [illi] In membris suis [salutem meum] id est, salutem Christum, qui erit vera vita, & refectio omnium.

## IN PSALMVM XCI.

Titulus- Psalmus cantici in die sabbati.

**B**onum est confiteri domino ], Tractus iste psalmus dicitur, quia monet nos bene operari, scilicet, confiteri, & psallere domino: psalmus dicitur cantici id est magne exultationis, habitæ in die sabbati id est, in consideratione æternæ quietis, quæ significatur per sabbatum: quia in sabbato quieuit deus ab omni opere quod patrauit: & illa domini requies fuit signum illius quietis, quam habituri sunt fideles post labores huius vitæ. Precepit quoque dominus in lege, sabbato homines quiescere, in signum eiusdem quietis æternæ quam requiem, quia nostra natura in Christi resurrectione plene obtinuit, quasi iam rem significatam optinentes, non feriamur in sabbato. Ostenditur quippe in hoc psalmo, quoniam iusti, licet in hac vita laborent, tamen obtinebunt requiem sempiternam, de quo maxime est exultandum unicuique fidelium. Materia est iustus laborans in hac vita, tandem assecutus requiem æternæ beatitudinis: & per oppositum iniustus quiescens in hac vita, tandem laborabit in alia. Modus In prima parte monet bene operari, & in hac vita laborare, ut tandem exultemus in æterna beatitudine. & ideo dicitur psalmus cantici, id est, pendens ex cantico, In secunda parte, quæ incipit: Vir insipiens: ostenditur, quod iniusti, qui in hac vita, ubi laborandum est, florent, & requiescunt: in alia vita damnati laborabunt. In tertia parte, quæ incipit: Iustus ut palma florebit

ostenditur

ostendit requiem quam habebunt sancti post hanc vitam. Intētio est, consolari contra labores huius vitæ, tam. Intētio est, consolari contra labores huius vitæ, per quos ad æternitatem ducimur. ¶ Vox prophetæ quasi ira diceret: Vos iusti nolite desperare in laboribus huius vitæ, sed potius confitemini, & psallite, quia [ bonum est confiteri domino ] utroque modo confessiōis. s. & se de pētīs accusando, & deū laudādo, & post cōfessionē bonū ē [ psallere ] id est, bñ operari, nō ad gloriā hominis, sed [ nomini tuo ] id est, ad ampliā dum nomen tuum o [ altissime ] & ideo nomen tuum merito est ampliandum. ¶ Dico bonum est confiteri, & psallere, [ ad annuiciandum ] id est ut possint homines annunciari alijs [ misericordiam tuam mane ] id est, in prosperitate beneficiorum vestrorum hoc est virtutū, ut si habeant aliquas, virtutes, annnciēt hoc non ex se, sed ex misericordia dei esse, [ & ] ad annuiciandum [ veritatem tuam ] id est iustitiam tuam [ per noctem ] id est in aduersitate id est si habeant aduersitatem, cognoscant hoc esse ex iustitia dei, qui iuste pro commissis suis puniat eos. ¶ Ostendit quomodo debeamus psallere, scilicet, [ in psalterio ] id est spiritali operatione, veluti in contemplatiua vita, [ decachordo ] id est complente decem precepta legis & bonum est psallere domino [ in cithara ] id est, in mortificatione carnis & hoc non cum tristitia, sed [ cum exultatione. ¶ ] ideo dico bonum est confiteri, & psallere, [ quia ] o [ domine delectasti me in factura tua ] id est [ in ] bonis [ operibus quæ tu creasti & fecisti in me: & deinceps [ exultabo ] in omnibus bonis, quæ sunt [ manuum tuarum ] id est tuæ operationis, quia nullus bene agit, nisi te non ipso operante. ¶ Et quia nō tantum in me bona facis, sed etiam in ipsi bonis operibus me delectari facis, ideo merito possum

sum dicere, quia [magnificata sunt oera tua domi-  
 ne] & [quam] sunt magnificata [ultra quā possit ex-  
 primi, & [cogitationes tuæ] id est dispositiones tuæ,  
 quæ fiunt ex cogitatione, & consilio, veluti quod bo-  
 ni tribuantur, & mali florent, [sunt factæ nimis pro-  
 fundæ id est, inscrutabiles. Vnde alibi dicitur. Iudicia  
 dei aby. sus multa ¶ Vir insipiens. Pars secunda, Cogi-  
 tationes dei ita sunt profundæ, sed tamē [vir insipiēs]  
 id est, qui sapiens est in seculo, & caret vera sapientia.  
 [non cognoscer hæc] quæ dicturus sum, [ & stultus]  
 id est, ille, qui nec in deo, nec in seculo sapiens est, [nō  
 intelliget hæc] ¶ Scilicet, [cum exorti fuerint pecca-  
 catores] qui dicuntur exoriri, cum in magnas diuiti-  
 as, vel magnas veniunt potentias, [sicut fœnum] id  
 est, comparabiles fœno, quod licet ad tempus floreat  
 & pulchrum sit, tamen cito arefcit: [ & apparuerint] id  
 est, insignes in suis potentijs, cognoscentur à multis  
 [omnes qui operantur iniquitatem] ¶ Hæc non intel-  
 ligent, quod cum ita fuerint exorti, [vt] id est, quali-  
 ter [interiant in seculum seculi] id est, in æternum: ipsi  
 peribunt, [tu autem domine] qui in mundo visus es  
 humilis, permanebis [altissimus in æternum]. ¶ Et ve-  
 re interibunt, [quonia] ó [domine ecce inimici tui]  
 id est, gentiles, [peribunt] vel ideo geminatur, vt rem-  
 quæ quasi incredibilis videatur, credibilem reddat,  
 peribunt dico, [ & ] hoc modo scilicet, [dispergentur  
 omnes qui operantur iniquitatē] ad hoc quod dicit,  
 peribunt, dispergentur, dicit cum à bonis separantur.  
 [illi peribunt, & cornu meum] id est altitudo mea,  
 quæ est [sicut unicornis] quia ad vnū tēdit, s. ad ipsū  
 deū Vnde dicitur: Vnā perij à dño, [exaltabit] recipiē-  
 do immortalitatē & impassibilitatē [ & senectus mea]  
 id est



TERIVM COMMENT.

Id est mea nouissima scilicet ea quæ sequuntur post hanc vitam, erit [in misericordia vberi] id est in abundantia remuneratione: sicut e contrario senectus impiorum erit in malitia vberi. Dico senectus mea erit in misericordia vberi [ & ] iam [oculus meus] interior [despexit inimicos meus] & cognoscens vitam illorum esse inutilem, & potentiam breuem, [ & ab insurgentibus id me malignantibus] id est contra me, [audier auris mea] hoc quod sequitur. ¶ Plantati. Pars terra. Scilicet [iustus florebit] in alia vita [vt palma, Bene palma iustum comparat, quia sicut truncus palme turpis est inferius, in superiori vero sunt elatae, pulchrae, florentes, sic iustus exterius propter tribulationes, in hac vita, quæ inferior est, turpis & pamosus, & contritus per multas tribulationes, in alia vero vita florescet, [ & multiplicabitur] ineffabili gloria æternæ beatitudinis, [sicut cedrus Libani] quæ altior crescit aliis cedris, & est imputribilis: sic iustus erit qui habitabitur altitudine, & immortalitate. Et bene debet ibi multiplicari, quia hic sunt [plantati in domo domini] id est, firmiter radicati in præsentis ecclesie, & præter hoc [florebunt in atrijs domus dei nostri] id est, in superna Hierusalem, quæ propter amplitudinem per atria designatur. Vel in atrio domus dei nostri, id est, in initio cælestis habitationis, scilicet, in ipso iudicio florebut.

¶ Et [adhuc] id est, præter illas iustitias, quas modo habent iusti [multiplicabuntur] ipsi [in senecta vberi] id est, in nouissimis, ubi erit uber, & copiosa misericordia dei, [ & ] interim [erunt bene patientes] non male, sicut faciunt hypocritæ, [vt annucent] id est, digni sint annunciare aliis: istud scilicet, quia

quia dominus deus noster est rectus ] retribuēdo me-  
rita cuiusque, & quia post retribuere merita, & nō quā-  
rum exigereut merita ipsa addit, [ & non est iniquitas  
in eo ] quia etiam plus reddit vnicuique, quā prome-  
ruisset. Vel rectus est dum permittit suos tribulari, vt  
eos in alia vita remuneret, & non est iniquitas in eo, in  
hoc quod permittit malos in hac vita florere, quos in  
alia æterna damnatione damnabit.

## IN PSALMVM XCII.

Titulus. Laus cantici Dauid, in die ante sabbatum,  
quando fundata est terra, vel inhabitata.

**D**ominus regnavit, decorem ] Ad literā: Terra  
fundata fuit in sexta feria, non quod ipsa tunc  
formaretur, sed quia in sexta feria factus est homo, q̄  
facto, terra fundata est. i. stabilis & possessa. quæ ianis  
esset, & superuacue fūdata, nisi haberet hominem po-  
sessorem. Vel in sexta feria inhabitata est ab homine  
quando factus fuit homo: non quod de hac literalī fū-  
datione agamus, sed de designata per istam, scilicet, de  
recreatione hominis, facta per sanguinem Christi in  
sexta ætate, scilicet, in tempore graciæ quæ sexta ætas  
per sextam feriam designatur: sicut post sextam feriā  
sabbatum sequitur, ita post sextam ætatem vera reg-  
es sequitur. Titulus sic exponitur: Tractatus iæ laus  
cantici dicitur, .i. laudabile canticum. Canticum dicitur,  
quia rem proponit exultabilem, scilicet, foundationē  
ecclesiæ & alias Christi potentias multas, in quibus ip-  
se Christus laudabilis patet. Vnde dicitur laus cantici  
attributa Dauid propheta, qui hic loquitur cantici di-  
ci primi, sextæ ætatis: quæ dies ideo dicitur, quia in ea  
veram illuminationem recipimus, quæ ætas est ante  
sabbatum, i. ante requiem æternam, quando, .i., quæ  
die,

die, scilicet, in tempore gratiæ fundata est, terra, id est reparatus est homo, per quem fundata, & stabilis facta est terra, quid inanis esset, nisi homo repararet: quia cum omnia ad dei laudem facta sint, à nulla creatura terrena, nisi homo viueret, laudaret. Materia est Christus, fundator ecclesiæ, de qua agit per multas cõmendationes, vtens demonstratiuo genere. Præuidens propheta Christum esse venturum in humilitate, & propter hoc contemnendum esse à iudæis, multipliciter cõmendat eum, vt cum venerit, nõ ei derogemus, sed honorem debitũ persoluamus: & hæc est intentio, vt non propter humilitatem Christum contemnamus, sed eũ deum redemptorem credamus. ¶ Ac si ita diceret propheta: Vos quicumque videntes Christum in humilitate, nolite despiciere: quia ipse qui humilis veniet, ipse idem [dominus regnauit] id est, per mortem suam mortis imperium, & fortem armatum, id est diabolũ, superauit, & postquam eum regem dereminauit, de quo ageret, commendat eum, dicens, Ille qui sic regnauit, [indurus est decorem] id est habuit sibi vnitam deitatem, & hæc commendatio est prima pars psalmi, & ipse idem dominus [indurus est, fortitudinem] id est, potentiam, quia ipse semper & potenter sustinuit. & hæc est, alia pars, [ & ] per hoc quod talis fuit, [ præcinxit se ] id est, præparauit se ad constitutionem ecclesiæ. Dicitur est, ad similitudinem operarij, qui præcinctus, expeditior est ad operandum. ¶ Et ostendit in effectu, quod præcinxit se. Vere præcinxit, [ etenim firmavit ] in fide [ orbem terræ ] id est, ecclesiam, collectam de toto circuitu terræ, [ qui ] orbis est ita firmus, quod [ non commouepitur ] aliqua tentatione, & hæc commendatio est, aliqua pars psalmi. ¶ Et [ extunc ] id est, ex quo firmasti orbem terræ, est ipsa ecclesia [ parata



sedes tua ] in q̄ tu sedes, & quiescis, sedis dico per ip̄  
 fundationem tibi parata, & ne per hoc temporalis esse  
 intelligeretur, ostendit æternum, cum dicit, [ tu es à  
 seculo ] id est, ab æterno, non in seculo factus, sed fa-  
 ctor seculi. Vel ira sedes tua est parata, & extunc à secu-  
 lo etiam tu es. ¶ Et hæc est commendatio. Alia pars.  
 Sed licet sic fundata esset ecclesia, ramen [ flumina ] id  
 est, potentes huius seculi, [ eleuauerunt ] ó [ domine  
 eleuauerunt flumina vocem suam ] id est, comminati-  
 onem suam contra illam sanctam ecclesiam tuam, &  
 contradictionem suam. Quod bis dicit, eleuauerunt,  
 notat perseverantiam ipsorum potentum contra ec-  
 clesiam. ¶ Eleuauerunt ] etiam ipsa [ flumina fluctus  
 suos ] id est, persecutiones suas, & turbationes suas cō-  
 tra ecclesiam, flumina dico concitata [ à vocibus ] id ē,  
 ab admonitionibus. [ aquarum multarum ] id est, po-  
 pulorū multorū. Cōcitant em̄ sæpe minores fortiores,  
 ad persecutionem ecclesiæ. ¶ Et non tantum flumina  
 eleuauerunt fluctus contra ecclesiam, sed etiam sunt  
 factæ [ elationes maris ] id est, vniuersi populi, [ mira-  
 biles ] id est, infinitæ, intolerabiles, & [ in ] omnibus  
 istis eleuationibus [ altis ] est [ mirabilis dominus ] se-  
 dando huiusmodi eleuationes, vel quia non permit-  
 tit fidelem suum aliqua huiusmodi tentatione deuin-  
 ci. Et in his tribus versibus, qui continent victoriam  
 Christi, est quinta pars psalmi. Testimonia tua ] id  
 est prophetiæ, & scripturæ aliæ [ sunt facta nimis  
 credibilia ] id ē, multum, dum quicquid in eis promi-  
 sum fuit, te veniente impletum est, & hæc commenda-  
 tio est, sexta pars psalmi. [ Et etiam ó [ domine domū  
 tuam ] id est, ecclesiam presentem, in qua tu habitas,  
 [ decet sanctitudo ] id est, ipsius domus est ei dicens  
 orna-

ornamentum, sicut dicitur: Regiam domum decen-  
pallea & hoc [longitudine dierum] id est, in æternū  
& hæc commendatio est septima pars psalmi.

## IN PSALMVM XCIII.

Titulus, Psalmus David quarta sabbathi.

**D**eus vltionum dominus]. Psalmus iste conue-  
nit David prophete, qui hic loquitur, habitus  
de rebus significatis per res factas in quarta sabbati.  
In quarta enim se cit deus luminaria, per quæ signifi-  
catur sancti viri lucentes in ecclesia, de quibus in hoc  
psalmo agitur, & sunt quædam tenebræ in hoc mun-  
do, veluti, quod homines non putant deum non cura-  
re hæc terrena. cum videant à superbis viduas, pu-  
pilos, & alios homines dei, quorum ipse dominus in le-  
ge præceperat misereri, multis modis vexari, quæ tam-  
tenebræ non obtenebrant, neq; obscurant luminaria  
sanctæ ecclesiæ quia boni nunquam inducuntur in  
hunc errorem, quod deum putent non disponere ter-  
rena, sed mala hec patienter sustinent, secuti de remun-  
eratione, & semper, lucēt inter malos, præbentes exem-  
pla bonæ operationis, iuxta quod dicitur In medio na-  
tionis præuæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut lumi-  
naria in mundo. Materia sunt sancti, lucentes splendo-  
re virtutum inter mala huius vitæ: & per oppositam,  
superbiilli, qui persequētes pauperes dei & tamen mul-  
tiplici prosperitate florētes, causa sunt, quare aliqui du-  
cantur in errorem, & putent deum non curare hæc ter-  
rena. In prima parte increpat superbos illos, & comi-  
natur eis æternum interitum. In secunda parte, quæ in-  
cipit: Intelligite insipientes in populo, admonet  
errone

erroneos, qui putant deum hæc mundana non curare, ut intelligant, & iusta dispositione hæc omnia ordinare cognoscant, minatur etiam eis, quod quandoque arguantur, bonos vero ostendit à deo nunquam dere linqui. In tertia parte, quæ incipit, Quis confurget mihi, demonstrat, quod hic deus suos adiuuat, & tandem digne remunerabit, & malis reddet, secundum iniquitates ipsorum. Intentio est, nos remouere ab illo errore, ne putemus deum nõ, curare. ¶ Ac si ita diceret propheta, Nolite putare deum hæc mundana despiciere & non disponere, quoniam [deus vltionũ dominus,] est, & ideo si cum non ordinare dicatis, puniet vos, quia ipse dominatur vltioni, per quod Christus intelligitur, cui omne iudicium datum est, & ipse idem [deus vltionum liber egit], veluti cum vendentes de tẽplo eiecit, & cum in omni tempore suæ militiæ immunem se à peccato custodiuit. ¶ Et tu Christe qui es deus vltionum, qui humilem te ostendisti, [exaltare] per resurrectionem, [qui iudicas terram] id est, vniuersos de tota terra, & [redde retributionẽ superbis]. ¶ Et quando quidem superbe agunt, [vsquequo domine peccatores, vsquequo peccatores gloriabuntur:] id est permittis eos de malitia sua gloriari. Contra ipsam naturam videtur esse, quod & mala faciunt, & inde goriãt. Naturale enim est, de malis compungi, quod ingeminat, vsquequo peccatores, notat assiduitatem malicię ipsorum. ¶ Bene dico eos peccatores, quia ipsi peccatores, [effabuntur] in manifesto, [ & loquentur] inter familiares [iniquitatem] sed [loquentur omnes qui operantur iniustitiam]. ¶ Supponit quam iniustitiã, dicens, [populum tuum domine humiliauerunt] & tamelns, [ & hereditatem tuam vexauerunt]. ¶ Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt] quorũ



quorum omnium in lege dominus præceperat miserari. Vel viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillum, possumus accipere allegorice. ¶ Et ] cum hæc facerēt, [dixerunt, non videbit dominus ] id est, dominus eorum non attendet, & si etiam viderit, [non intelliget ] id est, non curabit [deus Iacob ] de istis pannotis id est, fidelibus, nō quod ipsi impij vocent eum deū, sed hoc dicit propheta ex se. ¶ Intelligite. Pars secunda Continuatio. Ipsi dicunt, dñs non videbit, & hoc est, o vos [insipientes in populo ] id est, vos qui docetis populum sapientiam mundi, & tamen caretis vera sapientia, qui videntes superbos florere, & populum dei affligere, putatis deum [hæc ] mundana non disponere, [intelligite ] [ & ] vos [stulti ] qui neque in mundo sapientes estis, neq; deum iudicē futurū attenditis [ aliquādo ]. i. visis miraculis saltem [sapite ] deū hæc oīa disponere. ¶ Bene deberis sapere deū hæc omnia disponere, nam dicite modo, [qui plantauit autem ] id est, qui dedit homini facultatem audiendi, [non ] id est, nonne [audiet. ] Audiet vtique. i. intelliget, [aut qui finxit oculum ]. i. qui ministravit visum, [non cōsiderat ] interiorē, sed exteriorē oculū. faciet vtique. ¶ Et ille [qui corripit Gentes ] flagellis suis, [nonne arguet ] impios de peccatis suis. faciet vtique, & [qui docet hominem scientiam ]. i. fidelibus suis dat veram cognitionē, nonne malos arguet. Vel, qui corripit Gentes. i. populū suū, si non parcit filijs ad correctionē, nonne grauissime arguet malos. Et ille qui docet hominē ciētiam, nunquid, ignorabit peccata nostra. Vos putatis eum ignorare peccata, sed certe [dominus scit ] etiam minutissimas [cogitationes hominū ] & hoc scit, [quānam vanæ sunt ]. ¶ Cogitationes vestra vanæ sunt, sed certe o [dñe beatus ] est, ille [homo, quē tu erudieris ]

virga tua, sicut pius magister discipulum, [ & eum ]  
 quem tu [ docueris de lege tua ], beatum dico, dādo ei  
 intellectum diuinę scripturę. ¶ Ad hoc dico docueris,  
 [ vt mitiges ei ] id est, vt mitigationem, & patientiam  
 ei fatias, quia aliter non valebit scientia scripturarum,  
 nisi in eis addiscat esse pariens, ei dico presso [ à diebus  
 malls ] id est, à tribulationibus, quę in istis diebus infe-  
 runtur, mitiges dico, [ donec fodiat peccatori fouea ]  
 ad literam .i. quousq; mortuus sepeliat. Quamdiu em̄  
 vivit, non cessat mala inferre, Vel, fodiat peccatori  
 fouea. i. donec consummatur nequitia eius; in quam  
 sepe incidit fouea, quia per suam nequitia, per quā ma-  
 la inferit alijs se ipsum illaqueat. ¶ Vere beatus quę tu  
 erudieris, [ quia dñs à se non repellet plebem suā ] sed  
 potius in angelorū societatem recipiet, [ etiam in hac  
 vita hereditatē suam non derelinquet ] qñ semp ei pro  
 sua necessitate in tribulationibus assistat. ¶ Non dere-  
 linquet dico, [ quoad usque iustitia ] suorum, quę in  
 hac vita fuit cōculcata, [ cōuertatur in iudiciū ] id est,  
 quousq; ipsi iudicēt alios, & ne paucas intelligeremus  
 eos, quorū iustitia cōuertetur in iudiciū, dicit, [ & qui x  
 ra illam ] id est, qui sunt participes iustitię. Alia vñans  
 latio habet, qui tenet illā [ omnes ] scilicet, [ qui sunt  
 recti corde. ] ¶ Quis cōsurgat. Pars tertia. Continua-  
 tio: Dico q; dominus plebē suam non derelinquet, q; s  
 ergo erit meus defensor, & meus adiutor. Nullus equi-  
 dem, nisi deus, & hoc est, [ quis cōsurgat mihi aduer-  
 sus malignantes ] id est, ad meum opus, vt me defen-  
 dat a malis? ] aut q; stabit mecum ] adiuuando perse-  
 uerantem in certamine [ aduersus operantes iniquita-  
 tem? ]. i. qui mihi conferunt mala, vt me faciant patie-  
 ter sustinere psecutiones eorū ¶ Dico q; stabit mecum,  
 & nō de viribus meis nō psumo, sed in dño confido  
 nam

nam [nisi quia dominus adiuuit me, paulominus [id est, parum abfuit, quin [habitasset anima mea in inferno] .i. in profunditate vitio scilicet putassē, q̄ deus non curaret animā meā. ¶ Dico, nisi dominus adiuuisset, anima mea in inferno habitasset, sed cur te dūs adiuuit: q̄a [si dicebā] per cōfessionē accusando me de peccatis, [mot⁹ est pes meus] .i. affectio mea à via vera ad aliquod illicitū, ibi etiā [domine misericordia tua adiuuabat me] retrahēdo à peccato, & me in bono opere cōfirmādo. In hoc itaq; magna cōsolatio nobis est, q̄a non tantū deus fideles suos dū persistūt in virtute, corroboret, sed etiā in lapsu visitat, & cōfortat. ¶ Dico misericordia adiuuit me, q̄a [secundū multitudinē dolorum meorū] id est, peccatorum, de quibus doleo, [cōsolationes tuas] existentes [in corde meo, letificauerūs animam meā]. ¶ Me letificabis sed malos nō, & hoc est, [nunquid adheret tibi sedes iniquitatis] id est mali, quos hic conuenienti nomine nominat, tibi dico, [qui figis laborem in præcepto] id est qui præcipis labore in bonis operibus, illos, qui debent tibi adherere. ¶ Qui figis laborem in præcepto, vt tuum præceptum impleatur. ¶ Ideo non adheret tibi sedes iniquitatis id est ipsi mali, quia ipsi [captabunt in animam iusti] id est, frequenter volent seducere, & sibi conformare animam iusti, [id est si non possunt decipere, [condegnabunt sanguinem] licet [innocentem]. ¶ Ipsi captant animam iusti, effundunt sanguinem, [ & ] hæc omnia [factus est. mihi dominus in refugium] ne cedam tribulationibus, [ & ] ipse [deus meus] est factus [in adiutorium spei meæ] id est, iuuat me ad bene operandum, vt tandem requiem, quam optineo spe misericordix, obtineam rerum veritate.



## 84. D. HAYMONIS IN PSAL.

Mihi factus est, refugium, [ & illis ] qui effundunt sanguinem iustorum, [ reddet dominus iniquitatem ipsorum: ] id est prout gesserūt, retribuet eis. Dicit aliquis, non reddet eis mala, quia iniquitas eorum profuit sanctis: respondet, non reddet secundam hoc quod profuit iniquitas eorum, sed secundum malam intentionē ipsorum, & hoc est quod dicit: [ & in malitia eorum ] id est malam intentionem ipsorum, [ disperdet eos, disperdet illos dominus deus noster. ] Bis dicendo disperdet, certos nas de eorum perditione constituit.

## IN PSALMVM XCIII.

Titulus. Laus cāntici ipse Dauid.

**V**enite exultemus domino ], Psalmus iste canticum dicitur, quia proponit nobis magnā exultationem, scilicet, tēpus gratiæ, in quo in terram promissionis, videlicet in requiem aternā, intrat. dicitur laus, quia laudabilis ille ostenditur, per quē aditus intrandi in requiem nobis preparatur: quæ laus cāntici id est laudabile canticum, conueit Dauid propheta, q̄ hic loquit. Materia est ipse Christi aduentus, quo nobis aterna requies acquiritur. Modus: In prima parte admonet propheta secundum se Iudæos specialiter, quasi vnus de illis eis compatiens, vt Christū saluatorem suum venerentur, & adorent: ponendo multas causas, quare eum recipere debeant. In secūda parte, quæ incipit: Nolite obdurare corda vestra: inducit propheta ipsum deum commonentē, ne induraret corda sua, sicut patres eorum, sed potius cognoscant Christum visitatorem suum. Intentio sua est, remouere Iudæos à duritia sua, & ne sibi reddant deum iratū, sicut fecerunt patres eorum. ¶ Ac si ita commoneret eos propheta: Vos nolite esse increduli, sicut fuerūt patres vestri, sed [ venite ] per Christum ad fidem. & exultemus.

exulemus ] .i. cū exultatione seruiamus huic [ dño ]  
 & etiam [ iubilemus deo ] id est, quia ipse est deus [ sa-  
 lutari nostro ] id est, ipsi Christo, qui nos saluat, & re-  
 dimiit de manu diaboli: & ideo bene debemus iubila-  
 re ei. ¶ Iubilemus dico, & etiam [ præoccupemus faci-  
 em eius ] aliquando venturi iudicis, [ in confessione ]  
 scilicet, prius confiteamur ei peccata nostra, quam ipse  
 ad iudicium veniat: [ & in psalmis iubilemus ei ] id est  
 iucunditatem quam mente concipimus, bonis opera-  
 tionibus indicemus. ¶ ideo debemus ei iubilare, & ex-  
 ultare [ quia ] ipse est [ deus ] noster id est creator om-  
 nium: ipse est etiam [ magnus ] .i. omnipotens [ dñs ]  
 quia omnibus dominatur: [ & rex magnus super om-  
 nes deos ] Gentium, vel angelorum. ¶ Et alia causa est  
 quare debemus iubilare ei, [ quia in manu ] .i. in pote-  
 state [ eius sunt omnes fines terræ ] id est, homines to-  
 tius orbis: [ & ] ipsius sunt [ altitudines ] id est exaltati-  
 ones, potentie, dignitates, [ montiū ] id est potentiū  
 huius vitæ. Nullus enim potest eleuari in hoc seculo,  
 nisi eo permittente. ¶ Alia est causa, [ quoniam ipse  
 est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius sanda-  
 verunt ] ad litteram: vel allegorice per mare possum⁹  
 accipere amaricanes huius vitæ qui dei sunt & qui dei  
 permissione sæuiunt & ipse fecit illud id est, ordinavit  
 ipsorum malitiam. Vnde dicitur: Fatiens pacem, & cre-  
 ans malum: & siccam id est illos, qui sunt sicci à flucti-  
 bus huius mundi, & sitientes imbrē iustitiæ. Vnde ali-  
 bi: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. ¶ Et quia tam  
 potens est, ergo vos iudai, qui à deo recessistis in regi-  
 onem longinquam dissimilitudinis, [ venite ] passib⁹  
 fidei, [ adoretus ] id est, singulari veneratione Chri-  
 stum colamus id est, eum summum bonum repute-  
 mus, [ & procidamus ] id est, humiliemur in concupi-  
 scentijs

Gene. 1.

Esa. 45.

Psal. 148.

scientijs nostris, nos ipsos puluerem & cinerem repute-  
 mus, [ & ploremus ] pro peccatis nostris, non ad con-  
 spectum hominum, sicut hypocrite, sed [ ante dñm ]  
 & hoc debemus, quoniam ipse est ille, [ qui fecit nos ]  
 ideo etiam, [ quia ipse est deus noster ] factus per car-  
 nem assumptam, quasi ideo hoc debemus, quia & cre-  
 ator, & recreator noster est. ¶ Et ideo debemus, quia  
 [ nos ] sumus [ populus pascuæ eius ] quia nos refecit  
 spiritualibus donis, & etiam corpore suo & sanguine  
 [ & ] etiam sumus [ oues ] id est simplices, & innocen-  
 tes, quod est [ manus eius ] id est operatio ipsius, quia  
 solius dei opere innocentes possumus esse. ¶ Dico ga-  
 estis populus, & oues, hac cōditione, [ si audieritis vo-  
 cem eius ] qui prius locutus patrib⁹ in prophetis, [ ho-  
 die ] id est, in hoc tempore gratiæ, quando nobis loqui-  
 tur per proprium filium. Vnde Apostolus: Quādiu  
 hodie nominatur inter vos? Dico & vocem eius audie-  
 ritis, tunc scilicet, [ nolite obdurare corda vestra ]. Vel  
 ita: Quandoquidem vos estis populus pascuæ, & oues  
 manus eius, ergo si vocem eius audieritis, hodie, vt su-  
 pra, nolite obdurare corda vestra. ¶ Pars secunda Noli-  
 te obdurare, sicut obdurauerunt patres vestri, & hoc ē  
 [ sicut in irritatione secundum diem temptationis ] fa-  
 ctæ [ in deserto ] id est nolite sequi diem tentationis, vt  
 deum in deserto, [ vbi tentauerunt me patres vestri ]  
 cordibus dubitantes de potentia mea, & tunc probaue-  
 runt me esse deum, & quia [ probauerunt, & viderūt ]  
 audierunt [ opera mea ] id est, manna plui illis, & alia  
 multa signa feci eis. ¶ Et quia sic me tentauerunt, er-  
 go [ sui offensus generationi illi quadraginta annis. ]  
 tot enim annis morati sunt in deserto. [ & dixi ] eis  
 per Moysen, & alios electos meos, [ semper isti ] ho-  
 mines [ errant ] & non inscī, sed [ corde ] quia in con-  
 scientijs



Scientijs suis errasse se intelligūt. ¶ Et licet dixissent eis ita: [isti] tamen [non cognouerunt vias meas] id est, non approbauerunt praecepta mea, & ideo [si introibūt in requiem meam] id est, æternam patriam, significatum per terram promissionis, non erit ibi aliquis bonus, [vt] ego [iuravi in ira mea] scilicet, eos non introituros in requiem meam. Figura apostrophe, id est, defectio orationis.

## IN PSALMVM XCV

Titulus. Psalmus Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.

**C**Antate domino]. Psalmus iste conuenit Dauid propheta, qui hic loquitur respicienti eum statum scilicet, ad tempus gratiae, quando ædificata est domus, id est, ecclesia, post captiuitatem diaboli, à quo propter peccatum captiuum tenebatur genus humanum. Tangit historiam quando post captiuitatem Babyloniae templum Salomonis reaedificauit, non tantum de historia, sed de significato intelligimus prophetam egisse. In hoc psalmo est materia primus, & secundus Christi aduentus. Modus: In prima parte monet quoscunque Gentes, non tantum Iudaeos, sicut in precedenti psalmo fecit. Cantate huic domino, qui venit ad nos respectu primi aduentus. In secunda parte, quae incipit: Afferre domino patriæ Genuū, monet non tantum cantare, sed etiam afferre, & bene operari ad gloriam huius domini, & hoc respectu secundi aduentus. Intentio est, in istis adnotationibus, scilicet, vt cantemus, & bene operemur ad gloriam istius domini. ¶ Ac si ita diceret propheta. Nolite cantare domino canticum veteris, vt laudetis eum pro solis bonis temporalibus, sed potius [cantare domino canticum nouum] id est, laudate eum amore iustitiae, scilicet

cet, quia per filium suum nobis iustitiam contulit, nec  
 dico solis Iudæis, sed [cantate omnis terra] tam genti-  
 les, quam Iudæi cantate [domino]. ¶ Tertio ponens  
 [cantate domino] trinitatem iudicat, [ & benedicite  
 nomini eius] solum enim nomen dei habemus, non-  
 dum etiam rem: quod nomen multum valet, non quia  
 prolatum, sed quia creditum. Ille benedicit nomen do-  
 mini, qui bene viuendo, dat alijs exemplum bene vi-  
 uendi, sicut e contrario ille dicitur maledicere nomen  
 domini, ex quo alij trahunt sibi exemplum male viuē-  
 di. Dico cantate, & benedicite, & [annunciate salutare  
 eius] ipsam filium dei, per quem genus humanum sal-  
 uatur, & in domum dei reedificatur, & hoc [de die in  
 diem] id est, assidue, vel de die, id est, de veteri testamē-  
 to, in quo aliqua fuit illuminatio, eundo in diem id est  
 in nouum testamentum, annunciate salutare eius scilicet  
 comprobate Christum regem esse, & saluatorem  
 omnium, per autoritatem veteris, & noui testamēti.  
 ¶ Ostendit quid debeant de illo salutari annuntiare, &  
 inter quos, cum dicit, [annunciate gloriam eius] salu-  
 tatis id est, ipsum Christum gloriosum prædicate, quia  
 dei filius fuit, & hoc [inter Gentes], nec dico paucas  
 Gentes, sed [in omnibus populis mirabilia eius] par-  
 tum virginis, qui mortuos suscitauit. ¶ Et bene debetis  
 ei cantare [quoniam] ise est [magnus] secundum po-  
 tentiam, [ & dominus] omnium, [ & laudabilis] secū-  
 dum misericordiam & hoc [nimis] quia nullus potest  
 perscrutari quanta sit potentia, vel misericordia eius  
 [terribilis est] etiam etiam timore futuri iudicij [sup-  
 omnes deos] quos Gentes putant & etiam super om-  
 nes creaturas angelicas deificatas. ¶ Vere ipse est deus  
 terribilis super deos Gentium, [quoniam omnes dij  
 Gentium dæmonia] sunt, iste [autem dominus] de  
 quo

TERIVM COMMENT. 487

quo loquitur, [caelos fecit] materiales, vel quoscun-  
 que altissimos viros. ¶ Item propter hoc debetis can-  
 rare ei, quia hanc vtilitatem inde habetis, confessionē,  
 & pulchritudinem, & tandem magnificentiam, hoc di-  
 cit, [in conspectu eius] id est, cum ipse aliquem ocu-  
 lo misericordiae respicit, inde procedit [confessio] quia  
 confitetur ille peccata, & de inde [pulchritudo] id est  
 ornatus in multis, virtutibus, & tandem [in sanctificati-  
 one eius] id est in sancta habitatione, scilicet, caelestis  
 Hierusalem, vnde alia translatio dicit, in sanctuario  
 eius, [sanctimonia] id est, omnis puritas. Tunc enim  
 neque ira neque talis motio aliqua erit in sanctis dei,  
 sed puritas, & vera charitas regnabit, & in sanctificati-  
 one eius erit [magnificentia] quia tunc erunt immor-  
 tales, & impassibiles, & socij angelorum. ¶ Afferte,  
 Pars. II. Quandoquidē tanta est vtilitas in conspectu  
 eius, ergo vos [patriae Gentium] id est, vos Gentes de  
 quacumque patria, [afferte domino gloriam] id est,  
 gloriosum ostendite eum bonis operibus vestris, [ &  
 honorem] id est, gratiarum actionem de collatis be-  
 neficijs, [afferte] & [gloriam nomini eius] amplian-  
 do quidem nomen, & famam eius, id est, ipsi domino  
 gloriam conferam. Ter ponens, afferte, significat tri-  
 nitatem. ¶ Hoc modo afferte domino gloriam, scilicet  
 [hostias] id est, facite vos ipsos hostias dantes passioni  
 ad honorem dei, [ &] sic [introite in atria eius] id est,  
 in collegia sanctorum, qui dicuntur atria, quia deus in  
 eis habitat, & [adorate dominum in atrio sancto ei],  
 id est, in caelesti habitatione. ¶ Ego dico, adorate, & vt  
 nam [vniuersa terra commoueat] ad poenitentiam  
 [a facie eius] id est, ad cognitionem ipsius, & vos co-  
 moti [dicite in Gentibus] id est, ad gentes commo-  
 uendas, & dat eis materiam quid dicant, hoc scilicet,  
 [quia



110 D. HAYMONIS IN PSAL-

[quia dominus regnauit] à ligno, ita dicit alia trans-  
 latio: & hic habemus auctoritatem à propheta passio-  
 nis christi. ¶ Probat per effectum, quod regnauit domi-  
 nus, dicens, [et em̄ correxit] id est, corrigēdo de pecca-  
 tis ad iustitiæ opera direxit [orbem terræ, qui non cō-  
 mouebitur] à fide, aliqua tribulatione, quod ait Apo-  
 stolus: Neque mors, neque vita poterunt nos separare  
 à charitate Christi. Dicite etiam ad commouendam  
 terram, quia iste dominus [iudicabit] ueniens secun-  
 do, [populos in æquitate] id est vnicuique reddens  
 pro merito. ¶ Et ideo [latentur cœli] id est altiores  
 sancti, [ & exulter terra ] id est, humiliores sancti, [ cō-  
 moueatur mare ] id est, amaricantes in hac vita præ ti-  
 more futuri iudicij [ & plenitudo eius ] id est, si ngula  
 vita id est homines pro singulis vitijs moueantur ad  
 compunctionem, & quanto magis necesse est, vt com-  
 moueātur, dico latentur, & ita erit, quia [campi] id ē  
 humiles, & fructificantes, [gaudebunt] de puritate  
 suæ conscientie, [ & omnia quæ in eis sunt ] id est, om-  
 nia quæ in eis sunt ] id est, omnes sensus eorum, quia  
 secundum omnes sensus, & omnes virtutes gaudebūt  
 hic spe futuræ saluationis. ¶ Et tunc ] id est, cum ipse  
 iudicabit, [exurabunt omnia ligna sylvarum] id est,  
 Gentes, quæ prius erant syluestres, & incultæ, [à facie  
 domini] id est, propter præsentiam qua fruēt, [quia  
 venit,] nec dico de primo aduentu, sed [quia venit iu-  
 dicare terram]. ¶ Et ipse [iudicabit orbem terræ] id ē  
 homines collectos de toto circuito terræ, [in equita-  
 te] id est, singulis reddens pro meritis, [ & populos ]  
 quoscunq; [in veritate sua] id est secundū hoc quod  
 vnusquisque eorum veritatem sibi commissam dispē-  
 sauit. Vel orbem possumus accipere ad literam, quem  
 iudicabit dominus quia ueniens ad iudicium, igne pur-  
 gabit

gabit sordes elementorum, quas ex hominum iniquitatibus contraxerunt.

## IN PSALMV M XCVI.

Titulus. Psalm<sup>o</sup> ipsi David, qñ ei restituta a terra eius.

**D**ominus regnavit, exuliet terra]. Psalmus iste couenit David, id est, Christo, non quod christus hic loquitur, sed quia de eo agitur, psalmus dico habitus, quando ei terra restituta est, id est, homines, quos perdiderat per idola tria, ad cultum dei sunt reuocari id est, restituti Christo. Materia est christus, ecclesiam sibi constituens. Modus: In prima parte ostendit eum regem esse, & commendat eum multis modis, quasi vtens demonstratio genere & in eadem parte, vt eum talē adorent, non sua sculpilia. In secunda parte, quæ incipit. Audiuit, & lætata est Sion, quasi conuersos admonet, vt exultent, & odio diabolium habeant. Intendit homines ab idolatria reuocare, & ad cultum vnius dei permanentis in secula aduocare. ¶ Vox propheta, quasi diceret: O vos gentes, quæ hæctenus in idolorum cultura permansistis, nolite deinceps colere idola, sed solum Christum colite, quia ipse [dominus regnavit] id est, regnum sibi & in iudæis, & gentibus acquisiuit & ideo [exuliet terra] Iudæa, que suscepit istum regem. [lætentur] etiam [insulae multæ] id est, ecclesiae per remotissimas partes constitutæ, quæ contunduntur fluctibus huius mundi, nec tamen submerguntur, sicut insulae maris Describit istum dominum, qualis sit malis, & qualis sit bonis, dicens, [nubes & caligo in circuitu eius] id est, obumbrans eum, non quod in ipso remaneant, quia ipse est lux in tenebris lucens, sed ipsi habent lippientes oculos, ne possint Solis claritatē inueniri, & dicitur hoc ex sola similitudine alicuius rei, quæ propter nubem non posset videri. Quantum ad

bonos, [iustitia, & iudicium] est [correctio sedis eius]  
 id est aliqui corriguntur, & sunt seges eius per iudicium  
 id est, per discretionem boni, & mali, quam habent, &  
 faciunt iustitiam, quia bonum exequuntur, & malum  
 vitant. ¶ Et ostendit quomodo corrigantur sui, quia  
 [ignis] id est charitas quam emittit spiritus sanctus,  
 de quo ipse Christus ait: Ignem veni mittere in terram,  
 & quid volo, nisi ut ardeat: [præcedet ante ipsum] id  
 est parabit ipsi domino. Nullus enim est, dignus, in quo  
 habitet dominus, nisi prius à spiritu præparetur san-  
 cto, [ & ] ille ignis [inflamabit] amore dei [inimicos  
 eius] illos scilicet, qui prius erant inimici [in circuitu]  
 id est ex omni parte. ¶ Per alias partes commendat eum  
 sic, [fulgura eius] id est, miracula, quæ ipse fecit in mun-  
 do, [alluxerunt orbi terræ] id est, resplenduerunt per  
 totum mundum, & [terra vidit] hoc, id est, terreni co-  
 gnouerunt hoc, [ & commora est ] ad penitentiam.  
 ¶ Et tunc [montes] id est, potentes huius seculi, [flux-  
 erunt] à vitijs suis [sicut cera] fluxerunt dico montes  
 [à facie domini] id est, propter cognitionem dei, &  
 non tantum montes, sed [omnis terra] fluxit [à facie  
 dei] id est, de vniuersa terra homines. ¶ Alluxerunt mi-  
 racula, & [cæli] id est, sancti apostoli, & prædicatores  
 [annunciarunt iustitiam eius] quomodo ipse iusti-  
 ficat hominem, & tunc [omnes populi] id est, aliqui  
 de omnibus populis, [viderunt gloriam eius] id est,  
 cognouerunt eum gloriosum esse. ¶ Et quandoquidē  
 ipse talis est, ergo [confundant] id est digni sunt confu-  
 sione, [omnes qui adorant sculprilia] id est, imagines  
 pietas, [ & qui gloriantur in simulachris suis. ¶ Vere de-  
 betis illa idola dimittere, & ipsum christum adorare,  
 quia & ipsi angeli adorant eum, & hoc dicit sub quadam  
 admonitione, [omnes angeli cælestes] adorant eum ]  
 ¶ Pars



¶ Pars secunda. Ego sic admoneo adorare, & hanc ad monitionem [audiuit Sion] id est, ecclesia de Iudæis, & lætata est. ¶ Et etiam [filie Iudæ] id est, gentiles, facti filij Christi, qui de tribu Iuda fuit. Vel, filie Iudæ id est, confessionis filie [exultauerunt] de reparatione sua, quam intellexerunt esse factam per Christum, exultauerunt dico [propter iudicia tua domine] scilicet Ceteras ex parte in Israel contigit vt plenitudo Gentium intraret, & alia quæcumq; dei iudicia. ¶ Ideo exultauerunt, [quoniam tu dominus altissimus super omnem terram] id est, habitantes super omnem terram, & [exaltatus es super omnes deos] gentium, vel angelicas creaturas, & hoc [nimis] inscrutabiliter. ¶ Et quia ipse talis est, ideo vos [qui diligitis dominum, odite malum] id est, aduersarium iustius domini, & si ipse corporibus possit inferre mala, tamen [dominus custodit] contra tribulationes [animas sanctorum suorum] ne incorporentur à diabolo, & tandem [liberabit eos de manu peccatoris] id est, de potestate diaboli. ¶ Et debetis diligere dominum, quia in ipso domino id est, in Christo [iusto est orta lux] id est, cognitio diuinitatis per fidem [ & rectis corde orta est lætitia] de puritate suæ conscientie. ¶ Et quia lux orta est iusto ergo vos [iusti lætami] non in mundanis, sed [in domino, & confitemini memorie sanctificationis eius] id est, laudate eum, quia memor fuit vt vos sanctificaret.

## IN PSALMVM XCVII.

Titulus. Psalmus David.

**C**Antate domino] Psalmus iste conuenit David propheta, qui hic loquitur. Materiam habet primum, & secundum Christi aduentum. Modus

In prima parte monet homines cantare domino, respectu primi aduentus, & supponit causas In secunda parte, quæ incipit: Iubilare deo omnis terra: monet homines iubilare deo, & actione & contemplatione agere, respectu secundi aduentus. Intentio est, in ipsis admonitionibus, vt deo cantemus, & licet de eis agatur tñ tum per totum contextum, tamen psalm⁹ iste ab alio Cantare diuisus est: ¶ quasi ita diceret propheta: Noli te domino tantum cantare propter antiqua beneficia scilicet quia vos de Aegypto eduxit, & alia vobis mirabilia ostendit, sed [cantate domino canticum nouum] id est laudate eum de reparatione facta per filium, & bene deberis, [quia] ipse [fecit] nobis multa [mirabilia,] ¶ [inter cetera mirabilia dei, vnum ponis insigne dicens, [saluauit sibi dextera], sicut alia translatio dicit, saluauit eum dextera [eius, & brachiū sanctū eius]. Per dexterā & brachium, eius ipsam diuinitatem scilicet verbum dei, accipimus, quod uocat dextera secundum operationem, brachium, propter fortitudinem scilicet, quia in ipsa humanitate Christus quoque fecit, non aliena, sed propria sua virtute fecit. Verbum autem illud Christum saluauit, quia & immortalem a peccato custodiuit, & mortuum eum, vita æterna suscitauit. ¶ Et ipsum brachium scilicet [salutare suum] id est Iesum, per quem saluauit genus humanum, [notum fecit domini] patet vt in Christi humanitate cognosceret diuinitatem, & idem salutare [reuelauit iustitiā suam] id est, non per figuras, sed manifeste demonstrauit, & hoc [in conspectu Gentium] scilicet vt eum Gentēs per fidem cognoscerent. Idem qui vocatur salutare quia saluat genus humanum, vocatur iustitia, quia homines iustificat. ¶ Et per hoc quod notum fecit salutare, ille qui videbatur oblitus, differendo misericordiam

diam, [recordatus est misericordie suae, & veritatis.  
 suae] & hoc [domui Israel] id est, ad opus iudeorum  
 Idem beneficium dei, quod vocat misericordiam, quia  
 ex sola dei benignitate est datum. vocat veritatem, quia  
 in ipso completæ sunt promissiones dei. ¶ Et non tan-  
 tum domui Israel, sed etiam omnibus Gentibus, unde  
 dicit, [termini terræ] id est, homines positi in re mo-  
 tissimis finibus terræ, & hoc non in loco vno, sed [om-  
 nes viderunt] id est cognouerunt [salutare dei] facti.  
 [nostri] per assumptam humanitatem. ¶ Iubilate.  
 Pars secunda. Et quoniam recordatus est misericordie  
 & alia fecit, ergo [omnis terra iubilate] huic [domi-  
 no] id est, ineffabilem iucunditatem de ipso mente cõ-  
 cipite, [cantate] ei etiam mente, & voce, & exultate  
 id est, gaudium mentis in ipso corpore ostendite, [ &  
 psalite] id est, bene operamini operatione spiritali.  
 ¶ Psallite] dico [in cithara] id est, vt à spiritali operati-  
 one ad actiuam descendatis, veluti si proximum pio-  
 ac fidei amore diligatis, etiam de rebus proprijs serui-  
 aris, etiam cantantes [in cithara, & voce psalmi] id  
 est, vt ab actuali operatione ad spiritalem, & contem-  
 platiuam ascendatis. Sicut per citharam actiuam opera-  
 tionem, ita per psalterium, & vocem psalmi spiritalem  
 accipimus. Cantantes etiam [in tubis ductilibus]: per  
 tubas quibus fiebat exhortatio ad bellum, vel moni-  
 tio ad solennia, intelligimus exhortationem prædica-  
 tionis, ductiles erant, quia de puro argento erant, quod  
 non crepabat, dum maleo cuderetur, sed bene duceba-  
 tur, & dilarandum est. Ac si breuiter diceret: Prædica-  
 te, & exhortamini alios ad bellum, & vt agant solem-  
 nia, [ & ] prædicationem vestram dilatate cantantes  
 etiam in [voce tabæ cornæ] id est, vt cornu compa-  
 rabiles suis duri, nec propter aliquam tribulationem



à prædicatione veritatis cessantes. Cornu quidem ex  
 carne excrescit in quandam duritiem, cui bene compa-  
 rantur illi, qui licet in carne fragili vivant, tamen duri  
 ac patientes fiunt laborum. Vnde Apostolus: in car-  
 ne ambulantes non secundum carnem militamus,  
 ¶ Dixit iubilare, modo dicit quare faciendum sit, scili-  
 cet, quia conspicietis quasi iam præsentem videris ipsum  
 regem in iudicium venientem, hoc dicit, [iubilare in  
 conspectu regis domini] & quia iam quasi veniens cō-  
 spicitur, ideo [mare] id est, omnes amaricantes [mo-  
 ueatur] ad pœnitentiam, [ & plenitudo eius ] id est,  
 plenitudo vitiorum fit eis causa, quare potius moueā-  
 tur, moueatur, & contremiscat [orbis terrarum] ad  
 litteram, qui etiam in aduentu ipsius iudicis cremabi-  
 tur, [ & omnes qui habitant in eo ] moueantur, hoc,  
 est, quod dixerat mare, & plenitudo eius. ¶ Dico ma-  
 re moueatur, [flumina] autem, id est, sapientes viri,  
 qui alios potant spirituali doctrina [plaudent manu]  
 id est, cum exultatione bene operabuntur [simul] id  
 est, tendentes in unum, scilicet ad ipsum deum, tenen-  
 tes vnā fidem, [montes] sancti in virtutibus eminē-  
 tes, & bene stabiles [exultabunt à conspectu domini]  
 id est, quia conspiciunt dominum remuneratorem su-  
 um, bene dico, à conspectu domini [quoniam] ipse  
 dominus iam [venit iudicare terram] id est, omnes de  
 quacunque parte terræ, quasi in presenti est quod iu-  
 dicabit. ¶ Et ipse [iudicabit orbem terræ] id est, omnes  
 malos, de omni circuitu terræ congregatos, [in iusti-  
 tia] yniciuique reddens pro meritis, [ & populos ] ad  
 bene viuendum collectos, scilicet, bonos, iudicabit [in  
 æquitate] item illis faciens pro meritis,

## IN PSALMVM XCVIII

Titulus. Psalmus David.

**D**ominus regnavit, irascantur populi] Psalmus iste cōuenit David prophete, qui hic loquitur. Materia est Christus potens rex. Modus: In prima parte ostendit eum regem, & demonstrat eum modis pluribus veneratione dignum, & admonet infideles, & maxime Iudæos, vt eum venerentur. In secunda parte, quæ incipit: Tu parasti directiones, ostendit quæ munera conferat suis, & supponit admonitionem, vt hunc adoramus. In tertia parte, quæ incipit: Moyes & Aaron, ostendit, quod priores patres huic regi seruerunt, & multas vtilitates inde habuerunt, & deinde supponit admonitionem, vt hunc adoramus, non noui regē sentiamus. Intendit nos à perfidia reuocare, & ad Christum adorandum concitare. ¶ Quia si diceret: Nolite Christum contemnere, quia ipse] dominus regnavit] id est, de iusto diabolo, regnū sibi in Iudæis, & Gentibus obrinuit, modo deridens inimicos Christi, qui aliquando solebant irasci ei] irascantur populi] quasi stultos se possunt reputare, qui aliquando irascebantur ei, dominus dico regnavit. [qui] dominus] [sedes super Cherubin] id est, quiescis super ordines angelorū, vt dominus eorum iterum deridens inimicos eius, dicit, [moueatur terra] quasi stultissimi sint, qui aliquando moti sunt contra eum, omnes ordines angelorum. ¶ Dico dominus regnavit qui] [dominus] habitauit] [in Sion] corporaliter, qui dominus] [magnus] fuit, & miræ potentie, per hoc plane determinauit, se de Christo dicere, quia ipse in Sion habitauit presentia corporis, [&] iste dominus est] [excelsus super omnes populos] quia nullus altus, nisi per eum. ¶ Et quoniam ipse talis est, [confiteantur] ergo omnes

112. D. HAYMONIS IN PSAL.

Gentes [nominatio] id est laudent & dilatent nomen  
 tuum, & famam tuam, nomini dico [magno] scilicet  
 quod ampliandum & laudandum est, [quoniam]  
 magnum est, & multum valens bene credentibus, cui  
 confitendum est, quoniam illud nomen [est terribile,  
 impijs timore futuri iudicii], [ & lauceum ] est bonis, quia  
 ipsum sunt sanctificati, & ipse dominus [diligit iudici-  
 um] id est ut homines iuste iudicent, vel iudicium id est,  
 quacunque animae discretionem, quod facere, est [ho-  
 nor regis est, ut rex iudicium diligit, & haec quoque est,  
 una commendatio Christi. ¶ Tu parasti. Pars secunda  
 Continuatio: Et [tu] quidem qui talis es, [parasti di-  
 rectiones] id est homines intus per gratiam tua[m] aspi-  
 rando praeparasti, ut dirigantur ad virtutes, & etiam se-  
 cisti directiones, non solum parasti, sed [iudicium] id  
 est, ut ipsi iuste discernant, quid sit bonum, & quid sit  
 malum, [ & ] hanc aliam discretionem scilicet [intra-  
 am] id est ut bonum cognitum faciant, & malum di-  
 mirtant. [fecisti] dico [in iacob] id est, in fidei popu-  
 lo, qui benedictionem sicut iacob accepit. [Et quia  
 Christus exhibet haec munera suis, ideo vos [exalrate]  
 ipsum Christum factum [dominum deum nostrum]  
 per assumptum humanitatem [ & adorate scabellum]  
 id est, humanitatem ipsius, quae fuit scabellum id est, re-  
 quies, & sedes [pedem eius] id est, stabilitas diuinita-  
 tis, [quoniam] illud scabellum [sanctam est] id est,  
 Christi humanitas, vel sic intransiue, scabellum pedis,  
 ut per pedes accipiamus in partem humanitatem, per  
 per quam venit ad nos calcata diuinitas, quae fuit sca-  
 bellum id est, prorsus subdita deitati. ¶ Moyses. Pars  
 tertia Et bene debetis eum adorare, quia ipse non est  
 recens deus, sicut quidem dicunt sed ipse est cui [Moy-  
 ses,



ses, & Aaron in sacerdotibus eius]. Licet enim Moy-  
 ses sacerdos non fuisset, tamen etiam sacerdotem eum  
 dicit, quia & pro populo inuocabat, si cui & alij sacer-  
 dotes, & ipsos sacerdotes constituabat, & ungebat,  
 [ & ] ipse [ Samuel ] licet non fuisset de tribu Leui, un-  
 de alij sacerdotes, tamē fuit [ inter eos, qui inuocans  
 nomen eius ] quia sacerdos fuit ipseus. ¶ Isti serui-  
 runt domino, & hoc inde commodum habuerunt,  
 quod ipsi [ inuocabant dominum & ipse audiebat eos  
 in ] columna nubis loquebatur ad eos ] Ideo in nubes  
 loquebatur, quia obscurum erat quod dicebat eis, quia  
 futurum erat scilicet aduentus Christi, quæ nubes Chri-  
 stum signabat, qui est nobis umbratio, & refrigeri-  
 um contra estum hæreticorum, & ipse etiam per co-  
 lumnā significatur, nam ipse est columna, quæ vni-  
 uersam sustinet ecclesiam. ¶ Ipse loquebatur ad eos,  
 & ipsi [ custodiebant testimonia eius ] id est commu-  
 nia præcepta legis in quibus testabatur eis quod esse  
 faciendum. [ & ] quid non, & singulare [ præceptū ]  
 de officio sacerdotali [ quod dedit illis ]. Vel per testi-  
 monium possumus accipere ceremonias quas facie-  
 bant, quæ erant signa, & testimonium mirabilius  
 quæ fecerat eis dominus: veluti cum ipsi comedebāt  
 agnum, comedebāt azimos panes, tenebant in mani-  
 bus baculos, signum erat & testimonium in conspe-  
 ctu filiorum Israel, qui hæc non viderant euecti  
 de Aegypto. ¶ Ipsi custodiebant testimonia, & [ tu do-  
 mine deus noster ] factus, quia incarnatus [ exaudie-  
 bas eos ] in necessitatibus eorum, [ deus tu ] etiam  
 [ propicius fuisti eis ] condonans peccata, [ & ulcissens  
 etiam aliquando [ in omnes adinventiones eorum ]  
 id est peccata quæ deus in illis non fecit, & ipsi adin-  
 uenerunt

adinuenerunt, vt per illas vltiones corrigeres eos, & probares. ¶ Quoniam Moyses & Aaron ser uierunt ei & has vtilitates inde habuerunt, ergo vos alij [exalta te] id est, altum, omnipotentem bene seruiendo ostendite [dominum deum nostrum, & adorare in monte sancto eius] id est, in ecclesia, extra quam non est locus oratiōis, [quoniam sanctus] est [dominus deus noster].

## IN PSALMVM XCIX.

Titulus. Psalmus Dauid in confessione.

**I**ubilare deo. ] Psalmus iste dicitur psalmus in confessione, quia propheta qui hic loquitur, materiā habet vtramque confessionem. Modus: In prima parte monet nos ad cōfessionem laudis scilicet vt deū laudemus, & ponit causas quare hoc facere debeam⁹. In secunda, quæ incipit: Introite portas eius, monet nos ad confessionem peccati, scilicet ut nos de peccatis accusemus, & eum solum medicum attendamus. Intentio est nobis quandam generare temperantiā, scilicet, ne solam nostram fragilitatem, & peccata attendamus, quæ nos præcipitent in desperationem, sed dei beneficiā & pietatem, vt per ea tollatur dāpnatio. Item nec solam attendamus dei misericordiam & pietatem, quæ in nobis faceret negligentiam & elationem, sed e nra nostras respiciamus miseras, & fragilitates, ut propter hoc operemur, & deo placere studeamus. ¶ Et ad confessionem laudis sic admonet: O [omnis terra iubilate deo] id est ineffabilem iucunditatem de ipso mente cōcipite, & [seruite domino] huic, ad laudem ipsius bene operantes: & hoc non coacti, vel cum aliqua tristitia, sed [in læticia] iularem⁹ enim datorem diligit deus, ¶ Introite. Ponit causam &

& magnam utilitatem eorum, quare deum laudare  
 debeant. Continuatio. Bene debetis ei seruire in læti-  
 tia, quia per hoc intrabitis in conspectum eius: hoc di-  
 cit: [Introite] ad ipsum deum [in conspectu eius]   
 mansuri [in exultatione] in cuius conspectu æterna  
 læticia fruemini, & quia ibi læticiam habebitis, hic cū  
 læticia seruire debetis. ¶ Scitote. Item propter hoc  
 uigilare debetis, [quoniam ipse est dominus deus]   
 id est, creator omnium, secundum primam creatio-  
 nem: [ipse] etiam [fecit nos] in creatione, quæ post  
 us ualet in nobis, quam etiam prima creatio, [ & non  
 ipsi] fecimus [nos] quia nihil boni habemus ex no-  
 bis, ¶ Nos] etiam sumus [populus eius] id est, præce-  
 ptis eius instructi, ad iure emendū collecti, [ & oues]   
 id est, simplices & innocentes, quod ipse in uobis ope-  
 ratus est: oues dico [pascuæ eius] id est, quas ipse refi-  
 cit spiritualibus bonis, & cibo corporis & sanguinis  
 sui, & pastu diuinæ scripturæ. ¶ Introite. Pars secun-  
 da. Et quia populus eius, & oues estis, ideo [introite  
 portas eius in confessione] id est, confitemini peccata  
 uestra, & per hoc introite portas, id est, inuicem perueni-  
 endi ad ueram uitam, scilicet misericordias eius, intro-  
 ite, & confitendo peccata uestra, intrate in [atria eius]   
 id est, in collegia sanctorum apostolorum, & aliorū  
 sanctorum, scilicet conformando uos sanctis in pleni-  
 tudine iustitiæ, & tunc [contemini] domino] in  
 hymnis], id est in laudibus. Tunc enim possumus do-  
 minum laudare acceptabiliter, cum prius peccata con-  
 fessi sumus. ¶ Dico confitemini, nec apud uos tantum  
 sed [laudate] apud alios [nomen eius] dicentes [quo-  
 nam dominus] iste [suauis est] & dulcis gustanti-  
 bus, & misericordia eius] est [in æternum] id est, ea  
 quæ iste dominus per misericordiam suam largitur,



ducunt homines ad eternitatem: [ & veritas eius ] id est, ea quæ complent promissiones dei, per quæ verax apparet deus. sunt [ in generatione & generationem ] id est, æterna sunt: idem accipimus per misericordiã, & ueritatem, sed diuersis modis.

## IN PSALMVM C.

Tiulus. Psalmus ipsi David.

**M**isericordiam ]. Psalmus iste est David propheta, qui loquitur, vel cuiuscunq; iusti perfecti. Materiam habet perfectam cõuersationem, quam in seipso ostendit. Modus: In prima parte ostendit se iuste viuere, & malorũ consortiũ deuitate. In alia parte, quæ incipit: Oculi mei: ostendit se bonorum consortio adherere. Intendit nos per hoc ad habitum perfectæ cõuersationis inuitare: & antequã de hac cõuersatione agat, præmittit causam quare talẽ eligat cõuersationem scilicet quia deum attendit nõ tantum pium sed etiam iustum. Si enim tantummodo pium attenderet, pro nihilo laboraret, cum deum omnia ex pietate condonare putaret: sed quia iustum cognoscit, & de peccatis vindicaturum intelligit, timẽdum reputat, & omnibus modis placandum, & inde dicit: o doñe ego tantabo tibi miã & iudiciũ. i. laudabo te de hoc, quod tu habes facere misericordiã alijs, & iudicium, quia punis pro peccatis. ¶ Præmissa causa, incipit iam ostendere suam iustitiam: ac si diceret: Quia non tantum misericordem, sed etiam iudicantẽ intelligo, ideo [ psallam ] id est, bene operabor, & per hoc uenies ad me, ut in me habites: & [ quando ] tu [ uenies ad me ] id est, te esse meci poss. florem, & in habitatorẽ, in quo hoc [ intelligam ] in uia immaculata ] id est, quia incedo immaculatus: scilicet per bona opera incedo, & intelligo, quod tu ad omnes uenis in habitãdos, qui per  
im

immaculata], opera incedunt. ¶ Dixi, psallam, &  
 iam sum oportatus. & hoc dicit: [perambulabam] id  
 est, pertransiui voluntate hæc mundana, quæ in natu-  
 ra sui semper sunt transitoria, hoc est, nõ reputavi me  
 hic habere manentem ciuitatem, sed semper appeto  
 cœlestem. & hoc [in innocentia cordis mei]: sed non  
 tantum abstinui manus, ne nocerēt proximo, sed eti-  
 am voluntatem: & hoc [in medio domus meæ] id ē,  
 congregationis fidelium, inter quos vnus eram: cum  
 dicit, in medio, notat quod omnibus in semetipso pro-  
 ponebat exemplum bene operandi. ¶ Præter hoc etiã  
 [non proponebam ante oculos meos] interiores, ali-  
 quam [rem iniustam] vt mihi placeret aliqua iniusti-  
 tia, sed potius [faciētes] actualiter [perguaricationes]  
 id est, aliquas offensiuas contra præceptū legis [odi-  
 ui]. ¶ Et etiam [cor prauum] id est, homo prauo cor-  
 dis, scilicet, maleuolus aliquis [licet non actu malitiæ]  
 suam exequatur, [non adhæsit mihi] id est, non pla-  
 cuit mihi, nec fuit mihi familiaris: [declinantem] vero  
 [à me] id est, moribus meis assensire vitã: ipsum di-  
 co propter hoc [malignum] si apud aliquos præten-  
 debat iustitiam suam, [hũc nõ cognoscebam] iustum  
 esse, sicut alij putant, nec vitam ipsius approbavam.  
 ¶ Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequen-  
 tem ¶ Homo vero qui [superbo oculo] apparebat,  
 [insatiabili corde] id est, avaro, [cum hoc non ede-  
 bam] cibum corporalem, vel potius spiritualem, scili-  
 cet, dominici corporis refectionem, Sunt enim mani-  
 feste isti mali à cibo bonorum separandi, Vnde Apo-  
 stolus: Cum huiusmodi nec cibum sumere.

¶ Pars secūda

¶ Pars secunda. Oculi. Isti non placebūt mihi, sed [oculi mei] id est, affectiones meæ, erant [ad fideles] non unius loci, sed [terre, ut sedeant mecum] id est, ut similes mihi fiant, & quiescant in delectatione iustitiæ, sicut ego: [ambulans] autem [in via immaculata] hic mihi ministrabat. Sunt enim elegendi mundi & honesti viri, qui ministrent in domo domini. ¶ Qui facit superbiam. Non dico in aliqua parte domus dei, quia mali supportantur in ecclesia à prælaris, ut corrigantur, & desistant sed [non habitabit in medio domus meæ] id est, congregationis fidelium. Cum dicit, in medio, dat intelligendū, quod talem non faciet sibi familiarē, nec prælatū in domo dei constituet, à quo alij vel malum exemplum, vel malam accipiant doctrinā: nō tantum [qui facit superbiam] sed etiam [qui loquitur iniqua] scilicet, qui consuecit in maliloquio, licet his, & sibi similibus directus appareat, tamen [nō direxit in conspectu oculorum meorum] scilicet ut mihi placeret. ¶ In matutino. Poniť causam quare istorū fugiat societatem, quia quandoq; videt eos æternaliter cōsortio bonorum seperandos, ac si diceret: Ideo separabam me à talibus, quia [interficiebam] id est, interficendo intelligebam [omnes peccatores terræ in matutino] id est, in iudicio, quando vera lux incipiet oriri bonis, non interficiendos, qui aliquando ad misericordiam possent reuenire, sed [ut disperderem] id est, disperdendos cognoscerem [de ciuitate domini] id est, de superna Hierusalem [omnes operātes iniquitatē] non dicit, qui operati sunt, sed qui in hoc persistūt: vel possunt us peccatores hic accipere dæmones ipsos, & suggestiones immissas à diabolo: & tunc ita cōtinuabitur. In alijs non placebant mihi mala, sed potius in me ipso.



ipso interficiebā omnes peccatores terrā id est, omnes  
 suggestiones mihi immittas a diabolo: & hoc in manu  
 tino id est, in ipso initio dum ipsæ suggestiones incipi-  
 unt oriri scilicet non perducebam ad actum id quod  
 suppetebant suggestiones, ad hoc interficiebam, ut di-  
 sperderem, ne deinceps radicarent de civitate domini  
 id est, de anima mea, quæ est munita dei habitatio, o-  
 mnes operantes iniquitatem, id est, demones, ne de-  
 hinc habitaculum in me haberent, qui dicuntur pecca-  
 tores, & operari iniquitatis, qui causa sunt totius pec-  
 cati.

## IN PSALMVM CI.

Titulus. Oratio pauperis, cum anxius fuerit, &  
 coram domino precem suam effuderit.

**D**omine exaudi orationem meam]. Psalmus  
 iste dicitur oratio, quia in prima parte conti-  
 net orationem, & alia quæ post ponuntur, cau-  
 sæ sunt quare fit orandum. Nominantur autem mul-  
 ti libri respectu primarum partium, veluti quidam li-  
 ber Moyse vocatur Genesis, quia in principio exponit-  
 tur generatio cæli & terræ, & hæc est oratio David  
 prophætæ pauperis, vel alicuius veri pauperis, in hac  
 consideratione habitus, cum precem suam ante deum  
 effuderit. Preces illæ dicuntur effundi coram deo, quæ  
 nullis cogitationibus præveniuntur, nullis omnino  
 obstaculis diaboli impediuntur, sed pura de oratione  
 ad ipsum deum diriguntur. Loquitur hic pauper Da-  
 vid, vel quilibet alius, non pro una personâ, sed pro  
 singulis: pauper etiam ipse anxius propria delicta, &  
 totius humani generis miseras, & deo preces suas hu-  
 militer deferens. Modus, In prima parte quasi de præ-  
 catione utens, non excusat se, sed quasi reus facit ora-  
 tionem,

tionem, & quasi miserum se confitetur, vt per hæc misericordiam moueat in iudice. In secunda parte, quæ incipit: Percussus sum vt fornax, enumerat miseria, quas patitur genus humanum. In tertia parte, quæ incipit: Tu autem domine, ostendit confidentiam quam habet, qui a miserijs istis eripitur. Et per quem? scilicet, per Christum, & filij seruorum dei cum ipso habitabunt, & semen eorum in seculum dirigitur. Intentio est, nos inuitare, vt sic peniteamus, vt peccata nostra, & alia deploremus. ¶ Ab oratione sic incipit: [Domine exaudi orationem meam, & clamor meus] id est, interior intentio, siue cum voce fiat, siue non, [ad te perueniat] id est, nullis obstaculis impediatur, quin ad tuam præsentiam conscendat. ¶ Dico clamor perueniat, & cū peruenit, non remaneat in exauditus. hoc dicit, [non auertas faciem tuam] id est, presentiam tuæ cognitionis [amē] sed meam humilitatem, & fragilitatem respice & [inclina ad me] infirmum [aurem tuam] id est, condescende meæ infirmitati, [in quacunque die tribulor] & hic notat se sæpe tribulari. Vix enim cessant iusto tribulationes, & tentationes diaboli. ¶ Quasi diceret: Sæpe tribulor, & in tribulatiombus inuoco, & [in quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.] ¶ Et opus est vt exaudias quia [dies] humanæ vitæ [mei] acti in peccatis, & miseria, qui sunt [sicut fumus,] sicut enim fumus ex igne, & quanto magis accendit, tanto magis euanescit, ita mali actus humanæ vitæ ex ardore concupiscentiarum procedunt, & oculos cordis excæcant, & quanto magis ascendunt, tanto magis a dignitate veri luminis detraherentur, [defecerunt] quia nihil veræ utilitatis attulerunt, [ & ] item propter hoc opus est exauditione tua, quia [omnia mea auerunt] anime scilicet ro  
bera

bora, id est, ipsa ratio aruit, id est consentiens volupta-  
 ti carnis deficit à robore suo, scilicet à continentione veri-  
 boni [sicut cremium]. In hoc maxima notatur ari-  
 ditas, quod ipsa anima perdita pinguedine propria, &  
 illuminatione dei, implicata multis peccatis, digna, &  
 habilis reputetur cremari. ¶ Percussus sum pars secun-  
 da. Bene dico quod dies defecerunt, quia ego qui erā  
 secundum naturam, & primam creationem, ut scōnū ]  
 viride, & floridum, [percussus sum] à diabolo, quasi à  
 malo, falcatore, dū ] me & parētes meos ad peccatū im-  
 pulit, per quā perdidī virorē meum, & flores iustitiæ  
 & tunc [aruit cor meum,] carens illuminatione, gra-  
 tia interiora fouente, ideo aruit, [quia oblitus sum co-  
 mēdere panem meum] id est ut contemplatione dei,  
 quā esset perfecta refectio, fruerer. ¶ Ecce incipit ostē-  
 dere pēnitens iste satisfactionem pro delictis, dicens,  
 a voce, quasi dicat, Ego percussus sum a diabolo, obli-  
 tus sum comedere panem meum, & ideo certe gemui  
 & interim quod gemitus in vocem prorupit, & dein-  
 de corpus ita maceraui, quod ossa feci adharere cu-  
 ri, hoc dicit, [a voce gemitus mei] id est, propter nimi-  
 um gemitum [adhaesit os meum carni meæ] id est cu-  
 ri meæ, vel interim gemui pro peccatis meis, & proxi-  
 morum, quod os id est, fortior pars corporis mei, scilicet  
 & ecclesie, adhaesit, id est, condescendit condolendo,  
 & commiserando carni meæ id est, mollioribus, & in-  
 firmis de ecclesia, sicut Apostolus dicit, Quis infirma-  
 tur, & ego non infirmor. Et [similis factus sum peli-  
 cano solitudinis] quia genus est pellicani, quod ha-  
 bitant in stagnis, ad cuius differentiam hic dicit, soli-  
 tudinis. Iustus talis est natura, quod fugiens aliarum a-  
 tium, solitariā sibi eligat vitam, & sēper macer existat,

huic



huic comparat se pœnitens, qui loquitur secundū quædam membra sua, scilicet, eremitas, qui & solitudinē eligunt, & ibi multa se macie affligunt, [ factus sum ] secundum aliā membra, [ sicut nycticorax ] quæ habitat [ in domicilio ] scilicet, nec prorsus remota est. Nycticorax quædam avis est id est coruus nocticorax ut alij dicunt, noctua, quæ avis sibi escam in nocte acquirit, & est valde odiosa hominibus, quia dū cantat, mortem minari intelligitur, nec prorsus remota est à cōuersatione hominū nec ex toto cū eis habitat, huic cōparabitur iste generalis pauper, qui loquitur de se secundum mēbra illa, quæ nec ex toto conuersationē reliquerunt, nec omnino cum eis habitant. veluti boni viri, qui in seculo habitantes, se seculari conuersationi non consentiunt, & hi sunt quasi nocturna avis, quia in nocte vigilant, & orant, velut quod in die faciunt, ita est quasi in nocte fieret, quia fugiunt conspectum hominum, & in abscondito faciūt bona opa sua, sunt etiā infesti hominibus, quia minantur eis mortem, cū nolunt in eis capere exemplū bene uiuēdi. ¶ Similis factus sū istis, & propter hoc etiā [ vigilauī ], .i. sollicitus & curiosus fui de correctione mea, & proximorum meorum, [ & factus sū sicut passer solitarius ] qui fugitans laqueos, nidificat in tuto loco, scilicet, [ in recto ] Item, secundum quosdam, de corpore suo comparat se pauper iste pœnitens passer, in recto habitanti: quales sunt monachi, & boni canonici, qui comparantur passeri, quia calidi sunt in uitandis laqueis diaboli, & sunt solitarij, quia dimissis diuersitatibus huius seculi, solam unionem ecclesiæ sequuntur, qui habitant in recto, id est, in tuto loco, scilicet in consortio bonorum, per quorum exemplum, & admonitiones tuti sunt ab expugnatione inimici.

¶ Tota die

¶ Tota die, Adhuc enumerat miseras, quas humanū genus patitur: quasi diceret: Ego vigilabam, & talem me faciebā: & tunc [exprobrabāt mihi inimici mei] id est, obprobria dicebant mihi, & hoc [tota die]. i. assidue: etiā amici: hoc est quod dicit: [qui laudabant me] veluti simulati amici, [aduersum me iurabant] Per simile dicit: quia sicut aliqui cum persistunt contra aliquem, contra eū iurant, ita isti persistunt in derisione bonorum. ¶ Ideo exprobrabāt, non quod in me malum viderent, sed [quia cinerem], i. minutissima peccata, quæ sunt reliquæ maiorum peccatorum [manducabam]. i. cōsumebam [tanquam panem] quia tantam refectiōē inde habebam, quantā ex pane. Per cinerē ideo accipimus reliquias peccatorum, quia cineres sunt reliquie carbonum, per quos intelliguntur peccata, quæ exurūt corda: [ & poculum meum cum fletu miscebam] ad litteram. Flebat quidem iustus iste, attendēs. has necessitates comedendi, & bibendi ex peccato euenisse Adæ. Vel poculum accipimus dominicum calicem, qui cum lachrymis, & cōpunctiōe accipiendus est. ¶ Ideo sic faciebā, quia quasi præsentem videbam iram futuri iudicij: & hoc est: [a facie iræ tuæ]. i. propter præsentiam futurę iræ, in qua dānabis malos: & a facie [indignationis]. i. correctiōnis tuæ, quam in hac vita facis, non ad damnādum, sed ad purgādū prædestinatos: & benedico quod per indignationem corrigis, [quia eleuās] me in prosperitatibus huius vitæ, [allisisti me, multis tribulationibus: hoc dicit pauper qui hic loquitur, nō secundum omnia membra, sed secundū quędam. ¶ Bene dico me considerare futurā iram, quasi præsentem, quia [dies mei] mihi nihil vtilitatis afferentes, quia dies sunt [sicut vmbra] quia hic non habetur vera illuminatio,

## 330 D. HAYMONIS IN PSAL-

in qua declinatione, quæ ex peccato est, cognosco futuram iram, dies [declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.] ¶ Tu autem Pars tertia. Ego misérias sustineo, sed [tu dñe in æternū permanes, & memoriale tuū] .i. illud i signe factū, s. redēptio hūani generis per filiū, ppter quā tu teneberis in memoria hominū [in generatione] p̄senti duratura, [ & generatione] subsequente. ¶ Ex [tu] qui æternus es, qui videris dormisse, dū distulisti misereri, modo [exurgens, misereberis Sion], .i. ecclesiæ, & secure dico misereberis, [quia tēpus miserendi eius, quia venit tempus] .i. ap̄tudo tēporis, in quo debet misereri, ingeminādo, desiderium quod habet ex illa miseratiōe notat. Vere misereberis Sion, [quoniam seruis tuis] .i. apostolis, & alijs p̄dicatoribus, quorum est ecclesiam dei ædificare, [placuerūt lapides] .i. viui homines, qui sunt solidi, & frabiles, & in fide, & in bonis operibus, & apti vt ponāt in ḡdificio ei⁹ Siō. s. ecclesiæ [ & ] illi serui [miserebūt] exhortando, & condolēdo de peccatis, [terræ] .i. terrenorū, qui debēt esse [eius] Sion. ¶ Serui miserebūtur [ & ] per hoc [timebunt Gentes nomen tuum dñe, & omnes reges terræ] .i. quicunq; bene regunt suam terrenitatem, [timebunt gloriam tuam] .i. te, quia gloriosum cognoscent. ¶ Ideo timebunt, [quia dñs ædificabit] virtutibus [Siō] .i. ecclesiā, [ & videbit] tandē a suis [in gloria sua] .i. in eternitate, vel in p̄senti gloria videbit a suis, .i. agnosceretur a suis gloriosus. ¶ Vere ædificabit, quia [respexit] & respiciet audiendo [in orationē humiliū] qui nihil de se p̄sumūt, sicut respexit orationem publicani, & pharisæi, dico respexit, & etiam habuit vultum acceptabilē: & hoc est, [nō spreuit precē eorū]: dicēdo minus, plus intelligit: Vel, non spreuit orationem pro se factam, & non spernet precē factā



factam pro alijs, vel respiciet, & non ad horã, sed nunquam spernet. ¶ Dixi quia respexit, modo dicturus quomodo respexit, .i. per aduërum filij, quia dicturus rem magnam est, & in memoria tenendam admonet, dicens [scribantur], .i. memoriã firmiter commēdatur [in generatiōe altera], .i. in posteris nostris, vt ipsi sciant [hęc] quę dicturus sum, [ & ] pro his laudabit dominum populus qui creabitur. ¶ Hęc scilicet scribatur, [ quia ] dñs [ prospexit ] .i. illos, qui procul erāt a cognitione dei, .i. gētiles misericorditer visitauit [ de excelso sancto suo ], .i. de humanitate filij sui, quę fuit excelsa, quia ab omni peccato immunis, & ipse [ dñs in terram aspexit ], .i. illos qui culta erāt terra: sicut Iudei quos propinquos visitauit: sicut Apostolus ait: Veniens euangelizauit his qui prope erant, & his qui longe, & hoc [ de cœlo ] de ipsa scilicet humanitate Christi, in qua ipsa celata fuit diuitas. ¶ Ad hoc prospexit [ vt ] per ipsum mediatorem filium [ audiret gemitus compeditorum ], .i. eorum, qui non lasciuiunt per plures huius vitę, sed sunt ligati pręceptis dei: ad hoc audiret, [ vt ] ipsos [ filios interemptorū ], .i. patrū mortuorum in peccatis [ solueret ] a vinculo peccatorum pro quibus gemebant. ¶ Ad hoc solū, [ vt ] ipsi soluti [ annuncient in Sion ], .i. in pręsenti ecclesia, [ nomen dñi, & in Hierusalē ], .i. in futura, quę est visio pacis, annunciet laudem eius [ domini ], .i. laudabilē ostendant. ¶ Dico annuncient, & hoc non paucis, sed [ in conueniēdo populos in vnum ], id est, congregando, id est, in congregatione populorum. Vel, in conueniēdo id est, alloquendo populos in vnum id est, ducendo eos in vnam voluntatem, & fidem: [ & ] etiam conueniēdo [ reges ], .i. maiores, ad hoc [ vt seruiant domino ], ¶ Dñs aspexit terram, & [ ipsa respondit ei ]

Eph. 2.

Rom. 8

vocanti, assentiens suæ vocationi, & subseruiens, & ambulans [in via], i. in præceptis dei, bona operatione: via dico [virtutis suæ] i. in qua se ostendit virtuosam, quia nulla tribulatione ab ea separari potest. [Vnde Apostolus: Neque mors, neque vita poterunt nos seperare à charitate dei: respondit dico, ita dicens: domine [nuntia mihi] id est, fac me intelligere [paucitatem dierum meorum] i. breuitatem humanæ vitæ: vt ea cognita festinem ad vitam æternam. ¶ Et me curretem ad vitam æternam [ne reuoces] à cursu illo, hoc est, ne subtrahas gratiam: quia tunc subsisterem ego [in dimidio dierum meorum] tantum. i. solam humanam vitam æternam in temporalibus bonis haberem: quæ vita dicitur dimidia id est, imperfecta. Vel dies possumus hic accipere vitam iustorum, quia in ea habetur vera illuminatio: vt sic dicatur: Ne reuoces me à cursu æternæ vitæ, vt tantum sim in dimidio dierum meorum. i. vt solūmodo habebam præsentem vitam iustorum: quia ipse est dimidia, id est imperfecta, & inuulilis, nisi æterna vita succedat: dies mei sunt dimidij, sed [anni tui] id est, æternitas: quam designat nomine anni: non propter mutabilitatem, quæ ibi nulla est, sed propter longitudinem: sunt [in generatione] præsentis [ & ] durabunt in [generatione succedenti, hoc est, æterni sunt. ¶ Initio tu domine terram fundasti. Bene dico quod anni tui sunt æterni, quia tu domine nec initium habuisti, nec finem habebis: qui quod initium non habuisset, ostendit, cum dicit eum terram fundasse: ex quo constat quod ipse ante terram fuit, & inde dicit: [domine tu terram fundasti] & hoc [initio] i. in prima creatione [ & cœli ] materiales [sunt opera manuum tuarum] quia tu eos fecisti: sed ideo ita expresse dicit, opera manuum tuarum, quia quod dignius opus est, ascribitur

tur personæ artificis. ¶ Ostendit deum sine fine esse, quia post omnia erit, cum dicit [ ipsi ] cœli [ peribunt ] : non quod substantia pereat, sed qualitates mutabuntur. Hæc quidē inferiora, quæ ex nostra habitatione corrumpuntur, per ignem purgabuntur: ipsum etiam firmamentum mutabitur, quia stabile fiet: dico cœli peribunt, [ tu autem ] domine in æternum [ permanens ]. Ostendit quomodo peribunt, dicens: [ & omnes sicut vestimentum veterascēt ] quia secundum corruptionem hominū ipsa elementa corrumpuntur: veluti terra, quæ iam minus fertilis est quàm prius, aer minus salubris. ¶ Et [ tu ] [ mutabis eos sicut opertoriū ] mutatur, quando recipient aliam qualitatem: & illa immutatione permanēs immutatio erit, & hoc dicit: [ & mutabuntur ] .i. in illa immutatione permanebunt: non erit sicut quidam hæretici voluerunt, quod aliquando redirent elementa ad pristinam faciem, & item homines ad habitationem terræ: ipsos mutabis, [ tu autem idem es ] .i. immutabilis, [ ipse ] id est, omnipotēs: [ & anni tui ] in quibus tu viuis, [ non deficiēt ] quia æterni sunt. Vel possumus cœlum & terram intelligere allegorice, vt sic dicamus: Dico ne reuoces, & securus sum propter bona initia quæ tu iam fecisti, quod non reuocabis: quia o domine tu fundasti terram, id est, ecclesiam, initio, id est, per filium, vel à primo iusto Abel & cœli, id est, altiores viri in ecclesia, qui continent secreta cœlestia, sunt spiritualia opera manuum tuarū, in quibus maxime apparet dominus laudabilis: ipsi cœli peribunt morte temporali, tu autem deus permanes, & omnes illi verascent, senescant, & corrumpentur corpore, sicut vestimentum quod atterit, & tum immutabis eos, quādo indues eos in corruptione, & immortalitate, sicut opertorium vetus renouatur & mutabuntur.



## 334 D. HAYMONIS IN PSAL-

tur id est, illa noua immutatio permanebit in eis, tu autem idem es, & anni tui non deficient. ¶ Anni tui sunt æterni, in qua æternitate [habitabunt filij seruatorum tuorum] id est, imitatores sanctorum apostolorum, [ & semen eorum ] id est, bona operatio ipsorum, [ dirigitur ] à te de virtute in virtutem in præsentem, & [ in seculum ] futurum dirigitur: quia tunc non cessabunt à laude dei, & hic ostenditur lætus finis penitentium, sicut in alijs penitentialibus.

## IN PSALMVM CII.

Titulus. Psalmus ipsi Dauid.

**B**enedic. I. ] Psalmus iste conuenit Dauid prophete, qui hic loquitur. Materiam habet laudes dei. Modus: In prima parte exhortatur ad laudandum deum, propter collata beneficia. In secunda, quæ incipit: Notas fecit vias suas: ostendit laudes dei in beneficijs prioribus collatis patribus: In tertia, quæ incipit: Benedicite domino omnes angeli eius, ostendit deum laudari ab angelis, & ab omnibus creaturis. Per hæc omnia intendit nos inuitare ad laudem dei. ¶ Ac si diceret: o [ anima mea ] quæ multis curis implicata es, & alijs impedimentis seculi, dimissis omnibus istis, [ benedic domino ] .i. lauda dominum, & amplifica laudes eius, & secundum omnes vires, & hoc dicit [ & omnia quæ intra me sunt ] benedicant [ nomini sancto eius ]. ¶ Et hoc quia videt maxime faciendū, & in hoc perseverandum, ingeminat dicēs, [ benedic anima mea domino ] & supponit causas, dicēs: [ & noli obliuisci omnes retributiones eius ] id est, beneficia que ipse reddit contra malefacta quæ facimus ei. ¶ Exequit retributiones illas, cum dicit [ qui propitiatur omnibus iniquitatibus suis scilicet, condonat tibi peccata, & alia retributio, cū dicit: [ qui sanat omnes infirmitates tuas ]

tuas hoc est, ita stabilem te facit, vt iam tentationibus  
 diaboli, nec aliquo graui peccato permittit te impe-  
 diri. Vel, sanat infirmitates tuas, quia tandem libera-  
 bit te à corruptibilitate. ¶ Aliud item beneficiū quod  
 dicit [qui redimit] per pretium sanguinis sui [vitam  
 tuam] id est, ipsam animam [de interitu] id est, ne  
 tandem aeternaliter pereat [qui] etiam [coronat te] in  
 presenti [in misericordia & miserationibus] id est,  
 multis beneficijs per misericordiam collatis. Possunt  
 hæc dici de futura vita, sic: Qui redimit, id est qui liber-  
 rat de interitu vitam tuam, ne audias sententiā cum  
 malis: Ite maledicti in ignem aeternum. Qui coronat  
 te, quia ibi ornabit te misericordia, & miserationibus  
 id est, per misericordiam beneficijs datis. ¶ Item alia  
 retributio, cum dicit, [qui replet] in hac vita [desi-  
 derium tuum in bonis] quia multiplicat iustitias  
 tuas pro voto tuo, vel de alia vita dicatur, vbi deside-  
 rium iusti in nullo fallitur, [renouabitur] etiam in  
 hac vita, [vt aquila iuuetus tua]. Natura aquilæ est,  
 vt in senio tantum ei excrescat rostrum & vngues,  
 quod non possit se cibo reficere, ascēdit autem & tūc  
 aduersus solem, donec pennæ suæ calore exurantur,  
 & deinde decidat in viuam aquam, vnde exiens acuit  
 ad petram rostrum & vngues, & postea cibum capi-  
 ens, iuuenescit: ita nos occupati multis peccatis, cum  
 tenemur in vetustate Adæ, accedimus ad Christum,  
 qui est verus sol, cuius calore & infusione gratiæ, pec-  
 cara nostra exurantur, & inde aquis baptismi laua-  
 mur, inde rostrum incuruum, id est, malam con-  
 suetudinem nostram illidimus, & confringimus pe-  
 træ, id est, Christo, cui nos conformantes, vetusta-  
 tem deponimus, & iuuenescimus: vel possumus di-  
 cere de talia vita, vbi iuuentus nostra renouabitur,

Matt. 29

Rom. 12  
Ezech. 9  
Deut. 32

quando impassibilitate & immortalitate induemur,  
¶ Bene dico, replet desiderium, quia ipse est [ dominus  
faciens misericordias: & ] etiam faciens [ iudicium ] .i.  
vindictam [ omnibus iniuriam patientibus ]. Vnde  
Apostolus: Mihi vindictam, & ego retribuam dicit do-  
minus. ¶ Notas. Pars secunda: Dico replet desiderium  
tuum, & ipse dominus [ fecit Moyse notas vias suas ]  
id est, precepta sua: & per ipsum Moysen notas fecit  
[ filijs Israēl ] .i. populo Iudaico, [ voluntas suas ] .i.  
quid deus veller facere populum illum. ¶ Et ipse [ do-  
minus ] est [ miserator ] .i. exhibens multos effectus  
misericordiae .i. multa beneficia, quae cōfert nobis sine  
merito nostro: [ & ] idem dominus est [ misericors ]  
in natura sua [ longanimis ] quia expectat nos diu ad  
pœnitentiã: [ & ] idem ipse est deus [ multum miseri-  
cors ] quia quotidiana, & innumerabilia peccata con-  
donat nobis. ¶ Et cum dñs hæc beneficia faciat nobis,  
an ne [ in perpetuum irascetur nobis: non ]: quia licet  
in præsentī videatur iratus, dum permittit nos tribu-  
lari, tamē ira illa non erit perpetua, sed tandē eripiet  
nos ab omni pœna: & non tantum non irascetur, sed  
quod minus est, [ neq; in æternum cōminabitur ] qui  
em̄ modo minatur nobis, dicens: Nisi cōuersi fueritis,  
morte moriemini, quandoq; blandus & mitis appa-  
rebit nobis. ¶ Bene dico q; dñs longanimis sit, & mise-  
ricors, quia [ non fecit nobis secundū peccata nostra ]  
.i. originalia, vt nos damnaret, sicut peccata exigerēt,  
[ neq; ] etiam [ retribuit nobis secundum iniquitates  
nostras ] actuales, quae exigerēt, vt nos semper in ma-  
iores vitiorū profunditates deijceret. ¶ Bene dico nō  
retribuit secundum iniquitates, [ quoniam ] potius cō-  
trarium fecit [ corroborauit ] .i. immutabiliter dedit  
[ misericordiam suam ] remissionem peccatorum, &  
alii



alia quæcunq; beneficia, [super timentes se] id est, de  
 supernis venit illa misericordia. Vel cum dicit, super,  
 possumus intelligere, quod amplior sit illa misericor-  
 dia, quam dignitas accipientium: & hanc scilicet mise-  
 ricordiam dedit [secundum altitudinem cœli à terra]   
 quia sicut cœlum altius & dignius est quàm terra, & ir-  
 rigans facit eam fructiferã, ita misericordia dei digni-  
 or quàm sint illi qui recipiunt, & pluens spirituali ro-  
 re corda eorum, fructificare facit. ¶ Bene dico quod  
 deus corroboravit misericordiam, scilicet, quia [lon-  
 ge fecit à nobis iniquitates nostras] intantum, [quã-  
 tum ortus distat ab occidēte]. Bene quidem nos cõ-  
 parat occidenti, quia dum in peccatis fuimus, quasi oc-  
 cidens eramus: quia cognitione, & splendore veri So-  
 lis, qui est deus, nõ illuminamur, remotis vero iniqui-  
 tatibus, quasi oriens facti sumus, quia iam splendore  
 Solis iustitiæ irradiamur. ¶ Dico longe iniquitates fe-  
 cit, & etiam postea cum deliquimus, [misertus est do-  
 minus timētib; se, quomodo miseret pater filior;].  
 Sicut enim pater aliquando blande consolatur filios,  
 aliquando voto pie recordationis castigat, ita deus se  
 timentes, ideo quidem miseretur, [quoniam ipse co-  
 gnouit figmētum nostrum]. i. de fragili materia nos  
 cognouit esse, quia nec per nos tentationibus possu-  
 mus resistere. ¶ Bene dico cognouit nos figmentum,  
 quia confortando nos, [recordatus est] qui videba-  
 tur oblitus, dū nos permisit in peccatis detineri, [quo-  
 niam] secundum nos [pulsus sumus] scilicet, nos col-  
 ligati vinculo fidei vel charitatis, nec etiã per nos suf-  
 ficientes vento diaboli, & quia [homo] est [sicut fœ-  
 num] id est, res quæ cito deficit & arescit, [dies] etiã  
 [eius] hominis velut fortitudo & splendor, quæ est  
 in iuuentute [efflorescit] priuatiue dicitur, scilicet, ef-  
 ll v florebit

florebit, & marescet: [sic] id est, tam leuiter [tāquam flos agri]. Vel, efflorebit proprie, sed hoc transitorie: & hoc est quod dicit, sic tāquam flos agri. ¶ Et recordatus est, [quoniam spiritus] id est, anima spirans in ipso homine, [pertransiuit in illo] id est, non permanet in eadem cognitione, sed semper transit ad diuersa, sed [etiam] ille spiritus [non subsistet] id est, non permanebit in homine, quia per mortem discedit ab omni homine [ & amplius ] in hac vita [non cognoscet locum suum] nō uiuificabit corpus hoc mortale. ¶ Homo quidem sic fragilis est, [misericordia autem domini ab aeterno, & vsq; in aeternum est] permanens [super timentes eum. ] ¶ Misericordia est super timentes eum, [ & ] per illam misericordiam [iustitia illius] est [in filios filiorum]: & per ipsam misericordiam iustificabuntur non tantum praesentes filij, sed etiam succedentes, iustitia illius est in filios filiorum: non omnibus data, sed [his qui seruant testamentū eius] id est, his qui solcite & bona voluntate legem dei perseruantur. ¶ Et ] post inquisitionem [memores sunt mandatorū ipsius] non tantum ad audiendū, vel recitandum, sed [ad faciendū] id est, complendum [ea. ] ¶ Dixi dominus misericors est, & iustificat, sed tamen ipse [dominus parauit sedem suam in caelo] id est, in summis sanctis, in quibus sedeat iudicās, [ & regnum ipsius omnibus dominabitur ] quia nullus poterit resistere imperio eius. Postquam monuit nos multis beneficijs dei laudare ipsum, admonet etiā nos per terrorem iudicij, quod mali effugere non possunt, ut a laude ipsius non desistamus. ¶ Benedicite domino. Pars tertia. Quandoquidem dominus talis est, ergo vos [omnes angeli eius benedicite] huic [domino]: nō propter hoc utis ur, ppheta verbo ipe rationis, q̄a propter  
suum

suum imperium laudēt angeli, vel cessent à laude dei, sed videns assidue laudare deum, gaudens de illa laudis familiari dilectiōe, admonet deum laudare: & determinat quos vocet angelos eius, dicens [ potentes virtute ] quasi diceret: Vos demones, qui irrecuperabiliter cecidistis per superbiam, non moneo deum laudare, sed illos qui in obediētia perstiterūt, & ideo perseverāt persistentes in charitate multa, quos dicit potentes virtute, determinat, dicens: [ facientes ] id est, adimplentes, [ verbum illius ] id est, mandatum dei, non quod elementari voce illis præcipiatur, sed hoc faciunt quod deum velle intelligunt: facientes verbum dico [ ad audiendam vocem ] id est, ad hoc vt faciant et intelligant faciendam ab omnibus vocem [ sermonum eius ] id est, mandatorum dei, vel facientes verbum illius, vos dico paratos, et intentos ad audiendam vocem sermonum eius id est, vt intelligatis quid vobis præcipiat deus. ¶ Nec tantum moneo vnum ordinem angelorum laudare deum, sed [ omnes virtutes eius ] id est, omnes ordines angelorum [ benedicite domino ] licet angeli vnius ordinis proprie virtutes dicantur, tamen virtutes commune nomen accipitur omnium ordinum, vos dico [ ministri eius qui facitis voluntatem eius ]. Complēt enim angeli in terra hoc quod deum velle intelligunt: veluti Gabriel angelus missus ad Mariam virginem. ¶ Benedicite domino Lucæ. i. omnia opera eius ] id est, præbere mihi materiam benedicendi dominum: et tu [ anima mea benedic domino ] considerans ea quæ sunt [ in omni loco dominationis eius ]. Mali enim quos expectat per misericordiam dominus, sunt mihi causa benedicendi domino. Vel sub alia constructione potest legi sic:

Omnia



Omnia opera eius existentia in omni loco eius dominationis, bene dicite domino, quasi si aliquid extra dominationem eius est, illud non sit mihi materia benedicendi domino: & propter omnia hæc opera benedic anima mea tu domino.

## IN PSALMVM CIII.

Titulus. Psalmus ipsi David.

**B**enedic. II. ] Hic loquitur propheta, & habet materiam creatorem, & vniuersam creaturam. Ostendit enim quomodo deus hæc creata in mundo disposuit, non tamen quod de sola materiali dispositione hic agatur, sed per istam materialem intellexit propheta aliam spiritualē, quam facit deus in animabus fidelium, sicut ipse in aliquibus locis innuet, quæ spiritualis dispositio hic accipitur in materia, sicut & spiritualis dispositio in anima. Modus in prima parte ostendit quomodo deus disposuit cælum materiali dispositione, & qd mystice in eo intelligamus, legendo exponemus. In secunda parte, quæ incipit: Hoc mare magnū, ostēdit quomodo deus disposuerit. In tertia parte, quæ incipit: Sit gloria domini in seculum, ostēdit deum laudandum propter huiuscemodi dispositionem, & admonet alios ad laudandum deum: & hæc est sua intentio. ¶ Ad quod vt ipse alijs in se exemplū præbeat, sic exhortatur animam suam: [Benedic anima mea domino], quasi diceret, considerans mirabilia quæ fecit dominus, lauda eum, & alijs notifica. Est autē deus laudādus pro recreatione magis, quàm pro ipsa prima creatione. Modo facit apostrophē ad ipsum deum, dicendo sic: O [Domine deus] Bene debet te benedicere anima mea, quia tu [es magnificatus] id est, magnus à fidelibus tuis iudicatus: non em̄ deus in natura sui potest vel magnificari, vel minorari, sed  
fidelis

fidelibus suis tanto maior & minor apparet, quanto  
 magis in cognitione ipsius multiplicatur, & hoc [ve-  
 hementer] id est, inscrutabiliter. Nullus quantūcūq;  
 perfectus, potest magnitudinem dei comprehendere.  
 Cum dicit, deus meus, innuit quod ipse deum sibi val-  
 de familiarē habet, & ideo idoneus sit qui debeat be-  
 nedicere dominum. ¶ Bene dico quod magnificatus  
 sis, quoniam tu deus omnia creasti, & hoc est, [confes-  
 sionem & decorem] id est, creaturas istas quæ dicuntur  
 confessio & decor, quia decorum ostendunt crea-  
 torem suum, vel quia ipsæ res, quantum ad naturam  
 suam, quæ creatæ sunt pulchræ & decoræ sunt, hęc ta-  
 men confessionem [induisti] nudus quidem, & inor-  
 natus, & nulli cognitus erat deus antequam creatu-  
 ras faceret, sed eas postea induit, quia p̄ eas cognitus  
 & ornatus apparuit, tu dico [amictus lumine] id est,  
 creaturis per habitationem tuam, qui verum lumē es,  
 factus luminosus, [sicut vestimento] quia ipsius cre-  
 aturis ornaris. Allegoricē hic per confessionem possu-  
 mus accipere fideles, qui dominum confitētur & lau-  
 dant. Decori sunt secundum munditiam vitæ suæ, in  
 quo etiam decorem eius cui seruiunt maxime osten-  
 dunt, eisdem est deus amictus, ipsis dico lumine, id est,  
 luminosus, secundum cognitionem quam habent de  
 deo habitatore, quia sunt ornamentum dei, sicut ve-  
 stimentum alicuius hominis: Vnde, ppheta: Viuo ego  
 dicit dominus, quia his omnibus sicut vestimento in-  
 dueris. ¶ Extendens cœlum. Ostendit dispositionem  
 cœli, per quam deus magnificatus apparet, dico indu-  
 isti confessionem, tu [extendes cœlum sicut pellem].  
 Sicut enim pellis totū animal inuoluit, ita cœlum to-  
 tum mūdum includit: tu dico, [qui tegis superiora e-  
 ius] cœli, materialibus [aquis]. Vnde alibi: Aquæ Gene 1  
 super

super firmamētum. Allegorice per cœlum possumus intelligere diuinam scripturam, quæ continet arcana cœlestia, quæ sicut pellis extenditur, quia nos vndiq; munit et protegit: cuius scripturæ superiora teguntur aquis, quia ipsæ scripturæ portant nobis quasi in manifesto aquas baptisimi, vt i ipsis peccata deponamus, et spiritum sanctum recipiamus. Attendendum, quod literam secundum figuram legimus: et ex aliquibus verbis allegoriam trahimus aliquādo, vel possumus accipere superiora eius scripturæ ipsa altiora præcepta scilicet, dilectionem dei et proximi, quæ tegit deus aquis id est, replet spiritualibus gratijs. ¶ Ostēdit alias dispositiones: extendens cœlum dico, tu [qui ponis nubem ascensum tuum]. Ad literam ita erat, quia angelus nunciaturus patribus nostris voluntatem dei, in nube descendebat, et ascendebat. Vnde in alio psalmo dicit: In columna nubis loquebatur ad eos. Et adhuc magnificum deum ostendit, cum dicit: [Qui ambulat super penas ventorum] id est, citius perficis voluntatem tuam, quam venti perficiant aliquem propositum cursum, vel quia tu deus vbiq; es. Venti scribuntur pennati et à diuinis poetis, propter agilitatem. Allegorice per nubem significamus Christum et alios sanctos, per quorum conformitatem ad deum ascendimus: per ventum pennatum, animas fideles accipimus, quæ agiles sunt, et mentis agilitate ad deum contemplandum volant, et pennatæ sunt multis virtutibus: super quos ābulat deus, quia et in ipsis est, et melior omnibus, et per ipsum adiuantem, ipsi promouentur. ¶ Alia dispositio, in qua magnificus et laudabilis apparet deus: quod dicit [qui facis spiritus] id est, ipsas angelicas creaturas, [angelos tuos] id est, ipsos nuncios. Spiritus enim nomen est ipsius substantiæ.

Psal. 98.  
Num. 22



substantia, angelus vero nomen officij: [et ignem vrentem] id est, ipsum ordinem angelorum scilicet, Seraphim, qui ardens interpretatur, facis [ministros] id est, per ipsos dispensas, & complēs voluntatē tuam in mundo. Ad allegoriam sic dicamus: Qui facis spiritus id est, spirituales viros angelos tuos, quia per ipsorum prædicationem annuncias nobis tuam voluntatem: et ministros tuos facis ignem vrentem id est, accensos, et plenos dilectione dei, vt etiam alios vrāt, et accendant ad dilectionem dei. ¶ Ostensa creatione et dispositione cæli: ostendit terræ creationem et dispositionem, in qua similiter magnificandus cognoscitur deus & laudabilis. Ac si diceret: Itē propter hoc es magnificatus, quia tu es ille [qui fundasti terrā super stabilitatē suā] id est, stabilē & firmā eam fecisti. Stabilitatē terræ accipimus ad literā, intelligētes ipsius grauitatē, & aëris circumfusi sustentationē: quæ terra [non inclinabitur in seculū seculi. i. non destruetur. Licet enim aliquando qualitas muretur, substantia tamē nunquā peribit. Per terram intelligimus ecclesiam, quæ fundata est super stabilitatē suā. i. Christū, & ipsa ecclesia non inclinabitur in seculum seculi, quia nunquam aliqua violentia diaboli destruetur. ¶ Terram fundasti, [eius] terræ [abyssus] scilicet Oceanus, est [amictus sicut vestimentum] id est, vndiq; circumdans [super montes] ipsius terræ] stabunt aquæ diluuij. Ascendunt enim aquæ diluuij super altissimum montem quindecim cubitis. Cum dicit propheta de aquis diluuij, quæ præterierant tempore suo, quasi de futuro annuncians, super montes stabunt aquæ, innuit nobis se potius de significato, quàm de figura nunc agere, et ideo inquirimus per omnia allegoriam: & secundum hoc quod terram accipimus ecclesiam, sic dicitur:

Eccle-

Genē. 7

Ecclesia non inclinabitur in seculum seculi, licet ab yf-  
 sus profundissimi in vitijs scilicet, sint amictus ei⁹, hoc  
 est, vestimentum id est, persequentes ecclesiam, & vn-  
 diq; eam persecutionibus circundātes, sicut aliquis ve-  
 stimento circundatur, & non tantum super minores  
 in ecclesia, sed etiā super montes, id est, super maiores  
 in ecclesia, veluti super ipsos apostolos, stabūt assidue  
 impugnātes aquæ, id est, persecutores demergere vo-  
 lentes, veluti Nero, qui corporaliter Petrum & Pau-  
 lum occidit, Aquæ stabunt, sed ipsæ aquæ [ fugient ab  
 increpatione tua ] sicut ipsæ aquæ diluuii recesserunt  
 & fugierunt à deo missis v̄tis increpatæ, & ipsæ aquæ  
 [ formidabunt ] id est, formidantes se ostendent, rece-  
 dentes in locum pristinum, [ à voce tonitruui tui ] id ē,  
 propter magnum ventorū flatum. Allegoricè sic: Per-  
 secutores ecclesiæ fugient, id est, cessabunt à persecuti-  
 one sua ab increpatione, id est, propter admonitiōē  
 tuam increpantem eos: & formidabunt ab his quæ se-  
 cerunt, territi à voce tonitruui tui, id est, propter com-  
 minationem futuri iudicij. ¶ Dico aquæ fugierūt, qui-  
 bus fugient, quibus fugientibus [ ascendunt montes,  
 & descendunt campi ] id est, alti apparent, non om̄es  
 in eadem altitudine, vel in eadē humilitate, sed [ in lo-  
 cum quem fundasti eis ] prout tu disposuisti eos. Vel  
 ad allegoriam sic: Cessantibus persecutionibus, mon-  
 tes, id est, prælati in ecclesia, ascendunt, eminent, & ma-  
 nifeste prædicabunt, & campi, id est, humiles, descen-  
 dunt, i. humiliter obediunt suis prælatis, & non om̄es  
 in eodem ordine, sed in locum quem fundasti eis, quia  
 altiores sunt in ecclesia aliij, q̄ sint aliij. ¶ Aquæ fugient  
 & illis [ posuisti terminum ] suum littora, [ quem non  
 transgredientur ] & ad quid hoc fiat ostendit, dicens,  
 [ neq; conuertentur operire terram ] .i. non amplius  
 diuini

diluvium occupabit terram totam. Similiter ad allegoriam  
 Posuit dominus terminum persecutoribus, quem non  
 transgredientur, quia nulli licet insanire, nisi quantum  
 permittit deus: neque deinceps operient terram, id est, nul-  
 la violentia destruent ecclesiam. ¶ Dico terminum po-  
 suisti, tu [ qui emittis fontes in conuallibus ] quia de  
 montibus fluunt fontes in valles, & [ aquarum ] fluentes  
 [ pertransibunt ] de loco ad locum [ inter medium mon-  
 tium ] quia a nullis potest retineri cursus eorum. Simi-  
 liter mystice emittit dominus fontes, id est, doctrinas  
 fluentes de montibus, id est, de sanctis apostolis, & alijs per-  
 fectis viris in ecclesia, in conualles, id est, humiles & sim-  
 plices viros edocendos, & confirmandos, & illarum aquarum,  
 hoc est, doctrinarum pertransibunt de regione in regionem,  
 & hoc inter medium montium, id est, superborum,  
 quia nullo modo superbi & potentes huius vite po-  
 terunt doctrinam dei cursum suum extinguere. Vel  
 inter medium montium, id est, sanctorum apostolorum  
 & aliorum perfectorum, quorum autoritatibus ipsa  
 doctrina circumfulcitur & custoditur. ¶ Aquarum dico ad  
 literam pertransibunt, & inde [ potabunt omnes be-  
 stiarum agri, onagri ] autem, id est, sylvestres asini, [ in siti  
 sua ] id est, quod naturaliter habent, [ expectabunt ].  
 Licet enim onagri sitiunt naturaliter, tamen ira fatui  
 sunt, quod videntes aquam, differunt sitim suam ex-  
 tinguerent. Ita allegorice de aqua, scilicet, de doctrina dei, po-  
 tabunt omnes bestiarum agri, id est, agrestes & bestialiter vi-  
 ventis de omni genere hominum, veluti gentiles, on-  
 gri autem, id est, Iudaei, pigri & fatui in siti sua, id est,  
 licet naturaliter sitiunt, & sibi promissum, Messiam di-  
 cant, tamen videntes ipsum, & eius doctrinam audi-  
 entes, non extinguunt sitim suam, quia ipsum Christum  
 redemptorem non credunt, sed expectabunt conuersi



ad ipsdm usq; in finem temporum. ¶ Dico aquæ pertransibunt inter montes, ad literam, & [super ea] scilicet, montes & aquas, [volucres cœli habitabunt, & dabunt voces suas de medio petrarum]. Similiter ad allegoriam, volucres cœli, id est, spirituales uiri, qui semper cœlum petunt, habitabunt super ea, quia reficient se illa cœlesti doctrina, & autoritate sanctorum montium: & sic refecti, dabunt voces suas, id est, laudes deo, de medio petrarum, id est, secundum autoritatem sanctorum apostolorum, & aliorum perfectorum. ¶ De montibus mittis fontes in cœuallibus: [montes] autem ad literam [rigans de superioribus tuis] id est, pluuia de cœlo ueniente. Vel si hic habemus, suis, erit in superiori litera, qui emittit: & quia sic rigas montes & ualles, ideo [satiabitur terra de fructu operum tuorum] id est, quæ fructum tu operaris. Ita ad literam: Cum montes, id est, altiores in ecclesia, cœpluant & irrigent inferiores sua doctrina: ipsos montes irrigat deus proprijs donis, & inspirationibus suis, & per hoc terra, id est, sancta ecclesia satiabitur & replebitur de fructu, id est, uirtutibus operum tuorum, id est, quas tu operaris in eis. ¶ Benedico satiabitur fructu, quia tu deus es [producens fœnũ] ad literam: [iumentis] id est, unde iumenta pascuntur [ & herbã ] producens [seruituti hominũ] quia pascuntur inde oues & boues, & alia pecora quæ seruiunt hominibus: uel ad allegoriam ita: Ecclesia satiabitur, quia tu deus es producens de ipsa ecclesia fœnũ, i. corporale subsidiũ, seruituti hominũ, id est, rationabiliũ. Facit enim deus ut aliqui in ecclesia beneficijs elemosynarum sustentent fatuos & inutiles, & bonos & rationales in ecclesia: præcipitur enim nobis, dare elemosynã omnĩ petenti. ¶ Ad literam: quasi diceret: Adhuc tu deus de terra producis fœnũ iumentis, &c. [ut] per hæc culta

Luc. 6. &amp;

¶

tua [educas panē] scilicet, frumentū, & talia, [de terra] [ & panis ] ad hoc educitur, vt [confirmet cor hominis] vt educas de terra vinū, [vinū cor hominis lætificet] sicut realiter videmus, potos homines uino, lætari. ¶ Et ideo producis fœnū, & alia prædicta facis, ut educas oleum de terra, ad hoc [ur in oleo] homo [exhilaret faciem] suā. Natura enim olei est, ut multū foueat carnem, & reddat hilarē, [ & panis cor hominis confirmet]. Possumus ad allegoriā ita dicere: Tu producis fœnū, hoc est corporalem sustentationē, ad hoc ut educas de terra, id est, de fidelibus illis, qui alijs bona sua cōmunicant: panem, id est, refectiōem in contemplatione dei. Cū enim alijs bona sua distribuunt, se dignos efficiunt, quibus deus cognitionē sui largiatur: & ad hoc item producis fœnū, ut ipsi capiāt uinū, id est, dominicū sanguinem: & illud uinū lætificet cor hominis interiorius. Letantur qui cognoscunt digne refectos dominico poculo. Item ad hoc educit fœnū, ut ipsi qui fœnū ministrant, ungantur oleo, id est, spiritu sancto: & vt exhilaret dominus faciem eorum interiorē in oleo, id est, quia exultantes & lætantes facit eos dominus per inhabitantem spiritum. Dixit superius, vt educas panem, & panis ille cor interioris hominis confirmet: confirmantur enim bonis operibus, quibus præbet cognitionē sui. ¶ Animalia ita beneficijs dei satiantur, & præter hoc etiā [ligna capi] ad licterā, beneficijs dei [saturabūtur]: ministrat enim deus & arboribus succū, & humores alios, per quos uiuunt, & fructum faciunt: saturabuntur [etiā cedri Libani quas plantauit] dñs, quoniam digniores & pulchriores inueniuntur cunctis alijs arboribus, ideo speciale op<sup>o</sup> dei dicūtur [illic]. i. in ipsis cedris [passeres

-nidificabant]. Ecce nec hoc sine dispositione dei fit  
 ¶ Herodius auis dicitur, cuius habitatio in aquis est,  
 & puratur eadem esse quæ est fulica. Vnde habet aliam  
 traslacio, fulicæ domus eorum, & secundum hoc dice-  
 mus, ita: Passeres nidificabunt in cedris [eorum] passe-  
 rum, [est dux] id est, delectans eos, & reficiens, [do-  
 mus herodij] hoc est, aqua ad quam veniunt passeres,  
 vt inde se reficiant, & balneent, [montes excelsi] sunt  
 [refugium ceruis] vt, quibus naturaliter placet mor-  
 tana, & cum venatores eos insequuntur, fugiunt ad  
 montes, [herinacis] id est, hirsuto animali, est [petra  
 refugium]. Dicitur etiam herodius auis nō aquatica,  
 sed valde rapax, & infesta hominibus, & habitat in pe-  
 tra, ad quam refugit, & secura est, si ingruat ei necessi-  
 tas: & secundum hoc dicitur, domus herodij, in qua  
 habitat herodius, dux est, id est, securitas & defensio e-  
 orum, id est, herodiorum. Ad allegoriam ita dicemus:  
 Non tantum illi perfecti viri pane dei, & alijs benefi-  
 cijs dei saturabuntur, sed ligna etiam campi. Alia trans-  
 latio dicit, syluæ, id est, syluestres, & inculi gentiles cō-  
 versi ad deum, saturabuntur pane dei, & alijs spirituali-  
 bus donis: & cedrus Libani, potentes, & alti, & candidi  
 dati in dignitatibus huius seculi, quas dominus plan-  
 tauit, quibus dominus dedit illas diuitias, non ad su-  
 perbiendum, vel ad opprimendum innocentes, sed vt  
 ostentent & defendant suis diuitijs ecclesiam, possunt  
 quidem diuitiæ digne haberi. Vnde Apostolus: Præci-  
 pe diuitibus, non superbe sapere, neq; sperare in incer-  
 to diuitiarum, sed in deo viuo, nō dixit prorsus abijciat  
 diuitias, sed ne superbiat: illic, i. in cedris sub potētib;  
 huius vitæ, passeres, id est, humiles, qui se paruifaciunt  
 veluti Monachi, & boni Canonici, qui faciunt nidos,  
 id est, cellas suas in beneficijs principum & potētum  
 eccle-



ecclesie patronorum, passeret. i. humiles, illi videlicet in  
 cedris. i. sub potentibus huius vitæ, nidificabunt. He-  
 rodij autem domus id est, aqua baptismi, est dux eorum  
 passerum, quia ducit eos passeret ad vitam æternam,  
 vel secundum sententiam qua diximus autem rapacem  
 herodium, dicemus, passeret illi nidificabunt in cedris  
 sed domus herodij. i. petra, quæ est Christus, dux eorum  
 herodiorum, id est, rapacium & pecorum huius vitæ,  
 quos ducit Christus, & regit, si ipsi ad eum conuertan-  
 tur. Montes excelsi. i. apostoli, & alij perfecti viri sunt  
 ceruis, id est, illis hominibus, qui vitant lutosâ loca &  
 spinosa, hoc est peccata, refugium, quia hi tales refugi-  
 unt ad authoritatem apostolorum, quia per eorum  
 exempla fidem suam custodiunt, & tuentur. Herina-  
 cius vero, id est, hirsutis & spinosis in peccatis, est petra  
 id est, Christus, refugium, cuius ducaru securi sunt ab  
 impugnatione diaboli. ¶ Præter has dispositiones, a-  
 lias [fecit] deus, [Lunam] materialem, duraturam  
 [in tempore]. i. quâdiu tempus erit, fecit [ & ] solem,  
 qui [sol cognouit occasum suum] quia per solem &  
 lunam [fecit deus vicissitudines tēporum]. ¶ Positis vi-  
 cissitudinibus noctis & diei, ostēdit q̄ deus disposuit fa-  
 cienda in nocte, & postea quæ in die. Quasi diceret  
 Sol cognouit occasum, quo occidente, [posuisti tene-  
 bras] veluti prope initium noctis: [ & ] deinde [facta  
 nox, id est, illa maior obscuratio, [in ipsa nocte [per-  
 transibunt omnes bestię syluæ] de loco ad locum.  
 Est enim dispositione dei tempus illud idoneum, in  
 quo illæ bestię sibi querant victū. ¶ Ostendit de qui-  
 bus dixerat bestijs scilicet, [caruli leonum] & ipsi le-  
 ones pertransibunt, & similiter aliæ bestię [rugientes]  
 & clamantes ad deum, ad hoc pertransibunt vt [ra-  
 piam sibi escam, & querant] eam [à deo.] Non enim  
 M m m̄ habēt

habent sibi cibum, nisi dei permissione. Puniens enim deus alicuius pauperis delicta, permittit ouem suam, uel aliquid tale à lupo consumi. ¶ Ortus est sol, ostensa dispositione noctis, ostendit dispositionē diei: quasi diceret: Ita fit in nocte, cum autem [ ortus est sol, & cōgregati sunt ] catuli leonum, [ & in cubilibus suis collocabūtur ]. ¶ Orto sole, & ita bestijs collocatis, [ exhibit homo ad opus suum, & ad operationē suam ] continuandam [ usq; ad uesperam ]. Possumus ita dicere ad allegoriam: Christus factus est refugiū herinacijs, id est, peccatoribus, per hoc quod fecit lunam, id est, Ecclesiam, quæ licet crescat, & descreseat sicut luna, tamen durabit in tempore: sol, id est, Christus, qui est uerus sol, cognouit occasum, id est, præsciuit mortem suam: & per hoc mortuus fuit, quia tu deus posuisti tenebras ignorantiae in cordibus Iudæorum, dum Christū medicum suum non cognouerunt: & facta est nox, id est, excaecatio in cordibus ipsorum, dum Christum in mortem dederunt, & in ipsa nocte pertransibunt omnes bestiae syluæ, id est, dæmones, late discurrent, putantes mortuo Christo, quæ uidebant causam totius iustitiæ, suæ potentiae omne humanum genus derelictum fuisse. Determinat per quasdam partes, quas hic accipiat bestias, cum dixit: catuli leonum, id est, minores dæmones, & mali eorū ministri, q pertransibunt rugientes, id est, frendentes, ad aliquos deuorandum: ad hoc pertransibunt, ut rapiant, & quærant à deo escam sibi, scilicet, aliquos quos possint sibi incorporare, & hoc à deo: nullum enim, nisi dei permissione possunt deuorare. Permisit autē deus iusto iudicio Iudam diabolo incorporari, & alios similiter. Ex morte Christi ita fuit, sed postquā ortus est sol, id est, resurrexit Christus, qui quasi sol oriens mundū illuminauit: tunc con-

gregati

gregati sunt daemones: non quod localiter conuenissent, sed per simile dicitur: quia sicut aliqui fugientes praesentia alicuius potentis uictoris, ita daemones, qui Christi esse uolebant dimissis, recesserunt ad suos: & tunc in malicia pertinaces, in cubilibus suis collocabuntur, id est, quiescent in illis, qui sunt proprie cubilia eorum, scilicet in illis, qui obdurati & perseverantes in peccatis, nullo modo ad fidem uolunt accedere: illi collocabuntur in cubilibus suis, homo autem rationalis exibat ad opus, id est, manifeste operabitur: opus dico, suum, hoc est, rationali viro congruum, uidelicet bonum opus, & ad operationem suam continuandam usque ad uesperam. ¶ Quandoquidem o deus haec omnia perfecta fecisti, & corporaliter, & spiritualiter, ergo o [dñe magnificata sunt opera tua] id est, mirabilia, & magnifica sunt cognita, & [quam] magnificata ineffabiliter: ideo dico magnificata, quia [in sapientia] id est, sapienter [fecisti oia]: omnia enim ineffabili dei prouidentia sunt disposita: ideo etiam sunt magnificata, quia [terra repleta est possessione tua] multitudine habitantium. ¶ Pars secunda. Hoc mare magnum. Quasi dicat: Caelum, & terram domine sic disposuisti, & [hoc mare]: ita dicit, quasi praesens ostendat: mare dico [magnum] in sui natura, [ & spatiosum] id est, amplum [manibus] nauigandum, in quo similiter possunt nauigare multi, [illuc]. i. in hoc mari, sunt [reptilia] id est, marina monstra, [quorum non est numerus] certus apud aliquem hominem. ¶ Reptilia non possunt numerari, sed hoc unum possum de illis dicere quod illa reptilia pusilla, & magna sunt: hoc est quod dicit: [aialia pusilla cum magnis]: & quauis tot sint monstrum in mari, tamen [illuc naues pertransibunt] illas. ¶ In illo mari est [draco ille] mirabilis, infinitae magnitudinis, & leuiathan appellatur, [quem tu formasti ad



Iob. 3

Esa. 27

illudendum ei ] ad hoc vt ei illudatur. Licet enim tantus sit, & voracissimus, tamen ante eum naues illas, deo illum vrgēte, prætereunt, & [ hæc omnia ] scilicet draco, & animalia [ expectant à te, vt des illis escam in tempore ]. Vel possumus sic continuare: Tu deus qui fecisti æterna in sapientia, fecisti manibus tuis hoc mare. Allegorice per mare hoc seculum accipimus, quod est magnum, & spatiosum manibus operātium, quia semper patet laborātibus: illic, id est, in hoc mari, sunt reptilia. i. dæmones, & eorum ministri, quorum non est numerus, reptilia. s. animalia pusilla, & magna, sunt enim dæmones alij maiores alij, non substantia, sed potestate, illic, id est, in hoc mari, sed in mundo pertransibunt naues. i. ecclesiæ, quæ cõrunduntur huius mundi fluctibus, tamen non submerguntur: & alibi, id est, in hoc mundo, est draco iste. i. principalis diabolus, scilicet, Beelzebub, qui per Leviathan significatur, quem prima creatione creasti bonū, post causam vero formasti ad illudendum. i. illusibilem fecisti, illud enim ei etiam meretrices facient, quas in scedis vitij silaqueatas cum fortius tenere putat, ipsæ ab illius manibus elabūtur, & per penitentiam in Christo corpus raducuntur, & hæc omnia, scilicet draco, & alia expectant à te, vt des illis escam in tempore opportuno. Oportunum enim tempus habuit, cum dominus Iudam in manibus illius tradidit. Hæc omnia à te expectant escam, & [ dante te illis ] escam, ipsi [ colligent ] tam animalia, q̄ homines, [ te ] autem [ aperiente manum tuam ] id est, dante te auxilium, [ omnia implebuntur bonitate ] id est, liberatione, & auxilio, per bonitatem dei sibi impensa, quia neq; dæmones sibi conformare homines, deo præbēte auxilium, neq; ipsa animalia poterunt corporaliter nocere. ¶ Te dante implebunt

plebuntur bonitate, at si ipsi præsumant, tu auertes te ab eis, & sic turbabuntur, & hoc est, [auertēte auiem te faciem tuam] id est, subtrahente gratiam, [turbabuntur], .i. cognoscēt se nihil esse, & [auferes spiritū] ab eis superbiæ, qui est [eorum] scilicet, quem nō ex deo, sed ex se habent [ & deficiēt ] à superbia præsumptionis [ & impulsorem suum reuertentur ], .i. mouebuntur. Vel allegorice reuertentur in puluerem, cum redeunt ad humilitatem, & nihil ex se faciunt, sed materiam vnde sunt, cinerem, & puluerē esse cognoscūt. ¶ Ipsi moriuntur, & tu [emittis spiritum tuum] sanctum spiritum, vel angelum. Canet enim tuba, vocās mortuos ad iudicium, [ & ] tunc [creabuntur], .i. immurabuntur, [ & renouabis faciem terræ ] Vel ad allegoriam secundum hoc quod dicimus puluerem redigi ad humilitatem, sic dicemus: Ipsi reuertentur ad puluerem. .i. ad humilitatem, & tu emitte spiritum sanctū tuum in corda eorum, & per hoc recreabuntur ad bene operandū, & sic faciem terræ. .i. mētē eorum, qui prius terrenis nihiabant, conformando, nouam tertiam facies. ¶ Sit gloria. Pars tertia. Couinuatio: Quandoquidem dominus hæc omnia operatur, ergo [sit gloria domini in seculum], .i. vos omnes ostendite dominum gloriosum, & hoc non ad tempus, sed in seculum. .i. in æternū, & deberis glorificare eum, quia ipse & multa opera fecit, & ea bona, & hoc dicit: [ lætabitur dominus in operibus suis ], ostendit esse bona opera, de quibus lætabitur deus. ¶ Lætabitur in operibus suis, his scilicet, quod in respectu eius terra tremuit. montes fumigant, & hoc est, [ qui respicit terrā ], .i. uisitat misericorditer minores de ecclesia, [ & facit eam tremere ] de peccatis: qui [ tangit ] etiam aliqua persecutione, vel comminatione [ montes ], .i. potentes [ &

fumigāt ] id est, lachrymosa cōpunctione peccata plo-  
 rant. ¶ Et quia tantus est dominus, quicquid faciāt  
 aliī, ego [ cantabo domino ] uoce, & deuotione: hoc  
 [ in uita mea ] id est, non ad horā, sed in totā uita mea  
 & etiam [ Psallam ] id est, bene operabor [ deo meo ]  
 id est, non ad laudem meam, sed ad honorem dei mei  
 & hoc [ quandiu sum. ] ¶ Et non tantum cantabo mi-  
 hi, sed etiam annuntiabo alijs: & utinam hoc tale [ elo-  
 quium meum sit ei iucundum ] ei quidem erit meum  
 eloquium iucundum, [ ego uero delectabor in domi-  
 no ]: & hic notatur familiaris uicissitudo inter deum,  
 & hominem. Si enim habeat homo delectationem in  
 deo, & ipse deus statim delectabitur in homine. ¶ Ego  
 delectabor in domino, & utinam aliī peccatores fiant  
 mihi similes: & hoc est: [ deficiant peccatores a terra ]  
 id est, a terrenitate, ut iam terrenitatem nō appetant,  
 [ & iniqui ] conuertantur [ ita ut non sint ] quod non  
 sint quod prius erant: & pro his omnibus beneficijs  
 dei [ benedic anima mea domino. ]

## IN PSALMVM CIIII.

Titulus. Alleluia.

Apo. 19.

**C**onfitemini ]. Notandū quidem, quod alleluia  
 non est uox humana, sed prophetæ, & aliī san-  
 cti uiri, sicut beatus Ioannes raptus in extasi, au-  
 dierunt cantantes alleluia angelos: nec potest aliqua  
 una uoce uox illa interpretari: & in hac uoce alleluia  
 continetur utrunq; & nomen dei, & laus: nec simplici-  
 ter, sed cum exultatione. Quod dicit, ia, nomen domi-  
 ni est: quod dicit, allelu, laudem cum exultatione desi-  
 gnat. Cuicunq; autem psalmo talis titulus prescribi-  
 tur, in eo facta dei laudabilia continentur. In hoc au-  
 tem psalmo continentur laudabilia opera dei, quæ &  
 materia sint psalmi, quæ si attendamus, deum omniū  
 creato-



creatorem cum maxima exultatione laudabimus & hæc omnia beneficia fecit deus illi populo, vt per hæc omnia commoneret & inuitaret eos ad quærendum eum spiritualiter, sicut in vltimo versu dicit: Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant: & inde ponit admonitionem in prima parte, vt omnes moniti per hæc corporalia beneficia, spiritualiter quærant dominum. In secunda parte, quæ incipit: Memore mirabilium eius: ponit mirabilia, quæ fecit deus Patriarchis. In tertia parte, quæ incipit: Et vocauit famem: ostendit quomodo liberauit Iacob & filios suos, præparans eis locum in Aegypto per Ioseph. In quarta parte, quæ incipit: Et firmavit eum super inimicos eius: ostendit mirabilia quæ fecit Aegyptijs, pro liberatione populi sui. In quinta parte, quæ incipit: Et eduxit eos cum argento & auro: ostendit quanta virtute dominus populum suum ab Aegypto eduxerit, & eos in terram promissionis introduxerit: & in ultimo admonet eos vt per hæc omnia deum quærant. Incedit homines admonere ad laudem dei. Titulus sic legitur: Psalmus iste dicitur alleluia, hoc est, talia beneficia dei continent, per quibus laudandus sic deus cum exultatione. ¶ Vox prophetæ, sic inuitantis ad laudem dei: Vos omnes attendentes beneficia, quæ fecit deus populo suo, [confitemini domino] id est, laudate dominum, [ & inuocate nomen eius ], non inuocate eum propter aurum, vel propter diuitias, sed vt sit inhabitator vestri, neque hoc etiam sufficiat vobis, sed [annunciate inter Gentes opera eius] id est, solliciti sitis, ut de vestra, sic de salute aliorum, attendentes hoc dei præceptum: Qui diligit deum, diligat & proximum suum. ¶ Dico confitemini domino, ita scilicet, [cantate ei] mente & uoce, [ & psallite ei ] bona operatione: [narrate] etiam [omnia mirabilia eius]: non quod omnia possint

possunt narrari, sed omnia quæ narrabunt, mirabilia dei sunt, ad hoc respicit quod dixit: annunciate inter Gentes opera eius, & si hoc feceritis, reuera laudamini, & illam laudem nolite attribuere vobis, sed [ laudamini in nomine sancto eius ] .i. vt de vestra laude nomen domini & amplietur, & gloriosum ostendatur: & ita dico in nomine sancto eius, scilicet, [ quærite dominum ] nō remuneratorem in temporalibus, sed vt seipsum reddat vobis prætium vestri laboris, & hoc facite cum lætitia: & hoc est, [ lætetur cor ] quamuis caro molestia affligatur, mens tamen [ quærentium dominum ] lætetur [ quærite dominū ] dico [ & confitemini ] quærendo eum, vt neq; mors, neq; vita possit vos separare à charitate Christi, & hic determinat quomodo oporteat quæri, dicens [ quærite faciem eius semper ], .i. vt hic præsentiam cognitionis eius habeatis, & tandem facie ad faciem videatis. ¶ Mementote. Pars secunda: Dico quærite, & ad hoc vt quæritis [ mementote mirabilium eius quæ fecit ] veluti quod patres vestros Rubrum mare sicco vestigio transire fecit, & [ prodigia eius ] veluti signa quæ fecit Aegyptijs, pro patribus illis, [ & iudicia oris eius ] .i. præcepta legis, quæ licet Moyses dixisset, non tamen sunt accipienda quasi à Moysè, sed quasi ex ore ipsius dei: si quis enim dei beneficia attendat spiritualiter quæsiuit & ei in fide seruiuit. ¶ Ita & vos facere debetis, vos dico [ semen Abrahamæ serui eius ] & etiam [ filij Iacob electi eius ] & ita si vos similes Iacob fueritis, iter electos dei ponemini. ¶ Ideo etiam mementote, quia [ ipse ] est [ dominus deus noster ], & ideo, quia [ iudicia eius ] .i. præcepta eius, sunt notificata [ in vniuersa terra ] veluti per Christum & apostolos ipsius completum est, sicut & ipse Psalmista dicit: In fines orbis terræ verba

Rom. 8

Gene. 11.

&amp; 20.

Exodi. 9

Psal. 18,

verba eorū. ¶ Ideo quoq; memento, quia [memor  
 fuit] in ipsa impletione [testamenti sui] illius promiss  
 sionis, quam fecit Abraham, dicens: Tibi dabo terram Gen. 12.  
 lacte & melle fluentem, quæ terra figura fuit terræ vi-  
 mentium, quæ promissio in figura completa fuit, quan-  
 do nostra humanitas in Christo veram requiem obti-  
 nuit, & per ipsum iam imita: ores Abraham. i. iusti, saltē  
 spe eadem requie vtamini, testamētū dico mansuri [in  
 seculum]. i. æternaliter. Fideles enim sine successione  
 illam terram possidebunt: testamenti dico scs, [verbi  
 quod] dominus [mandauit]. i. hominibus tradidit,  
 duraturam [in mille generationes] id est, semper, fi-  
 nitum nomen pro infinito. Vel, verbi. i. præcepti Abra-  
 hæ, cum dixit. Exi de terra tua, & de cognatione tua: Gen. 12.  
 quod præceptum in significato, manet in mille gene-  
 rationes: ibi enim spiritualiter omnibus fidelibus præ-  
 ceptum est, exire de terrenitate sua, & blandimētis suc-  
 cognitionis. ¶ Testamenti dico, [quod] ipse [dispo-  
 suit ad Abraham, &] memor fuit [iuramenti sui]. i.  
 firmg, & cum iuramento promissionis. i. immutabilis  
 factæ [ad Isaac] vbi dixit ei dominus: In Isaac voca-  
 bitur tibi semen. ¶ Et illud] testamentum [statuit in  
 Jacob] quia eandem promissionem fecit Iacob] ita  
 quod esset ei [in præceptū] scs, vt propter illam pro-  
 missionem seruiret deo, quasi per præceptum dei, &  
 per legem moneretur, [ & Israël]. i. ipsi factō Israël,  
 id est, videns deum multiplicatione virtutum, statuit  
 [in testamentum æternum] quia, pmissio illa & im-  
 mutabilis. & æterna erit fidelibus. ¶ Disposuit, statuit,  
 [dicens: Tibi dabo terram Chanaan]. i. terram pro-  
 missionis, quam Chanaan filius Noe prius inhabita-  
 uit. Chanaan interpretatur, descensus, vel humilis: in-  
 de dicit: Tibi dabo terram Chanaan. i. terram quæ per  
 humi-

Gen. 33.



humilitatem acquiritur, hoc est, cœlestem Hierusalē:  
 terram dico, [funiculum hæreditaris vestræ] id est,  
 quæ diuiditur singulis tribubus per funiculum: ita &  
 terra viuentiū quasi funiculo distribuitur, quia unicui  
 que secundum dispositionem dei. ¶ Hanc terram pro  
 Gen. 46 misit, [cum] illi quibus promisit, [essent numero bre  
 ui]: & ita breui, quod [paucissimi, & incolæ eius] ter  
 ræ, qui quasi extranei ibi habitabant. Cum autem im  
 possibile uideretur, vt tam pauci in tanta terra domi  
 narentur, uideretur potius promissio facta de terra si  
 gnificata, quàm de terra illa. ¶ Et licet promississet eis,  
 Gen. 11. tamē illi [pertrāsierunt] quibus ipsa promissio facta  
 fuit, siue illius promissionis adeptione, [de gente] v  
 na [ingentem] alteram: [ & ] non tantum in vno re  
 gno, sed [de] vno [regno ad populum alterum]. Iuit  
 enim Abrahā de terra Chanaan in terrā Aegypti: & cū  
 Abraham & alij, quibus illa promissio facta fuit, ter  
 ram promissam non obtinerent, vt deum dicamus ve  
 racē in promissis, de significata terra intelligamus pro  
 missionem factam maxime. ¶ Et cum per transirent,  
 Gen. 35 [non reliquit hominem nocere eis, & reges] qui vo  
 luerunt eis nocere, [corripuit pro eis]. Sicut Pharao  
 nē, qui abstulerat Abrahæ Saram: & Abimelech, qui ab  
 stulit Isaac Rebeccam. ¶ Dicens eis regib⁹: [Nolite tan  
 gere christos meos]: non quod illi haberent materia  
 lem vnctionem, sed spiritualem: [ & nolite maligna  
 ri] id est, maligne agere [in prophetis meis]. ¶ Et uo  
 cavit, Pars tertia. Hæc facit patriarchis, & prophetis  
 [ & ] etiam præter hæc [uocavit famem] quasi famu  
 lum [super terram] Chanaan: [ & pillam famē [cō  
 trituit omne firmamentū panis] quia panis defuit, qui  
 Gen 42 eos confirmaret, & hoc contigit in tēpore Iacob. ¶ Et  
 vt de fame illa illos liberaret, [misit ante eos uirū] scī  
 licet,

flet, Ioseph, qui [ Ioseph venundatus est in seruum ] in Gen. 39  
 Aegypto. ¶ Et tunc Aegyptij [ humiliauerunt in com Ibidem.  
 pedibus pedes eius ] quia vxor domini sui, qui Phuri-  
 phar dicebatur, imposuit illi crimen adulterij, ad quod  
 impia eū cogere uolebat. Licet em̄ hoc dicas, tamen nō  
 est contrarius Moyfi, Ioseph quidē placuit, & praefecit  
 eū alijs captiuis, quia vtrunq; potuit fieri, et vt prius in  
 cōpedibus poneretur, & postea carcerario cōplacere,  
 in illa captione [ ferrum ] .i. dura anxietas, [ pertransijt  
 animam eius, donec veniret verbum eius ] .i. donec  
 exposuit somnia, ipse tamē non ex se. ¶ Dico verbum  
 eius nō ex se exposuit, sed ex deo, & hoc est, [ eloquiū  
 dñi inflammavit eum ] .i. spiritus prophetiae illumina-  
 uit eum, & quia ita exposuit somnia, [ misit rex ] Pha-  
 rao, [ & soluit eum ] à reatu, ne à dño suo adulterium Gen. 41.  
 illi imponeretur, & nō glibet rex, sed [ princeps popu-  
 lorū ] multorū, [ et dimisit eū ] ex toto liberū. ¶ Et post  
 [ cōstituit eū dñm domus suae, & principē omnis pos-  
 sessionis suae ] ¶ Ad hoc [ vt erudiret principes eius si-  
 cut semetipsum. ] .i. Ioseph, vel Pharaonē de diuina  
 ne somniorū, [ & ] etiam [ senes eius ] reuerendo [ pru-  
 dentiam doceret ] eandē, vt scirent exponere somnia.  
 Pharao em̄ non attendens, q̄ Ioseph ex diuina inspira-  
 tiōe hoc haberet, putabat q̄ ex hūano ingenio hoc ha-  
 beret, & alios docere posset. ¶ Dñs misit Ioseph, [ & ] Gen. 46  
 per eum [ intrauit Israël in Aegyptum ] .i. Israëliticus  
 populus, [ & ] Iacob accola fuit in terra Cham ] quam  
 Cham filius Noë prius habitauit. ¶ Et ] ibi [ auxit po-  
 pulū suū vehemēter ] quantū ad numerū, Pars quarta.  
 [ & firmavit eū super inimicos eius ] quia inuitus Ae-  
 gyptijs eduxit suos deus, & illos multis afflixit modis.  
 ¶ Et conuertit cor eorum ] Aegyptiorum, [ vt odiret  
 populū ei⁹ ] Id est, dei, [ & dolū facerēt in seruos eius ] Exod. 1.  
 vella-

- vel labore aggrauando, vel pretiū subtrahendo. ¶ Et  
 quia dolum ita faciebant, ideo [misit Moysen seruū  
 suum] ad Pharaonem, [ & per ipsum Aaron quem o-  
 legit. ] ¶ Et [posuit in eis ], i. in Moysē & Aaron le-  
 gatis suis [verba signorum suorum, & prodigiorum  
 in terra Cham], Per illos elegatos suos comminatus  
 fuit Aegyptiis, quod nisi dimitterent populum suum,  
 faceret in eis signa, velut tēbras, & alia minora, & p-  
 digia de occisione primogenitorum, & talium. ¶ Mi-  
 natus fuit per illos signa, & compleuit, quia [ipse mi-  
 sit tenebras] super Aegyptios, quæ etiam palpari pos-  
 sent [ & ] sic [obscurauit] & hoc modo complendo  
 [non exacerbauit sermones suos ], i. non fecit videri  
 acerbos & falsos: acerbi enim & renjciendi videntur,  
 si non prout ipse ordinauerat, implentur. ¶ Et [con-  
 uertit] etiam [aquas eorum in sanguinem, & occidit  
 pisces eorum]. ¶ Et edidit terra eorum ranas] cum  
 tanta copia, quod nec thalamus inde euacuari pote-  
 rat: & hoc [in penetrabilibus regum ipsorum], ¶ Et ip-  
 se [dixit ], i. voluit [ & venit cynomya ], i. musca can-  
 na [ & cyniphes ], i. culices, qui intrabant in oculos e-  
 ius: & hoc nō in paucis locis, sed [in omnibus finibus  
 eorum]. ¶ Pluuias [etiam eorum posuit grādinem]  
 & cum grandine [ignem comburentem ], i. fulmina,  
 [in terra ipsorum]. ¶ Et eo igne [ & grandine in pē-  
 sifit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contriuit lig-  
 nium] pomos & alias arbores [sinium eorum]. ¶ Di-  
 xit] etiam, i. voluit, [ & venit locusta & brucus, cuius  
 non erat numerus]. ¶ Locusta & brucus [comedit  
 omne fœnum in terra eorum, & comedit om̄em fru-  
 ctum terræ eorū] quod cynomya & cyniphes facere  
 non poterant. ¶ Et percussit omne primogenitum in  
 terra eorum] id est, in hominibus & alijs animalibus  
 [pri-



primitias omnis laboris eorū ] in primitiuis frugibus.  
 ¶ Et eduxit populum. Pars quinta. Et hic contra pla-  
 gas, quas enumeravit Aegyptijs factas, enumerat be-  
 neficia facta Iudæis. Sic percussit Aegyptios, [ & eos ]  
 .i. suos, qui captiui ab Aegyptijs tenebantur, [ eduxit ]  
 de Aegypto [ cum auro & argento ] quia vasa argentea  
 & aurea ab Aegyptijs asportauerant, quæ ab ipsis pre-  
 cepto domini erant mutuati. Noluit enim dominus, vt  
 populus suus prætiū suæ seruitutis amitteret: [ & non  
 erat in tribus eorum infirmus ] quod valde mirabi-  
 le fuit, quia in tāta multitudine nullus infirmaretur. ¶ Et  
 tunc [ Aegyptus ]. .i. illi qui in Aegypto remanserant,  
 [ lætata est in profectioe eorū ] postquam suos in mari  
 perisse cognouit. Et quare lætata est: [ quia timor eo-  
 rum ]. .i. Iudæorum, [ incubuit super eos ]. .i. Aegyptios: ut  
 muerunt enim, ne redirent Iudæi, & omnes residuos Ae-  
 gypti occiderent. ¶ Eduxit, & [ expādit nubem in pro-  
 fectioem eorum ] quia protegeret eos cōtra Solis ex-  
 stum, & inimicos excæcaret: [ & ] ipsam nubem ean-  
 dem faciebat [ ignē, vt luceret eis per noctem ]. ¶ Pe-  
 tierunt ] etiam carnes, [ & venit coturnix, & pane cœli  
 saturauit eos ] manna veniente ab aëre. Manna nomi-  
 nat nomine significati .i. Christi, qui vere est panis cœ-  
 li, de quo pascuntur angeli: quod manna significauit  
 hunc panē .i. corpus Christi, quo fideles reficiuntur.  
 ¶ Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco-  
 flumina ] quæ eos sequebantur per desertum. ¶ Hæc  
 omnia fecit eis, non pro meritis eorū, sed [ quoniā me-  
 mor fuit verbi sancti sui ] id ē, promissionis suæ quam  
 Abraham fecerat: verbi dico, [ quod habuit ad Abraham  
 puerum suum ] dicens ei: In semine tuo benedicentur  
 omnes Gentes. Si enim oēs Gentes destruxisset, promissio  
 facta Abraham impleri non posset: quia Christus de  
 Nn Iudæis

Exod. 15

Exod. 16

Exo. 17.

Gene. 22

Iudæis natus fuit. ¶ Et ideo [eduxit populum suum cum exultatione] de loco ad locum, [ & electos suos in lætitia ]. ¶ Et dedit illis regiones Gentium ] quia Gētes terram promissionis possidebant : quibus fugatis, [ possederunt ] Iudæi [ labores ] eorū [ populorū ]. ¶ Et hæc oīa beneficia fecit eis deus, [ vt custodiant iustificationes ]. i. vt iuste viuant secundū mandata [ eius, et legem eius requirant ]. i. intelligant in figuris veteris legis vel testamēti, aliud esse intelligendū, & inq̄rendū.

## IN PSALMVM CV.

Titulus. Alleluia.

**C**onfitemini. I I. ] Volunt quidam hic bis poni, alleluia, sed beatus Hieronymus dicit, quod quicūq; psalmus habet in principio, alleluia, in fine quoq; habet alleluia: & ita dicemus, quod alterum alleluia sit de præcedenti psalmo, alterum de sequenti. In præcedenti Psalmo enumerauit beneficia quæ fecit deus filijs Israël, nulla eorum peccata enumerans: in hoc autem psalmo ostendit miseratiōes quas fecit de<sup>s</sup> ipsis peccantibus: & quia de illis miserationibus laudā dus est deus, psalmus iste alleluia intitulatur. Materia sunt ipsæ dei misericordiæ, ipsis peccātib; exhibitæ. Attendens autem, q̄d loquit̄ cōuersis a peccatis, illas dei mīas exhibitas peccātib;: & etiam ipsum deū quā doq; vindicasse de ipsis peccantibus, inuitat puerfos in hac prima parte ad cōfessionem peccatorū, vt dei mīa digni inueniant. In secūda parte, quæ incipit: Patres n̄i in Aegypto: ostendit eos peccasse, & cōtrā, esse eis misericordiā dei exhibitā. In tertia parte, quæ incipit: Cito fecerūt: ostendit quō in deserto cōtrā deū peccauerūt ostendit etiā q̄d de quibusdam deus se vindicauit, & tandem p̄ Moysen placatus fuit. In quarta parte, q̄ incipit: Et pro nihilo habuerunt terrā desiderabilem: ostēdit eos

dit eos idolū adorasse, & per Phineen irā dei erga eos placatam fuisse. In quinta parte, quæ incipit: Erritauerunt eū: ostēdit eos sic peccasse, qđ etiā secum Moysen peccare fecissent, & eos filios suos, & filias suas dæmonijs immolasse, & qđ deus eos propter peccata in manus peccatorū dederit. In sexta parte, quæ incipit, Saluos fac nos, orat ut deus ecclesiam de cūctis Gentibus congreget ad laudem dei. Intendit autē quoscūq; inuitare ad laudem dei. i. cantare alleluia, & inuitat pueros ad cōuersionem. ¶ Et sic incipit, [ Cōfitemini ] peccata v̄ra [ domino ] vt cōsequamini veniam, [ qm̄ bonusest, ] id est, misericors. & videte ne securi bonitate ipsius ducamini in negligentiam cōfessionis, [ quoniam misericordia eius est in seculo ] tantum. Nisi em̄ hic conuersi fueritis, misericordiam non inuenietis: quia tunc est tarda pœnitentia, & non est acceptabilis. ¶ Nec dico tantum de eo quia bonus, & in hac vita misericordia eius, quia potentias & laudes eius enumerare nō possum; & hoc est: [ quis loquetur potentias domini ] & quis [ faciet audiras oēs laudes eius? ] Null⁹ vtiq;. ¶ Potētijs & laudes null⁹ potest enumerare, sed hoc vnū quod illi [ qui custodiūt iudiciū ]. i. illi qui habent discretionem, quid sit bonum, quid malū, [ & faciunt iustitiam ] id est, qui exequendo bona, mala deserunt: & hoc [ in omni tēpore ] id est, assidue, illi sunt [ beati ]. ¶ Hic faciens se vnū de illis, incipit orare pro illis, quasi iam conuersis. Continuatio: Dico cōfitemini, ita orantes: [ memento nostri domine in beneplacito ] id est, in filio, quē & ex solo bñplacito tuo, nō ex hominum meritis ad redemptionem hominū misisti: beneplacito dico [ populi tui ]. i. per quem populus tuus tibi reconciliatus est: & quomodo dicat memento ostēdit dicēs: [ visita nos in salutarī tuo ]. i. filio qui



faciat saluationē quā tu praeuidisti. ¶ **V**isita dico [ ad  
 videndum in bonitate electorū tuorum ], .i. vt habea-  
 mus bonitatem illam quam habent electi tui. .i. iustiti-  
 am: & etiam [ ad laetandum in laetitia gēris tuæ ], .i. vt  
 laetemur de cognitione tui, sicut & gens tua facit: ad  
 hoc uideamus, ad hoc laetemur, [ vt lauderis cū hære-  
 ditate tua ] id est, vt tu lauderis à nobis, & nos pro-  
 pter te laudemur, q̄ sumus hæreditas tua. .i. vt uidentes  
 alij opera nostra bona, glorificent patrē nostrū qui in  
 cœlis est. ¶ **I**deo peto memento, uisita, quia [ nos pec-  
 cauimus cum patribus nostris ], .i. vbi patres nostri, vt  
 Adā & alij, peccauerunt, nos peccauimus in eis, q̄ era-  
 mus in lūbis eorū. Vel, cū patribus peccauimus. .i. simili-  
 bus peccatis, & turpi uita deū offendimus, [ iniuste egi-  
 mus ] quantū ad cultū dei: [ iniquitatē fecimus ] erga  
 proximos. ¶ **P**atres nostri. Pars secūda. Bene dico cum  
 patribus, quia patres nostri peccauerūt: & ipsa pecca-  
 ta exequitur, dicens: [ patres nostri ] habitātes [ in Ae-  
 gypto, nō intellexerūt mirabilia tua ] .i. nō attenderūt  
 deū has plagas immittere Aegyptijs propter liberati-  
 onē populi sui, sed putabant hęc euenire per naturas  
 rerū Aegyptijs: & quod magis mirū est, [ nō fuerūt me-  
 mores multitudinis misericordiæ tuæ ], .i. plagarū per  
 multā misericordiam tuā, vt populū tuū liberares ab  
 Aegyptijs immissarū. Si em̄ nō attribuerēt deo, recor-  
 dari deberent, q̄ mirabilia erāt. ¶ **N**ō fuerunt memo-  
 res, [ & irritauerūt ] deū [ ascendētes in mare ] quia cū  
 uenissent ad mare, & hostes à tergo insequentes uidis-  
 sent, putauerūt qd̄ deus eos ab hostib⁹ liberare nō pos-  
 set, de cuius potentia dubitandū nō erat, quia in Aegy-  
 pro multis portētis manifesta fuerat: sed dixerūt: Ideo  
 eduxit nos, vt interficeremur, meli⁹ aut̄ esset, vt in do-  
 mibus nostris moreremur: [ mare ] dico [ Rubrū ], &  
 ideo

Matth. 5

ideo hoc ponit, quia ipsa qualitas maris trebat eos, quod  
 rubedo maris ex ipsi<sup>o</sup> traxit qualitate procedit: ascēden-  
 tes dicit propter sitū loci, quia Aegypt<sup>o</sup> est hūilis terra, &  
 licet irritassent, tamē [saluauit eos propter nomē suū]  
 amplian dū. s. [vt notā faceret potentiā suā.] ¶ Et vt i-  
 psam miam dei grauiorē habeam<sup>o</sup>, modū saluationis  
 ostēdit, dicēs: & increpauit mare Rubrū, & exiccarū ē,  
 & deduxit eos in abyssis ], i. in profunditate illi<sup>o</sup> maris,  
 [sicut in deserto] quia sicco vestigio eos trāsduxit. ¶ Et Exo. 14.  
 saluauit eos de manu odientiū ], i. Aegyptiorū: [ & re-  
 demit ], i. liberauit [ eos de manu inimici ], i. de pote-  
 state Pharaonis, dicēdo, redemit, nomine significati de  
 significāte loquit<sup>r</sup>, p hoc em̄ pretiū sanguinis significat,  
 quo redēpri sum<sup>o</sup> de manu inimici. i. diaboli. ¶ Et ope-  
 ruit aq̄ tribulātes eos ], i. Aegyptios, ita qdē, qd [ vn<sup>o</sup>  
 ex eis nō remāsit ] qui nō mergeret. ¶ Et iūc ipsi ita e-  
 ducti, [ crediderūt in verbo eius, & laudauerūt laudē  
 eius ], i. eū propē laudabilia facta sua. ¶ Cito fecerunt.  
 Pars t̄tia crediderūt, laudauerūt, & hoc [ cito fecerūt ]  
 .i. trāstorie, quia [ oblici sunt opere eius ] quæ in eis in  
 om̄i potētia ostēderat, [ & nō sustinuerūt cōsiliū ei<sup>o</sup> ]:  
 quia cū deus veller eis differre cibū p quoddā cōsiliū. i.  
 prouidentia, vt probaret eos, illi nō sustinuerūt, sed sta-  
 tim murmurauerūt. ¶ Et cōcupierūt ] nō solū natura-  
 lē cibū, ut panē & aquā, quæ bñ possent in deserto suf-  
 ficere, sed [ cōcupiscentias ], i. delicatos cibos. s. aues, &  
 huiusmodi, & hoc [ in deserto, & tentauerūt deū in in-  
 aquoso ] dubitātes de potentia ei<sup>o</sup>. ¶ Et ] licet sic tenta-  
 rent deū, tñ [ dedit eis petitionē ipsorū ] & hoc usq̄ ad  
 plenitudinē, & hoc est, [ & misiratu ritatem i animas  
 eorū ]. ¶ Et ] tñ nōdū cessauerūt, sed irritauerūt Moy-  
 sen in castris, Aarō sctm̄ domini ] qui sanctificat<sup>o</sup> fue-  
 rat, & vnctus in sacerdotem p̄cepto dom̄ni, illū sacer-  
 dotem

Num. 16

dotem dñi nolebant suscipere, sed irritabāt inde Moy sen, dicētes, eū nō p̄cepto dñi hoc egisse, sed q̄a fr̄em suū exaltare volebat. ¶ Et p̄pter illā irritationē [aper ta est terra, & deglutiuit Darhan, & opuit sup cōgrega tionē Abiron] .i. deglutiuit Abirō, & suā familiā, & se sup eā cōclusit. ¶ Et in synagoga eorū] .i. in cōgregati one cōsentiēte istis p̄ceptis, vt tollerent sacerdotiū ab Aaron. f. Chore & filijs suis, [exarsit ignis] intantū, q̄d [flamma cōbussit peccatores]. Cum em̄ Chore cū il lis turificaret, ignis cōuersus ē, & cōbussit eos: q̄ ignis signū fuit ardoris cōcupiscentiæ ipsorū. Inuidentes em̄ Aarō, volebāt ex se aliquē cōstituere sacerdotē. ¶ Et p̄pter hoc [vitulū fecerunt] cōstatilē [in Oreb] in lo co illo, quādo Moyses in mōtem ascēdit ad dñm. Co gerunt em̄ Iudæi Aarō, vt faceret eis vitulū cōstatilē, & ipse cōsensit eis, partim coactus, partim cupiditate pecuniæ, [ & adorauerunt sculptile] illud. ¶ Et [ira] [murauerūt gloriā suā] .i. dñi, q̄ erat gloria eorū, [in similitudinē vituli comedētis fœnū] honorē debuit non attribuerunt vero vitulo sed sumulacro vituli.

Exod. 32

¶ Sic agendo, [obliti sunt deum qui saluauit eos] ab Aegyptijs, [qui fecit magnalia] id est, magna facta [in Aegypto] ad eos liberandos, & illa fuerunt facta miranda: & hoc est: [mirabilia in terra Cham] in eadē Aegypto: vel per mirabilia possunt intelligi beneficia, quæ fecit eis deus in Aegypto, obliti sunt [terribilia] facta [in mari Rubro] quia cū hostes essent in mari iuoluti, timere potuerūt, ne sibi idē cōtingeret. ¶ Et tūc dñs [dixit] .i. disposuit, [vt disperderet eos] .i. dignos iudicauit disperdiōe: & dispdidisset, [si nō] Moyses electus eius stetit in cōspectu eius] orās p̄ populo illo, [in cōfractiōe] .i. tēpore cōfractiōis futu ræ illis. Vel, in cōfessiōe, i. hūilitate, q̄a humiliavit se p̄ eis in cōspectu dñi, dicēs: Dñe dele me de libro tuo, p̄

Ibidem.



tius q̄ populū istū deleas. Sicut ergo dñs erga illos ora-  
 tione Moyſi placat⁹ est, sic est intelligendū eum singu-  
 lis diebus peccatis nostris orōne fidelium placari: nec  
 tamē p hoc diuina prouidentia murat, q̄a sicut domi-  
 nus prouidit se placandū, sic prouidit hoc futurū oratiōe  
 fidelium: & si orationes nō fierent, ipse nō placaret. Et  
 licet Moyſes, ne cōmune exitiū domin⁹ faceret, depre-  
 caret, tamen ipse zelo dei cōmotus, multos occidit: si-  
 cut etiā iudices hodie ecclesie nō peccant, licet zelo dei  
 cōmoti, de malis vindictam faciāt. ¶ Stetit, ad hoc,  
 vt auerteret iram ei⁹ ] .i. dei, [ ne disperderet eos ] .i. ne fa-  
 ceret eis cōmunē interitiū. ¶ Pars quarta, [ & ] licet de⁹  
 beneficia fecisset eis, tamē [ desiderabilē t̄ram ] .i. p̄mis-  
 sionis, quam de⁹ p̄miserat, [ habuerunt p̄ nihilo ] q̄a  
 nō crediderunt p̄missioni dei. ¶ Nō crediderunt ver-  
 bo eius ] de p̄missione illa: q̄a reuersis exploratoribus  
 suis, cū nuntiarent t̄ram illam satis bonā esse, & in ea  
 viros, quorū vnus centū Iud̄eorū posset occidere: [ & ]  
 ideo murmurauerūt in tabernaculis suis dicētes: Quae-  
 ramus ducem nobis, & reuertamur in Aegyptū, meli⁹  
 em̄ esset nobis adhuc in seruitute, q̄ in pugna ist̄ orū pe-  
 rire: [ nō exaudierūt vocē dñi ] q̄a dubitauerūt de ter-  
 ra illa, quam de⁹ eis p̄miserat. ¶ Et ] tūc dominus [ ele-  
 uauit manū suam ] ideo parauit se ad vindictā faciē-  
 dam [ sup̄ eos, vt p̄sterneret eos in deserto ]. ¶ Et ] nō  
 t̄m̄ eos, sed [ vt deijceret semen eorū in natiōibus ] .i. p̄  
 diuersas nationes: & ira deijceret, vt nō essent similes,  
 q̄a eorū generatio sup̄biam generabat, sed potius [ di-  
 spergeret eos in regiōibus ] .i. p̄ lōginquas regiones.  
 ¶ Et ] merito disperderunt, q̄a ipsi [ initiati sunt ] pas-  
 siue .i. consecrati, vt alia translatio habet, [ Beel ] id est,  
 idolo illi: [ p̄hegor ] illius loci. s. Priapo, qui est deus tē-  
 niginis: p̄hegor nancq̄ tentigo interpretatur. Vel Beel-Num. 15

Num. 14

Num. 16

phegor. i. deus tentiginis, uel initiati sunt pōt legi acti-  
 ue, sic initiati sūt. i. deuouerūt se illi idolo, [comederūt  
 sacrificia mortuorū]. i. idolothita. s. carnē sacrificatā si  
 mulachris mortuorū. ¶ Et tūc [irritauerūt eū in adin-  
 uentionibus suis] in hoc q̄ sunt cōmixti Madianitis,  
 q̄a prohibitū erat, ne cū extraneis mulierib⁹ cōmiserē-  
 tur, quare cōsilio adorauerunt Beelphegor, [ & ] ideo  
 [multiplicata est in eis ruina] q̄a ab ip̄is multi sunt in-  
 terfecti. ¶ Et tūc in illo periculo [sterit Phinees] pur-  
 mēte, q̄a nō peccauit cū alijs, [ & placauit ] dominū, p-  
 fodiendo Iudæū, cū Madianitē cōmixtū: [ & ] tūc [ q̄s-  
 satio ]. i. ruina, [cessauit]. s. quā patiebant. ¶ Et reputa-  
 tū est ei in iustitiā in generatione & generationem vs-  
 q̄ in sempiternū ] hoc quod zelo dei percussit illū, non  
 est illi reputatū in homicidiū. ¶ Et irritauerunt. Pars  
 quinta. Et licet deus sic uindicasset in eos, ipsi tñ nō ces-  
 sauerūt, sed etiā ipsum Moysen secū peccare fecerunt:  
 & hoc est, [ & irritauerunt eū ad aquas contradictionis ] vbi Moyses eiecit eis aquā de petra, iuxta terram  
 promissionis, quando iurgati sunt filij Israēl, dicentes,  
 q̄ nō posset aquam de petra producere, [ & vexatus  
 est Moyses, ppter eos ]. i. turbatus est ab illis, [ q̄a exa-  
 cerbauerunt spiritū eius ]. i. eū iratū pro sua increduli-  
 tate fecerunt & acerbū. ¶ Et ] q̄a cōmotus fuit ab il-  
 lis, [ distinxit in labijs suis ]. i. aliter & nimis confiden-  
 ter locutus fuit ab illos, q̄ consueuisset, veluti quidā di-  
 cunt, præsumptuose dixit, nunqd poterimus uobis e-  
 ducere de petra aquā? &c. & iterū aliud peccatū enume-  
 rat, dicēs, [ nō disperdiderūt Gentes quas dixit ]. i. prae-  
 cepit, [ dñs deus illis ] vt disperderent. Praecipit enim  
 dñs, vt disperderent illas Gentes de terra Chanaan. s.  
 promissionis, ne eorū cōsuetudinē addiscerent, & per  
 illam ad culturā idolorū mouerentur. ¶ Non disperdi-  
 derunt

derunt, sed potius [commixti sunt inter Gentes] ter-  
 ræ illius, [ & didicerunt opera eorū, & seruiērūt sculpti-  
 libus eorū, & factū est illis in scandalū ] quia Iudæi of-  
 fenderūt deū. Aggrauat malitiā eorū, dicēs: [ & immo-  
 lauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs ]. Nā si isti  
 sunt idolatræ q̄ hircos immolāt, multo magis illi q̄ fi-  
 lios. Nec immolauerunt filios suos deprehēsos in pec-  
 catis, sed [ effuderunt sanguinē innocentē sanguinē fi-  
 liorū suorū & filiarū suarū, quas sacrificauerūt sculpti-  
 libus Chanaan ]. ¶ Et ] dū ipsi ita interficerēt filios su-  
 os, ipsi interius interfecti sunt: & hoc est, [ interfecta ē  
 terra ]. i. ipsi terreni interfecti sunt inter se [ in sangui-  
 nibus ] suis: [ & in ] huiusmodi [ operib⁹ eorū est cōta-  
 minata ]. i. alij exēplo eorū sunt male opati: [ & ] etiā  
 ipsi vtriq; [ fornicati sunt ] à deo, & adherēdo dæmo-  
 ni adultero, & hoc [ i adinuētiōib⁹ suis ] et traditiōib⁹  
 seniorū: q̄a dimissis præceptis dei, sequebant traditiōes  
 suas. ¶ Et tūc irat⁹ ē dñs ]. i. exhibuit effectū irati [ i po-  
 pulū suū ] & hoc [ furore ]. i. graui ira, [ & abomiatus  
 est hæreditatē suā ] iam nō curās eos, quasi hæreditatē,  
 defendere. Et ] ideo [ tradidit eos in manus gentiū ]  
 q̄a tunc sunt à Philistæis deuicti [ & dñati sunt eorū q̄  
 oderūt eos ]. i. Philistæi & alij. ¶ Et tunc tribulauerūt  
 eos inimici eorū, & humiliati sunt ]. i. multum afflicti [ i  
 sub manibus eorū ] dñs tñ [ sæpe liberauit eos ]. ¶ Ipsi  
 aut̄ ] hęc liberationē nō attēdētes, [ exacerbauerūt eū  
 in cōsilio suo ]. i. cōsulte, [ & hūiliati sunt in iniquitatib⁹  
 suis ]. i. ppter iniquitates suas sunt afflicti multꝫ modis.  
 ¶ Et cū ] ipsi ita [ tribularent, vidit ] dñs, & misertus ē  
 eorū [ et audiuit oīonē eorū ]. i. liberauit eos, & q̄a tri-  
 bulabant, & q̄a clamabāt ad eū. Et mēor fuit testamē  
 ti sui ]. i. pmissiōis factæ Abraham, i cuius semine nō im-  
 pleret̄ pmissio, q̄ deus fecerat, nisi eos seruaret, & pœ-

Gene. 22



nituit eū] id ē, immutatum factū est [secundum multitudinē misericordiæ suæ] nō pro meritis eorū, sed secundum miā suā quæ multa est. ¶ Et dedit eos in misericordias] sicut Petrum, & Paulū, & Stephanum, & alios quibus peccata cōdonauit, & in eis multitudinē iustitiæ multiplicauit: & hoc est, [in cōspectu oīm qui ceperant eos] Quæ em̄ gētes prius habuerūt iudæos captiuos, modo cōuersæ, receperunt eos magistros, ut Perrū & alios. Vel, in cōspe. oīm q cep. eos, in cōspectu dæmonū, q prius captiuos tenebant eos. ¶ Saluos fac. Pars. vi Cōinuatio: Quādoquidē o dñe tot beneficia fecisti p̄ribus nostris, ergo fac eadē & nobis: & hoc est, [saluos fac nos dñe deus noster, & congrega nos]. .i. fac nos cōuente in noīe fidei, cōgrega dico [de nationibus]. .i. de diuersis gētibus, vel, auferendo de nationibus. .s. de imitatiōe Gentīū. ¶ Ad hoc cōgrega, [ut cōfiteamur noī sancto tuo, & gloriemur in laude tua] ut gloriofi appareamus de hoc q te laudamus, & cārum valet hæc opratio, quātum enumeratio. ¶ Et inde dicit, qā nos ita deus congregabis [benedictus sit] [dñs deus Israēl]. .i. benedictione incipiente [ab] hoc [seculo, &] perdurante [in] aliud [seculum, & populus omnis] scilicet, gentilis, qui adhuc est carnalis [dicer, fiat, fiat] id est, benedictus sit deus.

IN PSALMVM CVL Titulus. Alleluia.

**C**onfitemini. III. ] Si habeatur aliud alleluia, p̄cedentis psalmi est, secundum Hieronymum. In primo Cōfitemini ostēdit beneficia facta electis Israēl: in. II. miās quas fecit peccātibus: in hoc autē ostendit beneficia quæ fecit deus vniuersali ecclesiæ, de Iudæis atq; Gentib°, de quatuor partib° mūdi cōgregatæ, et qā psalmus iste laudabilia dei beneficia continet, ideo intitulatur alleluia, Materia sunt ipsa beneficia.

cia, Modus: In prima parte agit de ignorantia, ostēdit quomodo deus errātes in infidelitate peccati, & ignorantia, perducatur in ecclesiam suam: ex similitudine illius, qui errantes in solitudine ad ciuitatem reduxit. In secunda parte, quæ incipit: Confiteātur dño, ostendit quomodo deus introductos in ecclesia satiet diuino verbo, et vincula peccatorū ipsorū disrumpat, sicut si aliquis homines introductos in ciuitatem, bene pasceret et reficeret. In tertia parte, quæ incipit à secūdo Cōfiteantur, ostendit quomodo satiati per verbum diuinum fastidiant aliqui, quod quidem mortale est eis quod non possunt cibum sumere, nisi deus reficeret eos, ut iam diuinum verbum eos resumere delectet. In quarta parte, quæ incipit à tertio Confiteantur, ostendit quomodo deus rectores ecclesie periclitantes multis tempestatibus, & procellis huius seculi, sicut rectores nauium fluctibus maris, procellam amoueat, auram immittat, & tandem in portum voluntatis deducat. In quinta parte, quæ incipit ab vltimo. Confiteantur. ostendit iusto dei iudicio Iudæos esse excæcatos, & multitudinem Gentium subintrasse, & eos maximos fructus domino reddidisse. Intentio est, ut cantemus alleluia, id est, ut deum laudemus. ¶ Vox prophetae, sic admonentis: Attendite beneficia, quæ facit dominus ecclesie, & utroque genere cōfessionis [ cōfitemini domino ] accusantes vos de peccatis vestris, & laudātes deum pro multitudine beneficiorum suorum: & debetis cōfiteri, [ quoniam ] ipsi est [ bonus ]. i. misericors, & cōdonat peccata consentibus: & hoc facite in presenti, dum tempus est miserēdi. [ quoniā misericordia ei⁹ ] est [ in seculum ]. i. in hac vita est locus misericordie, post hanc restat iudicium. ¶ Ego moneo vos confiteantur hoc idem quod dico ego, [ dicāt ] oēs alij, [ qui redempti

dempti sunt à domino ] scilicet, exhortentur alios con-  
 fiteri, & deũ laudare: & bene deberis hoc dicere, quia hi  
 sunt, [ quos redemit ] dñs pretioso sanguine filij sui [ de  
 manu inimici ] .i. de potestate diaboli: nec pauci redẽ-  
 pti, sed [ eos cõgregauit ] dñs in vnione fidei, [ de re-  
 gionibus ] diuersis. ¶ Bene dico, de regiõibus, q̃a cõgre-  
 gati sunt [ à solis ortu ] .i. ab orientali regione, [ & oc-  
 casu, ab aquilone ] .i. à septentrione, [ & mari ] .i. à me-  
 ridiana plaga. Per mare quod est in circuitu vniuersæ  
 terræ, quamlibet mundi partem possumus designare.  
 ¶ Ostendit vnde eos redemit: quasi diceret: Bene dico  
 quod eos redemit, q̃a ipsi [ errauerunt ] demonibus,  
 & nõ deo obedientes, [ in solitudine ] .i. soli à deo, sci-  
 licet, manẽtes in infidelitate: [ & ] etiã [ in inaquoso ]  
 .i. in siccitate & ariditate diuinæ doct̃inæ, scilicet, non  
 habebant qui eos perfunderet, & irrigaret, & fructifi-  
 carer rore celestis doct̃inæ: & quia erãt in solitudine,  
 & sine doct̃rina, ideo [ nõ inuenerunt viam ciuitatis ]  
 per quam possent accedere ad ciuitatem: nõ dico qua-  
 lẽcunq; ciuitatem, sed [ habitaculi ] .i. in qua habitan-  
 dum est fidelibus, id est, ecclesiæ, ¶ Dico nõ inuenerũt  
 illam viã, licet essent [ esurientes & sitientes ] viã qua  
 possent venire ad veram bt̃itudinẽ: sicut mundani phi-  
 losophi, qui diuersis rationibus solcite inquirebant,  
 quid esset summum bonum, & qua via possent veni-  
 re ad veram beatitudinem. Vel, esurientes & sitientes  
 naturaliter uerũ bonum. Omnes em̃ naturaliter ten-  
 dunt ad verũ bonum, sed non uera via: q̃a quidam per  
 potẽtiam, quidam per dignitatem, q̃dem per diuitias,  
 alijs quoq; diuersis modis: & licet esuriẽt, & solcite in-  
 quirerent, tamen [ anima ] .i. sapiẽtia [ eorum in ipsis  
 defecit ] quia sibi, & non deo, sapiẽtiam attribuebãt,  
 & ideo eorum sapiẽtia nullũ profectum habuit, sed  
 pror-



prorsus inutilis inuenta, defecit, qui vero per potētias  
 & alia huiusmodi inquirunt, deficiunt, quia recta via  
 non incedunt. ¶ Et quia sic defecerūt, hac necessitate  
 coacti, [ clamauerūt ad dñm ] diuinæ quidem gratiæ  
 aspiratiōe admoniti, [ & ] ipse [ eripuit eos ] quasi qua  
 dam violentia de necessitatibus eorum ] .i. de ignoran  
 tia & errore solitudinis, & ducens in ecclesiam, sapien  
 tiam veram ministravit eis: eripuit dico [ cum tribula  
 rentur ] .i. cum maxime angustiarentur ignorantia, &  
 alijs necessitatibus peccati. ¶ Eripuit dico, [ & ] deinde  
 [ deduxit eos in viam rectam ] .i. cognitionem Chri  
 sti, & catholicæ fidei inspiravit eis: ad hoc, [ vt irent ]  
 per bonam operationem [ in ciuitatem ], .i. ecclesiam  
 sanctam [ habitationis ] in qua habitandū est. ¶ Cōfi  
 teantur, Pars secūda. Propter hæc prædicta beneficia  
 dei dico cōfitemini: & item, ppter hæc q̄ sequunt [ cōfi  
 teantur dño misericordiæ eius, & mira. eius ] .i. fideles  
 laudent deū, habentes causas laudandi m̄as dñi, mira  
 biliter impensas [ filij hoīm ] Cōfiteantur dño miseri  
 cordia eius. .i. hom̄es laudent deum pro misericordijs  
 quas fecit eis, pro mirabilibus, & hæc mirabilia facta  
 filijs hoīm. ¶ Ideo debent confiteri & laudare, [ quia  
 satiavit ] dñs verbo doctrinæ spiritualis, per quam in  
 ecclesia sua eos cōposuit [ aiām inanē ] .i. vacuam ab  
 oī vera cognitiōe, veluti fatuos et nō fatuos, & simpli  
 ces, sed [ & aiām esurientē ] sicut philosophos, [ saria  
 uit bonis ] .i. repleuit spirituali sapiētia. ¶ Sariauit dico  
 ipsos [ sedētes ] .i. cōmorantes [ in tenebris ] .i. in igno  
 rantia, à qua nullo modo per se possent exire: [ & ] se  
 dentes [ in vmbra mortis ] .i. in turpi vita, quæ esset ex  
 cæcatio eis, & vmbra ducēs ad mortē: ipsos dico [ vin  
 ctos in mendicitate ] .i. indigentia totius boni, [ & fer  
 ro ] .i. duritia peccatorum. ¶ Ideo erāt in mendicitate,  
 [ quia

2. Par, 33 [quia exacerbauerunt]. i. acerba indicauerunt, fugiēdo [eloquia dei]. i. p̄cepta dei: quia si aliquis monebat eos de charitate uel aliquo tali, reputabāt fugiendam, & in nullo moneri uoluerūt: lex tamen naturalis indicabat eis hoc nō esse faciendū: [ & cōsiliū altissimi ]. .i. cōlestia appetere, hęc terrena nō curare, Ch̄o n̄o redemptori adherere, [irritauerunt]. i. quantum ad se vanū fecerunt, cū in nullis Ch̄o assentire uoluerunt, nec ip̄m esse redemptorem crediderunt: Vel sp̄nentes cōsiliū altissimi, ut p̄dictum est, irritauerūt. i. ad iracūdiam deum, puocauerunt. ¶ Et ] quia sic irritauerunt, ideo [cor eorū]. i. aīa eorū, [est humiliatum in laboribus]. i. in conatibus suis: quia quantūcūq; conarent, & laborarent p̄ se, ad inquisitionem beatitudinis uenire, tamen cor est humiliatum quia, defecerūt. Vel, cor est humiliatum & afflictum in laboribus, id est, multis miserijs, quas de⁹ imittit ad correctionē electorū. [ & infirmari sunt ] a p̄sumptione .i. cognouerunt se nihil posse p̄ se, nec fuit ] inter eos [ qui adiuuaret. i. qui posset eos liberare de tenebris, & ferro quib⁹ ipsi tenebantur: quia nec ipsi seipsos poterant expedire, nec dii eorum. ¶ Et ] hac necessitate coacti, [ clamauerunt ] inspirati quidem a domino, [ ad dñm cum tribularent, & de necessitatibus eorum liberauit eos ] mēdicare, tenebris, & alijs malis, in hac parte positus, quę per hoc noīat necessitates, quia per se nullo modo poterant inde egredi: ostendit quō liberauit: q. d. dico liberauit, [ & ] hoc modo: [ eduxit eos de tenebris ] infidelitatis quia fecit fideles: [ & umbra mortis ] quia iam nō inquinauerunt uitam suam in turpibus factis: & uincula eorū. i. duritiā peccati, quia prius tenebantur ligati, [ dirupit ] quia cordibus compunctionem immisit, & ad p̄nitentiam eos adduxit. ¶ Confiteant. Pars tertia. q. d. Sicut propter beneficia dei p̄dicta dignum est

vt cōfiteant̄ dom̄io, ita pro eis que sequunt̄: [cōfitean-  
 tur dom̄io m̄iæ eius, et mirabilia eius filiis hoīm. ¶ Et  
 debent cōfiteri, q̄a cū aīa eorū abominata sit oēm escā,  
 dominus aufert nō t̄m̄ illā fatietatē, sed oīa mala q̄ in-  
 de eueniunt: & ea q̄ de ip̄so fastidio proueniunt, prius  
 ponit dicens: [q̄a cōtr̄iuit] .i. annihilauit, [portas æ-  
 reas] .i. irā, & cōcupiscentiam destruxit in eis, que sunt  
 portę ducentes ad interitum æternū: areas vocat, quia  
 cum sint naturaliter in hoīe, vix aliquis potest domina-  
 ri: [ & vectes ferreos] .i. suggestiones diaboli, quibus  
 firmat̄, & corroborat̄ in malū: & ira, & cōcupiscentia  
 q̄ nobis fuerūt ad bonos vsus data. s. vt irascamur ma-  
 lis, bona cupiamus: quos vectes [cōfregit] dominus,  
 quia fideles suos fortes fecit vt possent sup̄are quamli-  
 ber tentationem diaboli. ¶ Portis cōfractis, & vecti- 4. Re, 20  
 bus destructis, [suscepit eos] dominus ad iustitiam  
 de via iniquitatis] .i. de turpi vita, quam in peccatis du-  
 cebant: via dico [eorum] .i. quam ipsi non a deo, sed a  
 se habebant: bene dico iniquitatis eorū, habebant [in-  
 iustitias, & propter] illas [sunt humiliati] .i. afflicti a  
 deo, vt per hoc recognoscerent peccata. Vel ideo susce-  
 pit eos, quia ipsi sunt humiliati. i. humiles facti, & affli-  
 gentes se in conspectu domini propter iniustitias. i.  
 quia cognoscunt se deum in multis peccatis offendit̄  
 se. ¶ Ideo habuerunt p̄dictas portas, & via ipsorū fuit  
 iniquitas, quia [anima eorū abominata est omnem e-  
 scam] .i. omnem refectionē spiritualis doctrinæ, [et]  
 propterea [appropinquauerunt vsq; ad portas mor-  
 tis] .i. ferē venerunt in desperationem, quæ recta via  
 ducit homines ad æternam morrem. ¶ Hac necessita-  
 te coacti, [clamauerunt ad dominū]: nec tamen cla-  
 mare potuissent, nisi p̄uenti diuina m̄ia [cum tribula-  
 reni, & de necessitatib; eorū liberauit eos]. Hic q̄q; ac-  
 cepit



cepit necessitatē, peccata in hac parte posita, veluti quod  
dixit superius, portas, vestes, & similia. ¶ Hoc modo  
liberauit: [misit verbū suū] .i. filiū suū fecit incarnari,  
[&] per hoc [sanauit eos] .i. remouit ab eis fastidium  
diuini verbi. Vel, verbū, .i. præceptū diuinū, & imperiū  
Luc. 7. suū, & sanauit eos: sicut in Euāgelio dicit: Dic tantum  
verbo, & sanabit puer meus: & ira liberat, & à fastidio  
sanaris, [ & eripuit eos de interitionibus eorū ] .i. de  
sua dānatiōe, quæ pueniret ex illo fastidio sicut mors  
corporalis, pcedit ex fastidio cibi corporalis. ¶ Cōfite  
antur dño. Pars quarta. Cōtinuatio: Sicut monui pro-  
pter cetera beneficia prædicta vt cōfiteant, ira et ppter  
ea, q̄ mō dicent, dignū est vt [cōfiteant dño misericor-  
dię eius, & mirabilia eius filijs hoīm] sicut supra expo-  
situm est. ¶ Dico cōfiteantur, [ & sacrificent ] deo, nō  
dico hircum, vel aliqd tale, sed laudē, et hoc est, [sacri-  
ficiū laudis] .i. dictis et factis ostendāt deum laudabi-  
lem, secundū hoc, Luceant opera vestra bona coram  
Math. 5 hoībus, vt vidētes opera vestra, et glorificēt patrē ve-  
strū, [et annūciēt opera ei⁹] dei, veluti q̄ pētā dimittit  
et alia cūcta bona facit, et hoc faciāt [in exultatione],  
exultandū quidē est illis, q̄ hæc opa dei attendūt. ¶ Di-  
co annūciēt, neq̄ hoc oībus præcipio, sed rectoribus  
Ionæ. 1. ecclesiæ, de quibus dicit, [qui descendunt] de sublimi-  
tate suæ cōtemplationis [mare] id est, istud seculum,  
quod multis fluctibus agitur, ad quod descendunt [in  
nauibus] regēdis .i. in ecclesijs, q̄ circundant et contun-  
duntur fluctibus et seditionibus huius seculi, veluti na-  
ues fluctibus maris, ipsi dico q̄ descendunt, [facientes  
operationem], .i. prædicationis, et confessionis, et alia  
dei bñficia dispensantes [in aquis multis] .i. in multis  
populis. ¶ Ipsi] rectores ecclesię, q̄ ita descēdūt, [vide-  
rūt opa dñi, et mirabilia ei⁹] .i. mirabiles opatiōes eius  
cogno

cognouerunt [in profundo] cordis: uel, factas in profundo. i. inscrutabili consilio dei. ¶ Benedico opera, quæ hæc opera dei inter cætera cognouerunt quod ipse [dixit] .i. uoluit, [ & spiritus procellæ ] .i. diabolus, qui oëm mouet procellam. i. tēpestatē tentionū huius uitæ, [stetit] .i. horruit cōtra rectores ecclesiæ, & in ipsis procellā suā cōmouit: [ & ] per hoc [ fluctus eius ] procellæ. i. aduersitates, uel tempestates, & prosperitates, quæ maxime concutiunt corda hominum, [sunt exaltati] .i. multiplicari in eis: tentat enim diabolus ipsos rectores ecclesiæ, & per suas proprias prosperitates, & proprias similiter aduersitates. ¶ Fluctus sunt exaltati, & per hoc illi rectores, quos illi impellunt fluctus, [ascendunt usque ad cælos] .i. per multas prosperitates ducuntur in nimiam altitudinis elationē, [ & descendunt usque ad abyssos ] quia depressi in multitudine aduersitatum ducuntur usque in desperationem: & per hoc [anima eorum tabescebat] .i. deficiebat [in malis] id est, propter mala quæ in ipsis mouebant tentationes, deficiebat, quia nihil boni facere ualebant, ¶ Etiam turbati sunt] .i. ignorant quid faciendum sit eis, sicut rectores nauium turbantur in mari, ingruente uehementi tempestate, [ & moti sunt ] ad iram aduersus subditos, [sicut ebrius, et sic omnis sapientia eorum deuorata est] quia in nullis bene utuntur ratione, neque quū utuntur prosperis, neque cum franguntur aduersis. ¶ Quia necessitatibus coacti sunt, [ & ] ideo [ clamauerunt ad dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos ] . Ostendit quomodo eduxit eos, dicens: [ & statuit procellā eius ] maris. i. tērationes & tumultus huius seculi, [in aurā] suauem, quæ bene recrearet eos, id est, gratiam spiritualem. s. ubi prius regnabat procella & persuasio diaboli, modo posuit deus spiritum sanctum, qui intus refouet

ret eos: [ & ] per illam auram [ siluerunt fluctus eius ]  
 maris, uel spiritus maligni, qui prius impetū immitte-  
 bant: quia inhabitante eos spiritu sancto, iam nullus flu-  
 ctus, nullus impetus diaboli potuit dominari eis. ¶ Et  
 lætati sunt quia siluerunt, & sic [ deduxit eos in portum  
 uoluntatis eorum ]. .i. in quantum uoluerunt securita-  
 tem. ¶ Confiteantur. Pars quinta. Et sicut in alijs pro-  
 posuit admonitionē laudis prosequentibus beneficijs,  
 ita hic, cum dicit: [ Confiteantur domino misericordie  
 eius, & mirabilia eius filijs hominum ] ut supra. ¶ Et ex-  
 altent eum in ecclesia plebis ] & tota congregatio po-  
 puli laudent eum communiter, & etiam illi prælati: &  
 hoc est: [ & in cathedra seniorum laudent eum ] .i. illi  
 qui habent magisterium super alios. ¶ Exaltet, laudet,  
 ideo, quia ipse [ posuit flumina in desertū ] .i. doctrinas  
 Euangelij posuit in Gentes, quibus corda eorum irriga-  
 tur: [ & exitus aquarum ] .i. ipsam doctrinam manife-  
 ste exeuntem de Iudæa per prædicationem apostolorum,  
 posuit [ in sitim ] .i. in Gentes, qui interna aspiratione  
 cælestem doctrinam sitiebant. ¶ Terram uero fructife-  
 ram, id est, Iudæam, quæ prius erat fructifera, posuit [ in  
 falsuginem ] .i. in sterilitatē. Per falsuginē sterilitas in-  
 telligitur, quia si falsugo terræ misceatur, eam penitus  
 sterilē facit: & hoc fecit [ à malitia ] .i. propter malitiā,  
 [ inhabitantiū in ea ] hoc est, iusto iudicio suo excæca-  
 uit Iudæos, & gentes introduxit. ¶ Posuit dico. Conti-  
 nuatio. Iudæam posuit in falsuginem. [ desertū ] autē .i.  
 gentiles, qui prius erant deserti à cognitione dei, [ posu-  
 it in stagna aquarum ] .i. in ecclesiam, quæ est locus in  
 quo loco stant aquæ .i. baptisma. Vel, in stagna aquarum  
 posuit, id est, in ea stare fecit & perseverare aquas, id est,  
 spirituales doctrinas: [ & ] eandem [ terram ] quæ pri-  
 us erat [ sine aqua ] id est, gentiles, posuit [ in exitus aqua-  
 rum ] ut



rum] ut etiã de ipsis ad alios doctrina proflueret. ¶ Et illic] id est, in aquis illius, [collocavit] deus [esuriens] id est, desiderantes refici spiritualibus doctrinis: [ & ] ipsi collocati [constituerunt ciuitatem] id est, ecclesiam, [habitationis] id est, in qua sola habitandum est. ¶ Et] ipsi ibidem positi, [seminauerunt agros] id est, conuerterunt quosdam sine multo labore seminando uerbum dei: [ & plantauerunt uineas ] id est, quosdam cum magno labore ædificauerunt: & ipsi seminati [ & ] plantati, [fecerunt fructum natiuitatis] id est, doctrinam magistrorum sunt in operibus imitati. Ille facit fructum natiuitatis, cui si prædicatur castitas, caste uiuit: ille non facit fructum natiuitatis, in quo si plantatur castitas uerbo prædicatoris, ipse tamen fornicationem reddit: sicut ager q̄ recepto frumento, zizania reddit, & ita non facit fructū natiuitatis. ¶ Et benedixit] deus [eis] id est, multiplicauit uirtutibus, [ & multiplicati sunt ] numero [ nimis ] multum: uel, nimis, id est, supra numerum electorum: sicut: Tantum multiplicati sunt pisces, quòd scissum est rete, & illi qui superflui erāt, exierunt: secundum quos figurati hæretici, qui ab ecclesia recedunt: [ & iumenta eorum ] id est, simplices de ecclesia, [ non minorauit ] .i. non fecit minoris p̄t̄i, q̄ essent illi sapientes, sed potius in eis uirtutes multiplicauit. ¶ Ipse benedixit eis, [ & ] tñ [ pauci facti sunt ] ad cõparationem malor̄: [ & uexati sunt à tribulatione malor̄, & ] etiam uexati sunt à [ dolore ] quē habebant p̄pter p̄ctā aliorū. ¶ Propter hoc [ contentio est effusa sup principes ] .i. super hæresiarchas, q̄ cõtendūt cõtra ecclesiã dei: uel, sup principes. i. sup potentes huius seculi, [ & eos ] principes [ fecit ] deus [ errare in inuio & nō in uia ] .i. extra fidē: & non ita ut reuocent, sed ita q̄d ultra non erūt in uia. i. in catholica fide, quæ est uia uitæ.

Oo ij ¶ Istos

Luce. 5.  
Iohan. 21.

¶ Istos excæcauit, [ & ] econtra [ adiuuit pauperem ] uerum [ de inopia ] id est, suppleuit eius inopiam de cognitione sui, conferens ei sapientiam, ut posset resistere hæreticis: [ & ] per ipsum pauperem [ posuit familias ] .i. plures congregationes in ecclesiis, faciēdo eas [ sicut oues ] .i. innocētes. ¶ Et hoc quod deus ira adiuuat pauperem, excæcat principem, [ uidebunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum ] .i. obstruet quia iam nihil poterit oblatrare, cum suos complices in inuio uideat permanere. ¶ Quandoquidem tanta bona facit, ergo [ quis ] est [ sapiens? ] Si qs dicat, ego sum sapiens: tūc scio quia [ & custodiet hæc ] quæ prædicta sunt, commendando memoriæ, quod deus pauperes adiuuat, diuites excæcat: [ & ] tunc [ intelliget misericordias domini ] scilicet, quod deus facit nō per merita hominum, sed per misericordias suas. Alleluia.

## IN PSALMVM CVII.

Titulus. Canticum psalmi ipsi Dauid.

**P**Aratum cor meum deus ]. Psalmus iste conuenit Dauid. i. Christo, qui hic loquitur: qui dicitur canticum, quia proponit magnam exultationem. s. Christi glorificationem, quam propheta hic exultanter annunciat. Psalmus dicitur, quia ipsius Christi bonam operationem proponit, scilicet, humiliationem, qua genus humanum. i. dilectos suos, liberauit: ex qua humiliatione. i. operatiōe processit illud canticum: qz ex militia Christi digne & tam diligenter peracta, pces fit glorificatio ipsius. Attendendum, qd in hoc psalmo nouis uerbis non utitur propheta, sed primā partem q̄ est, Vt liberētur tui: mutuat de psalmo illo: Misere mei deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea, illud uerō quod sequitur postea, mutuat de psalmo illo: Deus repulisti nos. Ideo autē uoluit ex diuersis psal-

*Psal. 56.*

*Psal. 59.*

sis psalmis istum psalmum componere, quia uidit par-  
 tes illas psalmorum in Christo cōuenire: & quæ per se ad  
 laudē dei grata erāt, cōiuncta gratiora fuere. Ideo etiā  
 in ecclesia ex diuersis psalmis uel laudibus, antiphona  
 uel cantus aliquis coniungitur. Materia huius Psalmi ē  
 glorificatio Christi, & passio. Modus: In prima parte  
 ostendit glorificationem, & inserit aliquid de humilia-  
 tione. In secunda parte, quæ incipit: ut liberentur dile-  
 cti tui: humiliationem exequitur, & inducit ipsum deū  
 promittentem liberationem electorum, quæ cōpleta  
 fuit per ipsum Christū. Intentio est, inuitare nos, ut ex-  
 emplo sui humiliter patiamur, & ipsa patientia uirtutē  
 & securitatē nostram deum faciamus. Vnde dicit in fi-  
 ne psalmi: In deo faciamus uirtutē, &c. Et iste psalmus  
 est unus de illis, qui Christum deum & hominē demō-  
 strant. Vbi enim eum ostendit exaltatum super cælos,  
 ostendit eum uere deū esse: nam si tm̄ homo fuisset, nul-  
 latenus ita exaltatus fuisset. Vbi autem eum humilia-  
 tum ostendit, eum uerum patet fuisse hominē. ¶ Volēs  
 ergo Christum dignum glorificatione ostendere, pro-  
 mittit se in omni humilitate deo obedientem, dicēs: O  
 [deus cor meum est paratum] cantare tibi: & ut osten-  
 dat se paratum esse ultra modum aliorū hominum, in-  
 geminat, dicens: [paratum cor meum]. i. sic est paratū  
 cor meum, ut nullo modo peccato impediatur: cor est  
 paratum, & ad quod est, complebo, quia [cārabo] de-  
 uotione spiritali & contemplatione laudabo te, [ &  
 psallam ] tibi. i. bene operabor ad honorem tuum, [ in  
 gloria mea ]. i. in psalterio & cithara, id est, in humani-  
 tate: quæ humanitas est gloria mea, quia per obedien-  
 tiā quā in ea deo exhibui, me dignum gloria demōstrā-  
 ui. Vel, psallam, id est, bene operabor in gloria mea. i.  
 in consideratione futuræ glorię quam expecto. ¶ Dico



psallam in gloria mea, & o' gloria mea .i. [psalterium  
 & cithara, exurge] .i. cresce in bona operatione. Psalte-  
 rium uocat Christus suam humanitatem, secundū hoc  
 quod de superioribus resonat, scilicet, quod diuina præ-  
 cepta spiritualiter implet, sicut fuit ante tempus passi-  
 onis. Citharam uocat eandem humanitatem secundū  
 mortificationem carnis, sicut fuit in passione: ideo dico  
 exurge ad bene operandum, quia per hanc bonam ope-  
 rationem certus sum de mea resurrectione: & hoc est  
 [exurgam diluculo] id ē, in mane resurgam. ¶ Et post  
 resurrectionem [confitebor tibi domine in populis]  
 id est, multos Iudæorum de populis faciam tibi confi-  
 teri, & laudare te: [ & in nationibus ] id est, in Gētibus  
 quæ tales remanent, quales sunt natæ: [psallam tibi]  
 id est, faciam te bene operari. ¶ Ideo cōfitebor tibi, [qa  
 misericordia tua] id est, filius tuus, per quem misericor-  
 diter reparas genus humanū, [magna est super cælos]  
 id est, super cælestes creaturas. s. super ipsos angelos, qui  
 per ipsum subsistunt: [ & ueritas tua ] .i. filius tuus, qui  
 te ueracem esse ostendit: quia per ipsum promissiones  
 tuæ impleræ sunt in mūdo, est magna [ usq; ad nubes ]  
 constituendas. i. sanctos prædicatores, qui compluunt  
 ecclesiam cælesti aqua. ¶ Et quādoquidem misericor-  
 dia tua magna est super cælos, ergo [tu deus exaltare su-  
 per cælos] id est, duchominem tibi unitum super oēm  
 angelicam creaturam, sicut in ascensione completum  
 est: [ & ] p hoc [gloria tua] .i. fama tua, erit [ sup oēm  
 terram ] quia tu gloriosus apparebis per totum mun-  
 dum. ¶ Pars secunda. Et ut tibi sit gloria, libera de pore-  
 state inimici dilectos tuos: nisi enim ipsi auferantur a iu-  
 go diaboli, deus in omnibus creaturis suis nullam glo-  
 riam habebit: & [ut liberentur dilecti tui, saluum fac]  
 me resuscitando: per cuius resurrectionem futura est di-  
 lecto

lectorum liberatio. Dilectos uocat à deo prælectos,  
 nec aliorum petit liberationem. Ipse enim sciebat, qui  
 essent dilecti, & pro ipsis orabat: ecclesia uero, quia nō  
 cognoscit determinate, qui sunt saluādi, pro omnibus  
 orat indiscriminate: saluū fac dico, [dextera tua] id est, po-  
 tentia tua, [ & exaudi me ] precantem de dilectorum li-  
 beratione. .i. & per meam resurrectionem, & per meam  
 oratiōem libera dilectos. ¶ Pero ut saluum me facias,  
 ut sic liberentur dilecti: & de mea liberatione bene cer-  
 tus sum, & de ipsorū salute, quia [ deus locutus est in ]  
 me speciali [ sancto suo ] scilicet locutus est: [ exultabo  
 & diuidam Sichimam ] id est, humeros, scilicet, gratiam  
 meam diuersis cōferam, per quam faciam humerosos  
 & fortes ad labores sustinendos: [ & conuallem taber-  
 naculorum ] id est, humiles in tabernaculis meis mili-  
 tantes, [ dimeriar ] .i. in partem mihi assumam, ¶ Eriā  
 [ Galaath ] .i. aceruus testimonij, sicuti sancti martyres  
 qui dant se ipsos morti pro testimonio ueritatis, [ est  
 meus ] .i. in numero saluādorū repositus: [ & meus  
 est Manasses ] .i. illi q̄ obliti sunt ueteris uitę: sicut Psal-  
 mista alibi dicit: Obluiscere populū tuum, & domū pa-  
 tris tui: [ et Effraim ] .i. fructificātes in bonis operibus, Psal. 44.  
 est [ susceptio capitis mei ] .i. diuinitatis meę, q̄a in illis  
 qui sunt ita fructificantes, quiescit & delectatur ipsa di-  
 uinitas. Vel, Effraim, id est, spinea corona, quę est fru-  
 ctificatio, quia acquirit deo coronam de circuitu toti-  
 us mundi: non est dedecus & depressio mea, sicut qui-  
 dam dicunt, sed susceptio capitis mei. .i. facit meum ca-  
 put. .i. meam altitudinē, suscipi per totū mundum, & iu-  
 cundū haberi. ¶ Iuda est rex meus ] .i. Christus, quem  
 ego constitui sup̄ om̄es fideles, est de tribu Iuda: [ Mo-  
 ab ] .i. abutēs lege. .i. Gentiles, q̄ sine lege erāt, sunt [ le-  
 bes spei meę ] .i. se ipsos bñ decoquētes, & faciētes dul-

ces cibos, de quibus ego mihi refectiōnem capiā. Vel, Moab. i. diabolus, qui est abutēs lege, & sine patre deo: est lebes. i. coctio & ustio speci meā: quia p̄ illas exustiones purgantur illi, quos ego spero me habiturū. ¶ Adhuc de uerbis dei. Et quia meus est Galaath, & alios tales habeo, ergo [ extendam calceamentum meum ] .i. sanctum Euangeliū, quo calceantur pedes. i. affectiōnes euangelizantium, ne pungantur spinis cōcupiscentiā, ne ue aliquo luto inquinentur: extendam dico [ in Idumæam ] .i. terrenis, uelut in Gentibus faciā annunciari Euangelium: & per annunciationem Euangeliij [ alienigenæ ] .f. Allophili. i. potione & gloria huius uitæ cadentes [ sunt mihi facti amici ] .id est, obedientes. ¶ Ostensis promissionibus dei, resumit uerba Christus, quasi ita dicat: Quandoquidem deus dicit: extendā calceamentum meū in Idumæā, sed [ quis deducet me in ciuitatem munitam ] .i. ut ego faciam de Idumæis ciuitatem, contra diabolicas tentationes munitā: & [ quis me deducet usq; in Idumæā ] .i. inter terrenos .i. ut ab eis nomen meum cognoscatur, & in ipsis ciuitatē consistuere ualeam. Vel, quis deducet me in ciuitatem munitam, id est, inter terrenos, qui sunt modo ciuitas contra me munita, ut annunciatōe mei munitiones peruersæ illius ciuitatis destruantur: & qs deducet me usq; in Idumæam, id est, ut Idumæos mihi acquiram? Vel aliter: Quis deducet me in ciuitatem munitam. i. in infernum, qui est munita ciuitas, ad retinendos homines in captiuitate, ut spoliem eum de animabus fidelium: & quis postea deducet me usq; in Idumæam, ut ipsos terrenos post triumphū meā uictoriæ acquiram? Nihil usq; nisi tu deus: & hoc est quod subdit: ¶ Nonne tu deus ] utiq; tu, qui cōtrarium tñ uideris facere: [ qui repulisti nos ] .i. uideris repulisse me & meos, dū per-

mittis



mittis uilissime tribulari: & in hoc uideris repulisse, quia  
 [nō egredieris deus] ulterius [in uirtutibus nostris]  
 .i. non apparebis deinceps manifestus in nostris exerci-  
 tibus, sicut fecisti antiquis patribus. Alia translatio ha-  
 bet, in exercitibus. ¶ Dico non egredieris, nec nos peti-  
 mus, sed potius da tribulationem: & [de] ipsa [tribu-  
 latione da nobis auxilium]. .i. ut ipsæ tribulationes quæ  
 patimur, nobis ad futuram gloriam auxilientur: ideo  
 peto auxilium de tribulatione non humanum auxili-  
 um, [quia salus hominis]. .i. subsidium, quod potest ho-  
 mo præstare, est [uana], id est, transitoria. ¶ In deo. Et  
 quia salus hominis est uana, ideo [faciemus uirtutem  
 in deo], id est, ipsum deum reputabimus uirtutem &  
 constantiam nostram, nihil in nobis confidētes, sed o-  
 mnia à misericordia dei sperantes: [ & ipse ad nihilum  
 deducet inimicos nostros, [id est, faciet inimicos no-  
 stros nihil contra nos proficere, & nos eorum perse-  
 cutiones nihil pendere.

## IN PSALMVM CVIII.

Titulus In finem psalmus Dauid.

**D**Eus laudem meam.] Psalmus iste conuenit Da-  
 uid, id est, Christo: habens materiam passionem  
 suam, de qua loquitur: dirigens nos in finem. .i.  
 in Christum. Modus: In prima parte ponit malitiam  
 Iudæorum, ipse Iudæ specialiter, & aliorum, quæ in ipsum  
 Christum exhibuerunt. In secunda parte, quæ incipit:  
 Constitue super eum: ponit maledictiones triginta, si-  
 cut & dñs Iesus triginta denarijs uēditus fuit. In tertia  
 parte, quæ incipit: Et tu domine fac mecum: petit suam  
 glorificationem, interserens aliquid de sua passione, et  
 aliquid de persecutorum maledictioe. Intentio est, ut  
 cum uideamus illos, qui Christum persecuti sunt, sic ma-  
 ledictos, à iustorum persecutione cessemus. ¶ Et sic lo-  
 quitur

quitur Christus ad patrem: O [deus] cōtra hoc quod inimici mei loquuntur mihi impie, tu [ne tacueris laudem meā] sed fac me cognosci, & laudari per totū mūdū: ideo facias hoc, [quia os peccatoris] .i. Iudaici populi, qui populus peccator est in turpi vita: [ & os dolosi] populi, qui dolose machinatur mortem meā: & dicit dolos, sicut: Magister, q̄d est maximū in lege mādatum, & similia: [est apertum sup me] .i. ad meā depressionē. Cum dicit, apertū est, notat eos multa mala locutos contra eum fuisse. ¶ Et ipsi [locuti sunt aduersum me lingua dolosa] dicētes: Magister, scimus quia uerax es [ & ] tandē in passione [circudederūt me sex monibus odij] .i. quos p̄ferebant cōtra me, non propter meritum, sed p̄pter odium, dicentes apud Pilatū: Crucifige crucifige eū: [ & expugnauerunt me] scdm̄ dicta eorum putauerunt conuictum de reatu, eo q̄ uerum eis dixeram, dicendo me esse filium dei. Vel expugnauerūt me quantū ad exteriorem hoiem, dātes me morti: & hæc omnia [gratis] id est, sine meo merito. Vel, expugnauerunt. i. impugnauerunt, me spernēdo, colaphizādo. ¶ Vere gratis, quia pro beneficijs hæc omnia mihi faciebant: & hoc est: [detrahebant mihi p̄ eo, ut me diligerent] .i. pro eo facto, pro quo me diligere deberent: & etiā [posuerūt aduersum me mala p̄ bonis] .i. in ipso facto, in quo quærebant mihi mortē, id est, cum ego quærerem eorū salutem: [ & odium pro dilectione mea, ego autem orabam ], p̄ eis. Vltimū genus malitiæ notat in eis. Malum nāq; est, pro bonis bona nō reddere: peius, pro malis mala reddere: pessimū, pro bonis mala reddere. Ecōtrario ponit in Ch̄o optimū genus bonitatis, qui pro se persequentiu salute orabat. ¶ Constitue. Pars secunda. & quandoquidem populus iste ita obstinatus est in me persequendo, nec  
me

me uult habere caput & regem suū, ergo [cōstitue] dō  
 domine [super eum] populum [peccatorem]. i. dia-  
 bolum, q̄ singularis peccator est, & est causa totius pec-  
 cati. Super eū, ut dominetur ei: [ & ] ipse [diabolus] sc̄i-  
 licet, [stet à dextris eius]. i. non occupet solā carnali-  
 tatem, q̄ per sinistra, sed etiā ipsam rōnem q̄ per dexte-  
 ram designatur; ita, ut neq; p̄ rationē aliqd boni agat,  
 Vel, stet à dextris eius. i. quæcūq; operabitur, suggeren-  
 te diabolo, putet dextera & bona. Attēde q̄ hęc impre-  
 catio non est ex uoto maleuolentiæ, sed Christus con-  
 sentiens diuinæ iustitiæ, ponit sub deprecatione, quæ  
 ualet quātū & enūciatio, quod uidet illis futuræ. ¶ Cū  
 iudicatur. Constitue pctōrem, & eo cōstituto, [exeat]  
 à consortio iustōrū [condemnatus] uel Iudas], uel lu-  
 daicus populus, [cū iudicat]. i. iudicabitur in futuro  
 iudicio, in quo iudicio certum est, q̄ Iudas & eius con-  
 sentanei à sc̄tōrum consortio seiungentur. Vel, cum iu-  
 dicat occulto iudicio in hac uita: exeat à consortio san-  
 ctōrum cōdemnatus, ueluri Iudas, qui tradito dño ab  
 apostolorū societate seiunctus est: [ & oratio eius fiat  
 in peccatum. ] Iudæ oratio in peccatū fuit, qñ in despe-  
 rationem cecidit: ueluri cum dominum audiret resur-  
 rexisse, dixit: Peccaui, tradens sanguinem iustum, du-  
 ctusq; desperatione, laqueo se suspēdit: pōt quoq; com-  
 muniter dici, & de Iuda, & de malo populo illo Iudæo-  
 rum. Fiat oratio eius in peccatū. i. ad æternū interitiū  
 q̄a sicut dicit Augustinus, oratio quæ cū Christo fit, ad  
 salutem est: quæ sine Christo est, ad damnationem. Si-  
 militer & nostra oratio fit in peccatis, si habentes erga  
 proximū odium uel irā, uel alias iniustitias, dicamus:  
 Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus  
 debitoribus nostris. Debemus autē saltem nro fratri  
 odium uel iram, & talia quæ nō sunt exigenda, condo-  
 nare,



nare, ut oratio nostra deo acceptabilis sit, sicut in Eu-  
*Matt. 6.* angelio dicitur: Cum offers munus tuū ante altare, si  
 recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid iustæ  
 querelæ aduersum te, dimitte munus tuum, & uade  
 prius recōciliari fratri tuo, &c. Licet autem nobis quæ-  
 dam iuste repetere, quamuis melius esset omnia con-  
*1. Cor. 6.*  
*o 10.* donare: Vnde Apostolus: Omnia mihi licent, sed non  
 omnia expediunt, ¶ Fiant dies eius pauci ] id est, pau-  
 cis diebus maneat inter apostolos, [ & episcopatum  
 eius accipiat alter ] id ē, apostolatū. s. Matthias: hoc  
*Actū .1.* specialiter de Iuda dicitur, de quo & beatus Petrus in  
 Actibus apostolorum hunc uersum exposuit, dicens:  
 Suppleamus locum ipsius, sicut præcepit spiritus san-  
 ctus, cum dicit: Episcopatum eius accipiat alter. ¶ Fiant  
 filij eius ] Iudæ, uel populi Iudaici, [ orphani ] patre car-  
 nali, uel deo patre spirituali: [ & uxor eius ] Iudæ, uel  
 totius populi Iudæorum [ uidua ] uel maritis carnali-  
 bus, uel ipso deo marito spirituali, & uero consolato-  
 re. Licet in Euangelio non legatur, ramen credimus Iu-  
 dam uxore & filios habuisse. ¶ Propter hæc mala [ trās-  
 ferantur filij eius ] scilicet, Iudæ, uel communiter toti-  
 us populi, de regno suo, [ nutantes ] instabiles & uagi,  
 uidelicet, translati, nullius terre dominium obtineant,  
 [ & mendicent ], i. deserti à deo, indigeant etiam exte-  
 rioribus: transferantur dico, nec hoc fame, uel uolun-  
 tarii, sed ui expellantur: hoc est qd dicit: [ eijciantur de  
 habitationibus suis ] sicut completum est per Titum et  
 Vespasianum. ¶ Scrutetur etiam fœnerator ], i. diabo-  
 lus, qui dicitur fœnerator, quia uitia commissa alicui  
 multiplicata requirit, quia in ipsis etiam multiplicari  
 facit, & pro ipsis pœnas soluit: [ omnē substantiā eius ]  
 Iudæ & aliorum Iudæorū. Substantiam eorū accipit ra-  
 tionē, per quā ipsi debent uiuere, & in bonis operibus  
 susten-

sustentari: hanc scrutatur diabolus, quando à bono eos  
 retrahit, & rationem eorū in prauos usus cōuertit. Vel  
 substantiam eius diaboli. i. malitiam, in qua, & per quā  
 ipse subsistit. Scrutetur, id est, diligenter inquirat, ut p  
 singulis malitijs quas exercuerunt, reddat eis diabolus  
 multiplices pœnas: [ & alieni diripiāt labores eius ] si-  
 cut Romani in possessionibus eorum hæreditauerūt.  
 Vel, alieni, id est gentiles, diripiant labores eius, id est,  
 legem domini, in qua prius Iudæi laborauerunt. ¶ Et  
 eum his modis conteratur populus ille, [ nō sit illi ad-  
 iutor ] id ē, nō sit aliquis populus, qui insurgat ad de-  
 fensionem eius: uel ipse deus, qui aliorū miserijs moue-  
 ri solet, & adiuuare, non sit adiutor illi populo, nec etiā  
 filijs eorum. & hoc dicit: [ non sit qui misereatur pupil-  
 lis eius. ] ¶ Non sit q̄ misereatur, sed potius [ fiant natī  
 eius ] populi [ in interitū ] id est, moriantur morte tem-  
 porali, [ in generatione una deleatur nomē eius ] .i. nō  
 habeant regnatiōē, quā habēt Christiani ex unda ba-  
 ptismi, sed unam solā generationem. s. carnalem, quā  
 quicunq; solā habent, æternæ patriæ habitatores non  
 erunt: eadē sententia pōt haberi, si de Iuda specialiter  
 dicatur: uel hæc alia, in generatiōe una deleatur nomē  
 eius, id est, non habeat multam successionem filiorum,  
 sed sine prole filij eius moriantur. ¶ Et p̄ter hæc mala  
 [ iniquitas patrum eius ] .i. originalia peccata, [ redeat  
 in memoriā ] .i. pœna eos affligat pro peccatis patrū  
 suorū, non solū proprijs commissis: redeat dico [ in cō-  
 spectu dñi, ] .i. in iudicio in q̄ dñs ab oībus cōspiciet:  
 propter hoc dicit, redeat in memoriā, q̄ uidetur dñs  
 oblitus oīm peccatorum eorum, in hoc dum nō punit  
 eos: [ & pētūm matris eius ] .i. synagogæ, in q̄ sunt car-  
 naliter multi, [ non deleatur ] sed potius pro peccatis  
 synagogæ filij deleantur: & accipitur hic speciale illud  
 peccatum

- pētūm, de persecutione iustorū: Vnde & alibi dicitur:  
*Matt. 23.* Veniat sup uos omnis sanguis iustus, q̄ effusus est sup  
 terrā, a sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zacha-  
 riæ filij Barachiz. ¶ Peccatum matris non deletur, sed  
 potius [fiāt contra dñm semper]. s. ut sicut in hac uita  
 sunt contrarij dño per similitudinē uicæ, ita in alia uita  
 erunt contrarij, qñ dñs in gloria quiescet cum suis, ipsi  
 torquebūtur æternis supplicijs: [ & dispereat de terra ]  
 uiuentium [ memoria corū ]. s. q̄ nullus iustorū aliqua  
 pia affectione moueatur super eos: hec oro eis [ p̄ eo ]  
 factō, [ quod non est ] populus ille [ recordatus facere  
 misericordiā ], .i. aliquid pro quo deberet misericordiā  
 inuenire. Recordatus ideo dicit, q̄a & si prius nō fecis-  
 set misericordiā, posset tñ postea resipuisse, & miseri-  
 cordiā fecisse. Vel ideo dicit recordatus, q̄a si alij fecis-  
 sent mala Christo, ipsi deberēt defendere, de quorum  
 p̄genie ipse erat, & quos p̄sentia sua ipse uisitauerat.  
 ¶ Nō est recordatus facere miām, sed potius [ persecu-  
 tus est hoīem inopem ]. .i. nulla temporali copia abun-  
 dantem, [ & ] me [ mēdicū ]. .i. aliunde necessaria petē-  
 tem, sicut ipse aquā mendicauit à muliere Samaritana:  
*Iohan. 4.* [ & ] me [ cōpunctum corde ]. .i. dolentem de peccatis  
 eorum: nec sunt persecuti ad hoc ut aliqd de sp̄alibus  
 mihi auferret, sed [ mortificare ]. .i. ad hoc ut me morti-  
 ficarent. Vel si cōpunctum, p̄prie accipiamus. s. dolen-  
 tem de proprijs peccatis: dicemus non de p̄pria p̄sona  
 Christi, sed de suis. Sic persecuti sunt me inopem homi-  
 nes & meos, hoc est quod subdit: compunctos corde.  
*Matt. 27* ¶ Et dilexit maledictionē] ueluti cū dixit: Sanguis ei⁹  
 sup nos & sup filios nostros: [ & ueniet ei ] populo il-  
 la maledictio, quia etiam propter illud peccatum sunt  
*Iohan. 9.* adhuc hodie excæcati filij eorū: [ & noluit benedictio-  
 nem ] quando cecus illuminatus dixit eis: Nunquid &  
 uos



nos discipuli eius uultis fieri? maledixerunt ei, & dixe-  
 runt: Tu discipulus eius sis, nos discipuli sumus Moysis  
 [ & ] ipsa bñdictio [ elongabitur ab eo ] populo, q̄a ex  
 cæcatis Iudæis, trāsibit illuminatio ad Gentes. ¶ Et in-  
 duit [ ] populus ille [ maledictionē ] .i. p̄t̄m meæ mor-  
 tis, [ sicut uestimentum ] quia putabant tamen appa-  
 rere uicinis ualde ornati & decori: [ & ipsa maledictio  
 [ intrauit in interiora eius ] iam ualēs ad mortem eo-  
 rum, [ sicut aqua ] penetrans ad interiora: [ & sicut ole-  
 um in ossibus eius: ] quia sicut oleum hilarem & letam  
 reddit faciem, ita ipsi læti de mea morte fuerunt. Tunc  
 fuit peccatum illud quasi uestimentū accedens ad eos,  
 quando persuadenti diabolo assenserunt. Tunc fuit q̄si  
 aqua penetrās ad interiora, quando laborauerunt, &  
 corporaliter quæsierunt, ut me morti traderent. Post-  
 quam uero perfecerunt, iam gaudentes & exhilarati  
 de morte mea, fuit eis quasi oleum. ¶ Dico quod po-  
 pulus ille induit maledictionem, & illa maledictio. s.  
 peccatum illud fiat eis excæcatio: & hoc est: [ fiat ei si-  
 cut uestimentum, quo operitur ] contegantur, & con-  
 tineantur in tenebris illa maledictione: [ & ] etiam fiat  
 eis obduratio: & hoc est: [ sicut zona qua semper præ-  
 cingitur ] .i. sic sit circumdatus illa maledictione, ut ex-  
 pedire se ab ea nō ualeat. Vel ita, sicut eis mors mea fu-  
 it, quasi zona, qua solent homines præcingi, ut ad opus  
 sint expeditiores, ita mors mea sit eis sicut zona, p̄pter  
 hoc q̄ morti me tradiderunt, ut sp̄ sint parati & prom-  
 pti ad om̄e malū opus faciendum. ¶ Ego hæc mala im-  
 precor eis, & [ hoc ] est [ opus eorum ] .i. hoc exigunt  
 opera eorum, [ qui mihi ] existenti [ apud dñm ] con-  
 substantiali mihi filio dei [ detrahunt ] dicentes: Hic ho-  
 mo non est à deo, non est filius dei. Vel, qui detrahunt  
 mihi, & hoc putant esse apud dominum, id est, placere  
 domino

domino, [ & ] hoc exigit opus eorum, [ qui loquuntur  
 mala aduersus animã meã ] & qui imponunt mihi cri-  
 mina, dicentes me esse potatorem, maleuolũ, & similia.  
 Vel loquuntur aduersus animam meam. i. aduersus uĩ  
 tam meam, ueluti cum dicerent: Si hunc dimittis, non  
 es amicus Cæsaris. Ideo dicit aduersus animam meam,  
 & non aduersus corpus, quia quanquã dicebant eum pau-  
 perem filium pauperã, non erat hoc malum, quia ueri-  
 tas hoc exigebat. ¶ Et tu domine. Pars tertia. Continu-  
 atio: Ipsi loquuntur hoc aduersus animam, sed contra  
 eos tu domine me adiuua, & hoc est: [ & tu domine do-  
 mine ]. In repetitione, suã deuotionem oñdit: fac me-  
 cum ]. i. operare pro me. s. ad utilitatem meam. Vel, fac  
 mecum. i. ego operor, & tu operare, [ propter nomen  
 tuum ] ampliandum: & etiam propterea, [ quia suauis  
 est misericordia tua ] quã me fecisti propter misericordi-  
 am tuam incarnari, pati: hæc fuit mihi suauis res, id est,  
 placuit mihi. ¶ Hoc scilicet fac mecum, [ libera me ] de  
 conformitate malorũ, & ne possint me retinere in mor-  
 te, sicut ipsi uolunt: & opus est, [ quia ego sum egenus  
 & pauper ]. Pauper fuit quantum ad opes humanas,  
 quibus caruit: egenus, quã aliunde petijt: [ & cor meum  
 turbatum est ] timore mortis: iuxta illud: Tristis est aĩa  
 mea usq; ad mortem: & hoc [ intra me ]. i. non ex neces-  
 sitate, sed ex mea uoluntate. Vel, intra me, quia & tri-  
 stis est anima, non tamen manifesto eis. ¶ Cor meum  
 conturbatum est ab eis, & ego [ sum ablatus ]. i. raptus  
 à Iudæis, & datus in mortem, [ sicut umbra cum decli-  
 nat ] scilicet, ita leuiter, ut umbra recedit ueniẽte lumi-  
 ne nullã uim ostendens, ita raptus ab eis, nullam oñdi-  
 tionẽ [ sum ] ego [ excussus sicut locusta ]. s. fugi manus  
 eorum, fugiendo de loco ad locum, nolens eis causam  
 peccati

Matt. 26.

Mar. 14.

peccati ministrare, sicut locusta de loco ad locum saltando uadit. ¶ Et [genua mea] id est, apostoli, qui me per mundum debebāt portare, & ex quibus debebam fortis apparere [sunt infirmata] id est, debilitata [à ieunio] cum nō, essem cū eis, quia diuini uerbi refectio- nem nō habebant: qm̄ non legitur Christum in carna- libus genibus fuisse infirmatum: [ & caro mea immuta- ta est ] de uita ad mortem, [propter oleum] remotū scilicet, quia non habui gratiā spiritalem ad defensionem cōtra inimicos, quam prius habueram. Vel, pro- pter oleum mutata est caro, i. datus sum in mortē pro- pter oleum mittendum, i. propter spiritum sanctū mit- tendum. Vel, caro est mutata de mortali ad immor- tale propter oleum, id est, propter diuinitatē sibi uni- tam. ¶ Et] propter hæc mala ego [sum factus oppro- briū illis], i. inferebant mihi opprobria, [ uiderūt me, & mouerunt capita sua ], i. signū meæ derisionis. ¶ Ipsi hoc faciūt, sed tu [dñe deus meus adiuua me] ne in pas- sione deficiā, [saluū me fac] resuscitādo: et hoc [ppter misericordiā tuā] quia hoc exigit misericordia tua, ut iusto ita subuenias. ¶ Et sciant] tandem omnes, [quia manus tua est hæc], i. operatio tua dedit me in mor- tem, [ & tu domine fecisti eam ] operationem. s. ita est tua, quod tu eam operatus es omnino in me. ¶ Dico sal- uum me fac, & securus sum quod d facies, q̄a [illi male- dicent, & tu benedices], i. multiplicabis uirtutes, dabis etiam resurrectionem: & quia tu benedices, ideo [con- fundantur], i. confusionem habeant, [qui insurgūt in me, seruus autem tuus], s. ego, [latabitur] de resurre- ctione facta per ipsum. ¶ Et non tantum insurgentes, sed etiam detrahentes: & hoc est: [induuntur pudore] illi, [qui detrahūt mihi] habentes erubescētiā de de- tractione sua facta mihi, [ & ] induātur tm̄ [confusiōe



sua] ut [operiantur] ea [sicut diploide] .i. sicut diplo-  
 is est duplex uestimentum, ita confusio eorū sit duplex,  
 & interius .i. in anima, & exterius in corpore: galicet se  
 excusent in uerbis exterius, conscientia tamen mala cō-  
 funduntur interius. ¶ Ipsi quidem operiantur confusi-  
 one, ego autem [confitebor domino] .i. faciam meos  
 cōfiteri domino [nimis] .i. multum: & hoc est: [in ore  
 meo] .i. meorū: quia q̄d annuntiabunt ore, perficient  
 opere. Vel, in ore meo. .i. palam: & hoc non coram pau-  
 cis, sed [in medio multorum laudabo eum]. ¶ Eum q̄-  
 dem laudare debeo, [q̄ astitit à dextris pauperis] me-  
 id est, qui me semp in bonis operibus conseruauit: asti-  
 tit dico, [ut saluā faceret à persecūtibz animā meā]  
 ne uel eis cederem, uel in morte me possent detinere.

## IN PSALMVM CIX.

Tirulus. Psalmus Dauid.

**D**ixit dominus]. Psalmus iste conuenit Dauid p̄-  
 phetæ qui hic loquitur. Materiam habet Chri-  
 stum secundum utraq; naturam. In prima par-  
 te agit de utraq;. Vbi enim dicit: Dixit dominus domi-  
 no meo: deum eum significat, secundum quam naturā  
 Christus omnium hominum fuit dominus. Vbi uero  
 ipsum deum inducit Christo dicentem: sede à dextris  
 meis, &c. de ipsa humanitate agit. In secunda parte, q̄  
 est: Tecum principium in die uirtutis: agit de sola Chri-  
 sti deitate, & hoc per uerba ipsius dei patris: quia ibi p̄-  
 ter ostendit eum & sibi coæternum, & ex se genitum.  
 In tertia parte, quæ incipit: Iurauit dominus: resumens  
 uerba propheta, loquitur de ipsa Christi humanitate,  
 alia tamen semper dicendo. Vel si quid dicit de passio-  
 ne, sicut ibi: De torrēte in uia bibit: causa exultationis  
 facit. Intentio est, nos admonere, quasi utens demon-  
 stratiuo genere, ut Christum sic emendatum, dignum  
 iudi-

iudicemus honore, & ei debitum honorē exhibeamus.  
 ¶ Et ut ostendat se de corde suo hoc non prophetasse,  
 inducit ipsum deū patrē de filio cū filio loquentē, sic di-  
 cens: [ Dominus ] pater [ dixit ] .i. ab æterno disposuit,  
 [ dño meo ] Iesu Christo filio suo. Vbi dicit, meo, no-  
 rat eū sibi familiariorē esse, q̄ patrem per assumptā hu-  
 manitatē, & tamē uocat dominum secundū deitatem.  
 Vnde ipse Christus dicit his, qui solum hominē eum pu-  
 tantes, dicebant filium Dauid: Quō ergo dñm eum uo-  
 cat, dicens: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis: per  
 hoc innuens se non solum hoīem, sed etiam deū, secun-  
 dum q̄d & Dauid & omnium aliorū dñs erat, Cum di-  
 cit patrem dñm, & filium dñm, notat in utroq; æqualē  
 potentiā. Dixit pater, & ecce quid dixit: [ sede à dextris  
 meis ] .i. expleta militia tua, & peracta obedientia, qui-  
 esce in potioribus bonis meis. Licet autē non legamus,  
 q̄ pater ad filium dixit per hæc uerba, tamen scimus ea  
 ita fuisse disposita, q̄a sic uidemus impleta. ¶ Sede rā-  
 diu à dextris meis, [ donec ] ego [ ponam inimicos tu-  
 os scabellum pedum tuorū ] .i. donec inimici tui, s. pse-  
 cutores, qui modo uident habere dñm, & putāt se fa-  
 cere posse cōtra uoluntatē tuam, plenarie subijciantur  
 tibi, quasi scabellum sub pedibus, scilicet, usq; ad diem  
 iudicij, in qua subditi erunt tibi. Donec dicit, non quōd  
 postea non sedeat, sed quia tunc omnibus apparebit  
 gloriosus, de quo quidam modo dubitant. Vel per pe-  
 des humanitatem Christi intelligimus, per quam dei-  
 tas ad nos uenit, & nobis innotuit, cui humanitati oēs  
 in iudicio erunt subditi, quia illam humanitatem hoc  
 promeruisse intelligent, ut ei omnis honor & gloria cō-  
 ferri debeat, & omnis ei creatura subijci debeat & oport-  
 eat. ¶ Verba prophetæ. Dominus pater dixit: Ponam  
 inimicos tuos scabellū pedū tuorū: & uere inimici tui tū

Mat. 22

Mich. 4. bi subijcientur, quia dominus pater dabit [uirgam], .i. regiam potestatem, qua confringas inimicos, & conserues tuos: cuiusmodi potestatem significat sceptrum in regibus: uirgam dico [uir-tutis tuæ] .i. in qua apparet uirtus tua: quia quos defendes, nullus poterit impedire: et cōtrā, quibus nocebis, nemo poterit defendere. Et hęc uirgam [emittet dominus ex Sion] ut sua prædicatio de Sion exeat: Vnde propheta: De Sion exhibit lex. Trāsieris ad Gentes, ut ipsæ Gentes Christi regimini subijciantur: & quæ emittet, o Christe [dominare]. Alia trās-latio habet, dominabis: [in medio inimicorū tuorū] .i. in cōmuni omniū, ut qui prius inimici, sese tibi ex propria uoluntate subijciant: tu dico quasi medius, ad quē homines ex omni gente conueniant. ¶ Tecū principiū, Quasi diceret: [tecū] est mihi [principiū in splendoribus sctōrū] .i. in spū sctō, qui diuersis splendoribus sanctos decorat. In hoc ē nobis principiū [in die] .i. in claritate [uir-tutis tuæ] .i. deitatis. Ac si diceret: Identitas est mihi, & spiritui sctō tecū. Nec moueat quenquam quod splendores pluraliter accipi spiritū, cū Iohannes dicat, & spiritus missi in omnē terram. Vel aliter. Tecū principium. Pars secūda. Verba patris ad filium. Continuatio: Dico à dextris meis, & merito propter dignitatē diuinitatis ita sublimādus est in assumpta humanitate, quæ mihi est principiū tecum. .i. tu es principiū & creator omniū rerū, & sine initio, & ego similiter: non dicit, tibi est principiū mecū, ne uideretur designare immortalitatē in filio. Cum dicit, mihi est tecū, notat diuersitatē personæ. Cum dicit, principiū sumus, notat coæternitatem: & quod ego sum principiū tecū, apparebit in die. .i. in æternitate beatitudinis: quæ dicitur dies, propter splendorem ueræ cognitionis: die dico uirtutis tuæ. .i. in qua apparebit uirtus tua, qua tuos coronabis, malos dānabis,



bis &c. In die uirtutis tuæ dico. s. in splendoribus san-  
 ctorū. i. sancti q̄ in hac uita sunt pannosi & hispidi, erūt  
 immortales & impassibiles facti: & tūc erit uerus splē-  
 dor, quia tunc intelligent quomodo filius in patre, &  
 pater in filio: unde Apostolus: Videmus nūc per specu- **1. Cor. 13**  
 lum, & in anigmate, &c. Dico mihi est principium te-  
 cum, & ego [genui te ex utero]. s. ex intima & secreta  
 essentia mea ineffabili genitura, quam angeli quoque  
 ignorare creduntur: & hoc non in tempore, sed [ante  
 luciferum]. i. q̄ stella illa crearetur: & per hanc partē  
 oēm creaturam intelligimus. Vel per luciferum intel-  
 ligimus diabolum, qui cecidit, qui propter nimiam pul-  
 chritudinem superbiuit. s. ante genui te, q̄ aliquā ange-  
 licam creaturam. ¶ Iurauit dominus. Pars tertia. Conti-  
 nuatio. Propheta: Dñs dixit, sede à dextris meis, &c. &  
 ipse idē [dñs] p̄s [iurauit]. i. firmiter disposuit, [ & nō  
 p̄cēnabit eū ]. i. non murabit sententiam, hāc. s. [ tu es  
 sacerdos in æternum ]. Sacerdos dicit, q̄ se ipsum obtu-  
 lit, & semper deum patrē interpellat pro nobis: & hoc  
 [secundum ordinem Melchizedec]: q̄a sicut Melchize- **Gen. 14**  
 dec obtulit Abrahæ panem & uinū, sic Christus discipu-  
 lis obtulit calicem & panē, i. corpus suū in qualitate pa-  
 nis & uini: & idem sacrificiū per oēm ecclesiā instituit.  
 Sicut autē Melchizedec sine principio fuit, & sine fine:  
 non q̄ non habuerit, sed quia in scriptura non legit ha-  
 buisse: & sicut Melchizedec sine patre fuit & sine matre:  
 non q̄ non habuerit iterum, sed quia scriptura non di-  
 cit, sic Christus secundum humanitatem nō habuit pa-  
 trem, & secundum deitatem non habuit matrem, & in **Heb. 7.**  
 alijs quoq; multis assimilatur Christo: Vnde Aposto-  
 lus ad Hebræos scribens, ait: Assimilatus autē filio dei.  
 ¶ Dñs. Conuertit p̄pheta uerba ad patrem, ostendens hu-  
 manitatis Christi altitudinē: ac si ita diceret propheta:

O domine pater [dominus] id est, Christus quiescens  
 [à dextris tuis, confregit] id est, confringet, [reges] .i.  
 superbos & potentes huius uitæ, [in die iræ suæ] id est,  
 in die iudicij, quando apparebit ira sua, id est, uindicta  
 sua. Ideo per præteritum dicit confregit, quia raptus  
 ad consilium dei, iam uiderat illud iudicium, & tenebat  
 mente quasi præteritum. ¶ Dico quia confringet in iu-  
 dicio, iterum autem [iudicabit] diuino iudicio occul-  
 to: quia quosdam illuminabit, quosdam excæcabit: &  
 hoc non in paucis, sed [in nationibus] tam Iudæorum,  
 quàm gentium: ita quidem iudicabit, scilicet, [ruinas]  
 id est, illos qui se cognoscunt fuisse per propria pecca-  
 ra, & per peccata patrum suorum, [implebit] bonis,  
 quia & illa remouebit, & quod illis deerat, supplebit:  
 [capita autem] id est, altitudines, & superbias [mul-  
 torum] in hac uita superbientium, [conquassabit] id  
 est, conteret & annihilabit, & faciet eos decidere de iu-  
 dicio in peius: & hoc [in terra] id est, in hac præsentii ui-  
 ra, ubi deus iusto iudicio excæcat malos. ¶ Hoc meri-  
 to suo dabitur Christo, & in hac uita iudicare, & ran-  
 dem manifeste: quia ipse CHRISTVS [in uia] id est,  
 in tempore militiæ suæ, in quo omni studio intēdit ad  
 deum, [bibet] id est, gustabit, non ex coactione, sed ex  
 uoluntate, & quasi delectatione, [de torrente] id est,  
 de feruētissima passione, & de miserijs huius uitæ, quæ  
 quasi torrens cū quodam impetu ueniunt, & cito trās-  
 eunt, scilicet, libenter sustinebit mortem, & alias misera-  
 rias pro redemptione humani generis: [ & propterea  
 exaltabit caput] id est, suam altitudinē leuabit & mul-  
 tiplicabit: quia propter hoc dabit illi deus nomē, quod  
 est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu  
 flectatur, &c.

Philip. 2.

In psal.

## IN PSALMVM CX.

Titulus. Alleluia.

**C**onfitebor]. In hoc psalmo loquitur propheta, non pro se solo, sed in persona fidelis populi. Materia est fidelis populus, spirituali esca pastus, & redemptus pretio sanguinis Christi. In prima parte dicit se in persona totius populi laudare deum, ad similitudinem illorum qui cum David sunt, & ponit quasdam materias & causas suæ laudis. In secunda parte ponit simili modo, præter prædicta, materiam laudandi deū. In tertia parte, quæ incipit: Redemptionem misit populo suo: ostendit quod deus de manu inimici liberabit populum suum. Intentio est, inuitare nos ad cantandum alleluia, scilicet, ut propter huiusmodi beneficia æternas deo laudes decantemus. ¶ Attendens autem propheta, se inter cæteros fideles iam beneficijs dei partum, ac redemptum, dicit: [ Confitebor tibi domine in toto corde meo ] id est, nulla pars uacabit terrenis, sed totum cor occupatum erit laudibus dei, & in hoc similibus ero eis qui iam sunt [ in consilio iustorum ] id est, sanctis angelis, & alijs uiris, qui iam sciunt consilium & uoluntatem dei, & cum ipso iudicant, [ & ] iam sunt in [ congregatione ] iustorum. Bene quidem propheta se similem eis dicit, quid enim amplius possunt illi facere, quæ deum in toto corde laudare? ¶ Ideo laudabo, quia [ opera domini ] quæcunq; sunt [ magna ] & mirificata: & illis quidē apparent magna, a quibus sunt [ exquisita ] eundo [ in omnes uoluntates eius ] hoc est, illis magna apparent, qui attendūt quid uelit deus in unoquoq; opere, quid, dum aduersa dat alicui: quod, dum prospera. ¶ Ideo dico magna opera dñi, quia [ opus eius ] est [ confessio ] id est, bonum. Hieronymus ponit gloriam & honorem: bonum dico ita dignum, quod ipm



iudicet, & confiteatur artificem suum, & laudabilē reddat: [ & ] est [ magnificentia ] .i. magnificum opus, [ & iustitia eius ] dei [ manet in seculum seculi ] quia & bonus hic iustificat, & in æternum remunerat: & malos hic excæcat, & in æternum damnat. ¶ **M**emoriã fecit, Pars secunda. Præter hæc prædicta habeo materiã laudandi deum, qđ ipse [ misericors & miserator dominus dedit escam ] .i. refectiōem corporis & sanguinis sui, nō omnibus ualentem ad uitam, sed [ timentibus se ] quā dando, [ fecit memoriã mirabiliū suorum ] patribus antiquis exhibitorum, cōplendo ex significatis, qđ præsignauerat in figuris: quia cum nobis escam dñici corporis dedit, nos memores fecit mannae hanc escã præfigurantis, & aliorum dei beneficiorū similiter. ¶ **E**t hæc escam dando, [ memor erit ] id est, memorem se ostendet [ testamēti sui ] id est promissionis Abrahamæ factæ: testamenti dico durantis [ in seculum ]. Per illam enim escam accipiūt filij Abrahamæ æternã benedictionem, in quo determinat, quod illa esca sit cibus dominici corporis, quia alia esca nō daret uitam æternam Abrahamæ promissam: & [ uirtutem ] .i. efficaciam et cōplētiōē [ suorum operū ] .i. mirabilium patribus in figura ostēforum, [ annuntiabit ] per predicatores [ populo suo ] qui annuntiabunt Christum, & finem legis esse, & cōplētiōem omnium promissorum dei. ¶ **A**d hoc annūciabit, [ ut det illis ] annuntiatoribus [ hæreditatē Gērium ] id est, Gentes in hæreditatem, sicut Petrus & Paulus habuerunt hæreditatem & possessionem in Gentibus. Alia materia laudis: & etiam [ opera manū eius ] id est, diuinitatis, sunt [ ueritas & iudicium ] . Veritas, quantum ad bonos, quibus complentur promissiones dei: & iudicium, quantum ad illos sunt opera illa, quos suo iusto iudicio dānat deus. ¶ **A**lia materia laudis: hoc etiã

Exo. 16.

Gen. 22.

etiam materia laudandi erit mihi, quia [omnia manda-  
 ta eius] sunt [fidelia]. i. credibilia, quibus credendum  
 est, quia cōplent quod promittunt: [cōfirmata in secu-  
 lum seculi] quia non pōt impediri aliquatenus qd pro-  
 mittunt quin fiat, & hic, & in futuro. Vel, confirmata  
 in seculum seculi, i. non perficiētia in seculo hoc quod  
 promittunt, sed in futuro: ipsa mandata dico [facta in  
 ueritate] in cōplētionē promissionum, [ & æquitate ]  
 quia nihil inuenitur in eis iniquum. ¶ Redemptionē.  
 Pars tertia. Alia materia laudis. Continuatio. Propte-  
 rea etiam confitebor ei, quia ipse [ misit redemptionē  
 populo suo ]. i. populum suū de seruitute diaboli libe-  
 rauit: & [ mandauit ] etiam. i. fecit annunciari per præ-  
 dicatores per mundum [ testamentum ] scilicet, sanctū  
 euangelium, duraturum [ in æternum ] quia æternos  
 faciet iustos. ¶ Alia laus. [ Nomen ] etiam [ eius sc̄tm̄ ]  
 id est, dulce & bonum gustantibus. non quia profertur,  
 sed quia creditur, & credentes saluos facit & sanctos,  
 [ & terribile ] malis respectu futuri iudicij. Alia laus:  
 Et [ timor ] illius [ domini ] quia cum timeamus futurū  
 iudicem, & uindicaturum de malis, est [ initium ] ueræ  
 [ sapientiæ ] quia hoc mala uitamus, & bona facimus.  
 ¶ Et [ intellectus ] illius timoris. i. si quis bene intelli-  
 git quid sibi sit faciendum, est [ bonus ] id est, utilis: &  
 hoc non intelligentibus tātū, scilicet, sine actu, sed [ oī-  
 bus facientibus eum ] intellectum, id est, ea complentī  
 bus, quæ exigit intellectus. Vel, facientibus eam, id est,  
 sapientiam: & [ laudatio eius manet in seculum seculi ]  
 quia & hic & in futuro laudabitur.

## IN PSALMVM CXI.

Titulus. Alleluia reuersionis Aggæi & Zachariæ.

**B**eatatus uir]. Longe post tempus prophetę, capti-  
 uati sunt Iudæi in Babyloniam. Cumq; quidam

rex motus pietate, attendens populum dei esse, libera-  
 sisset eos, præcepit ut redirent in terram suam, & tem-  
 plum dei reedificarent: in qua reuersione sua Aggeus  
 & Zacharias, qui eã reuersionem iam prophetauerãt,  
 cum uidissent templum reedificari, gaudentes de hoc,  
 & de sua reuersione, laudes deo decantauerunt: &  
 secundum hanc historiam uidetur Ezdras propheta  
 hunc psalmum intitulasse: non tamẽ quod de historia  
 intelligeret, sed quod ipse Ezdras cognouit prophetã  
 intellexisse Dauid in hoc psalmo, quemcunq; beatum  
 uirum laudare deum, de hoc quod deus reduxit eũ, de  
 Babylonia, id est, de confusione peccatorum. Titulus  
 ita legitur: Psalmus iste est alleluia, id est, laus dei, laus  
 dico reuersionis, id est, habita in consideratione reuer-  
 sionis nostræ de Babylonia peccatorum ad cælestem  
 Hierusalem: reuersionis dico Aggæi & Zachariæ, id  
 est, omnium iustorum, qui per partem hic significantur.  
 Secundum interpretationem etiã nominum horum,  
 iusti bene possunt intelligi: Aggeus namq; montanus  
 interpretatur, per quẽ merito iusti intelliguntur, q sunt  
 montes, id est, alti in uirtutibus. Zacharias uero solen-  
 nis interpretatur, per quem bene fideles intelliguntur.  
 Materia est, ubi beatus de Babylonia reuersus, deũ lau-  
 datus pro reuersione. Modus: In prima parte ostendit  
 quid faciat uir beatus, & quid sibi fiat à domino. In se-  
 cunda, quæ incipit: Exortum est in tenebris, ostendit  
 per aduentum Christi, in quo homines illuminantur,  
 accipere quæcunq; habent dona gratiæ. In tercia, quæ  
 est: Peccator uidebit: ostendit malis contrarie euenire,  
 quã illis qui per aduentũ Christi fuerunt illuminati.  
 Intentio est persuadere deum nobis laudandũ, qui ita  
 reducit fideles suos de Babylonia peccatorum. ¶ Vox  
 prophetæ, uel alicuius beati uiri, sic dicentis: [Vir] ille  
 beatus



[beatus] est, qui nō per deuia huius mundi q̄rit beatitudinem, sed hac breui & compēdiosa uia. s. [qui timet dñm] uero timore. Et quare ideo q̄ timet est beatus? Quia ille timēs [uolet in mādatis eius]. i. uolūntatem habebit implēdi p̄cepta eius: & hoc [nimis]. i. ualde. Ideo nō dicit faciet, sed uolet: quia si bona sit uoluntas, & detur facultas, uere perficiet. Si autē non sit facultas faciendi, sufficit bona uoluntas. ¶ Ostenso quid faciat beatus. s. q̄ timet, & uolet in mādatis, oñdit qd fiat illi beato, sic: Ideo beatus erit, quia [semen eius]. i. bona opera ipsius, [erit potens]. i. faciet eum potentem [in terra] uiuentium. Hic quidē bona opatio q̄si impotēs est, quia in timore semper sumus, ne eam diabolus impediatur timētes: ibi autem nos nulla tentatio, nullus timor poterit impedire. Ideo semen opera dicimus, quia sicut ex semine fructum multiplicē expectamus, sic ad hoc bona opa seminamus, ut ex eis fructū multiplicem in cælesti colligamus. Ideo etiam dicitur beatus, quia [generatio rectorum]. i. sequaces & imitatores iustorum [benedicetur]. i. in uirtutibus multiplicabitur. ¶ Ideo etiā beatus erit, q̄a [in domo eius]. i. in corde ipsius, in qua domo ipse quiescit à seculari tumultu, est [gloria] de puritate suæ conscientie. Vñ apostolus: Gloria nostra est testimonium conscientie 2. Cor. 1. nostræ: [ & diuitiæ ] scilicet sapientiæ & charitatis. Vel diuitiæ. i. obseruatio multorum mandatorum dei: [ & iustitia eius ]. i. merces & retributio, quā accipiet, p̄ iustitia, [manet in seculū seculi] quia æterna erit. ¶ Exortum est. Pars secunda. Continuatio: Quasi diceret: Vnde hoc p̄ueniet alicui beato uiro, quod hoc possit facere? Quia uerum [lumen] id est, Christus, [est exortum] corporaliter [in tenebris] id est, in hoc mundo, q̄ ante aduentū Christi tenebrę erāt, q̄a in eo tenebræ & igno

- Esaia. 9.** & ignorantia ueri boni regnabant. Vnde Esaia: Populus qui ambulat in tenebris, uidit lucem magnam. Et in Euangelio: Et lux in tenebris lucet. Lumen dico nō ualens oibus, sed [rectis] .i. illis qui cor suum ad imitationem Christi uolunt dirigere: & quod est illud nomen: scilicet, ille qui [misericors] est in natura, [ & miserator ] in exhibitione, sicut fuit quando seipsum exinanauit formam serui accipiēs: [ & ] etiam est [ iustus ] .i. puniens peccata. Vel iustus, quia fuit immunis à peccato: & per has determinationes Christum manifeste intelligimus. ¶ Exorto lumine, [ homo ] factus [ iucundus, ] ille, scilicet, iucundus, [ qui miseretur ] in affectione super aliquem necessitatem patiētem: qđ satis est ad salutem, si ille miserās nō habeat quod impendat: [ & ] cum opus est, si quid habet, [ cōmodat. i. distribuit ] pauperi. Ideo tamen dicit cōmodat, quia licet non à paupere cui dat, à deo tamē remunerationem expectat, sicut ille qui pecuniam accōmodat alicui. Vel miseretur. i. pecuniam suam indigenti ministrat, & commodat indigenti alicui, ut tamen eandem pecuniā ab eo exigit. Hic talis [ disponet ] .i. disposite & ordinate faciet: Vñ
- Rom. 12** Apostolus. Rationabile obsequium uestrū: disponet dico [ sermones suos ] .i. opera sua: opera dico ualitura [ in iudicio ] futuro. Per sermones ideo accipimus opera, quia sicut sermones alicuius oratoris bene dispositi defendunt reū in iudicio, sic opera iusti rationabiliter exhibita, defendūt reū in futuro iudicio. Ideo sic disponet, [ quia ] scit quod ipse [ nō commouebitur in æternum ] .i. æternaliter gloriam dei possidebit. ¶ Et hic talis [ iustus ] qđ in hac uita à dño uideēt esse derelictus, et obliuioī traditus, [ erit in memoria ] dñi, quod apparebit quando dicetur: Venite benedicti patris mei, &c.
- Matt. 25** Quæ memoria erit [ æterna ] .i. conferens æternitatē, & iste

& iste talis [ non timebit ab auditione mala ] quando  
 dicitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum.  
 Ideo nō timebit, quia [ cor eius ] semper fuit [ paratū ]  
 .i. instructum diuina inspiratiōe, [ sperare in domino ]  
 & etiam [ cor ] illud sperans [ est cōfirmatum ] in spe,  
 ut ab ea spe aliqua eū tribulatio dimouere non possit:  
 & hoc est: [ non commouebitur, donec despiciat inimi-  
 cos suos ], .i. donec uideat completū de inimicis, quod  
 modo expectat de eis .i. in pœnas eos dari: ideo dicit  
 donec, quia tūc non erit spes, quādo uidebit quod mō  
 sperat unusquisq. ¶ Et quia sperat, & quia confirma-  
 tum est, &c. ideo [ disperfit ] bona sua. Et notat proui-  
 dentiam sanctorum in faciendis elemosynis, quia nō  
 uni omnia dant, ut diuitem faciant, sed multis, ut mul-  
 torum inopiā suppleant. Disperfit dico, & hoc non p-  
 remuneratione tēporali, sed [ dedit ], .i. impendit gra-  
 tis, & ministravit [ pauperibus ] & hoc facere est [ iusti-  
 tia eius ] quæ [ manet in seculum seculi ], .i. retributio  
 iustitiæ æternæ ei mercedem cōparat: & [ cornu eius ]  
 .i. exaltatio ipsius, quā in hac uita habuit in uirtutibus,  
 [ in gloria exaltabitur ] quia per illas uirtutes immor-  
 talitatē & impassibilitatem recipiet. ¶ Peccator. Pars  
 tertia. Dico iustus exaltabitur, & hoc [ uidebit pecca-  
 tor ] quia omnes suos Christum in iudicio remunerati-  
 onem uidebunt: [ & ] tunc peccator ille, qui prius cōtra  
 bonos in seculo iram exercuit, [ irascetur ] sibi ipsi ira-  
 scetur, [ dētibus suis fremet ] quia ibi fletus & stridor  
 dētium: quod dicit tunc irasci, fremere dētibus, per si-  
 mile dicit, quia similem pœnam habebunt nequitia, Matt. 13  
 quam hic exercuerunt: [ & tabescet ], .i. deficiet ideo sci Lucæ. 13.  
 licet, [ quæ desideriu peccatorū peribit ] quia desideriu  
 quod habebant in hac uita, peribit: quia etiam terrena  
 peribunt, quæ sola ipsi semper desiderauerant: & con-  
 tra

Ibidem.



tra, iusti desiderium complebitur. Alleluia.

IN PSALM VM CXII.

Titulus Alleluia.

**L**Audate pueri dominum. ] Hic loquitur ppheta, habens materiam laudes dei. In prima parte monet ad laudandum, et proponit materias laudis, scilicet, quia dominus est excelsus super omnes Gentes. In secunda parte, quæ incipit: Quis sicut dominus? ostendit seipsum hoc facere, quod alios monebat scilicet, laudare deum. Vnde in principio dicit: ¶ Laudate pueri dominum ] id est, in bona uita uestra dominum laudabilem ostendite: nec malos moneo laudare, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, sed uos pueri. i. puri & simplices: Vñ Apostolus: Malitia paruuli est ore. [ laudate ] etiam [ nomen domini ] annunciate facta eius, in quibus ipse laudabilis apparet, & unde nomen suum, id est, fama sua, semper multiplicabitur. ¶ Dico laudate nomen, & hoc non ad horam, sed [ nomen domini sit ] à uobis [ benedictum ] & ampliatum, incipiens [ ex hoc nunc ] id est, sine omni dilatione, [ & ] perduret ipsa benedictio [ in seculum ] futurum, [ usque ] id est, assidue, hoc est, & statim incipiat, & in æternum permaneat. ¶ Dico semper benedicite, & illam uestram benedictionem per omnem terram dilatare: hoc est quod dicit: [ à Solis ortu usque ad occasum: ] & per hoc intelligimus uniuersam terram: appareat uestra annunciatione [ laudabile nomen dñi. ] ¶ Ponit causas & materias quare eum laudare debeant: ac si diceret: Ideo debetis laudare dominum, quoniam iste [ dominus ] id est, Christus, est [ excelsus super omnes Gentes ] quia ipse omnes Gentes fecit: & non tantum super omnes Gentes, sed [ & super caelos ] id est, caelestes & angelicas creaturas, & [ gloria eius ] .i. ipse gloriosus: quia ipse est etiam

est etiam uita & refectio angelorum. ¶ Quis sicut dominus. Pars secunda. Et uere ipse laudandus est, quia nullus potest inueniri similis illi in aliqua dignitate. Hoc dicit sub interrogatiōe: [Quis sicut dominus deus noster?] Nullus utique: [qui] dñs [in altis habitat]. i. in sanctis per eminentiā uirtutum: altis, qui ex sua habitatione alti sunt: nec tñ eos despicit, si uelimus humiliari ei: quia de illa altitudine sedis [respicit]. i. misericordiam tribuendo, uisitat [humilia]. i. eos, qui se uolunt humiliari, [in celo]: i. in cælestibus creaturis: sicut angelos superbientes nō respicit, sic angelos remanētes, qui humiles fuerunt, respexit, & in uera obedientia cōfirmavit, ut deinceps superbiere non possint: [ & ] ea humilia, quæ sunt [in terra]. i. humiles uiros, respicit oculis misericordiae: quæ & peccata eis cōdonat, & cōfert iustitias. ¶ Respicit humilia quæ sunt in terra, cōferens eis hanc utilitatē. s. [suscitans inopē]. i. illū qui se non reputat quicquid boni ex se habere [à terra]. i. ab appetitu terrenorum. Suscitans bene dicit, quia hoīes sopiti erāt, & gescētes in amore terrenorum, quā deus eos inde excitauit per Christum: etiam [erigēs pauperem] [spū]. s. humilē, [de stercore]. i. de immunditia huius uitæ: Vnde dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iohel. 1. ¶ Ad hoc suscitatur, [ut collocet eum] suscitatum [cū principibus] id est cum sanctis angelis, & [cum principibus populi sui]. i. cum sanctis apostolis, quos dominus populo suo præfecit. ¶ Ostēdit quid deus pauperem suscitet, quia predicatorum suos, qui ante aduentum eius steriles fuerunt, modo fecundos faciet, & bene fructificantes. Continuatio: Ille quidem est suscitans, [quæ habitare facit in domo]. i. in ecclesia, [sterilem]. i. predicatorum suos, quæ ante aduentum Christi, licet in arcano mentis suæ boni essent, steriles tñ erant, quæ deo filios

filios non gñabant: habitare dico in domo, ita ut [ma-  
 trem filiorum] quia multos deo in fide parturiunt, &  
 propterea [lætantem.] Cum dicit eos habitare in do-  
 mo, notat curā administrationis & consolationis, quā  
 habent sancti prædicatores in ecclesia. Alleluia.

IN PSALMVM CXIII.

Titulus Alleluia.

**I**N exitu Israel.] In hoc psalmo loquitur propheta,  
 & habet materiam beneficia dei, quæ fecit ecclesie:  
 significata per illa beneficia, quæ contulit antiquo po-  
 pulo. Dicuntur enim hic quædam quæ nos ab historia  
 remouent: sicut: Montes exultauerunt & colles. In pri-  
 ma parte, pponit nobis beneficia, quæ deus facit eccle-  
 siæ, per figuras eas significans. In secunda, quæ incipit:  
 Quid est tibi mare quod fugisti, facit quæstionem, quæ  
 admirans: Quis potest facere populo suo tanta benefi-  
 cia: & soluit eam, ostendens à dño esse factam: non tñ  
 quod propheta miretur, sed nobis admirandū esse re-  
 linquit de bonitate dei. In tertia parte, quæ incipit: Si-  
 mulachra Gërium: facit collationē de cultura deorum  
 falsorum, Gentium scilicet, & Christianorū: ostendens  
 Gentium culturam esse stultitiam, Christianorum autē  
 esse utilissimam. Intendit nos admonere ut pro benefi-  
 cijs illi: in nobis completis, alleluia domino decante-  
 mus, & ut ex historia trahamus allegoriam. ¶ Prius le-  
 gamus historiam, sic: [In exitu Israel de Aegypto]. i.  
 quando Israeliticus populus exiuit de Aegypto. s. de  
 exitu [domus]. i. toti<sup>9</sup> familie [Iacob.] De Aegypto,  
 de q̄ exiuit merito, q̄a. s. [de populo barbaro]. i. q̄a  
 populus erat barbarus. ¶ In exitu illo [Iudæa] terra il-  
 la [est facta sanctificatio illius] populi: quia ibi potue-  
 runt ceremonias illas & sacrificia deo persoluere, in q̄-  
 bus illi populi sanctificabant: & [Israel] est factus [po-  
 testas



testas eius ] terræ. i. potēs in terra illa: & tunc apparuit  
 Iudæa, quasi domina omnium terrarum. ¶ Et quō exi-  
 uit: Per hoc quod [māre ] Rubrum [uidit ] id est, co-  
 gnouit, faciem dei & uoluntatem, [ & fugit ] mare, id  
 est, diuisit seipsum: & quando uenerunt ad Iordanem,  
 tunc [Iordanis cōuersus est retrorsum ] quia fecit eis  
 uiam. ¶ Et cum uenerunt in Iudæam, [montes ] id est,  
 altiores in populo, ut Iosue & Caleph, [exultauerūt ut  
 arictes, & colles ] id est, minores in populo, [ sicut agni  
 ouium ]. ¶ Ad allegoriam: Per Israel, populū Christia-  
 num intelligimus, qui bene dicitur Israel, id est, uidens  
 deum per fidem: quando exiit de Aegypto, id est, de  
 tenebris infidelitatis. Per domum Iacob intelligimus  
 populū luctatorem contra uitia: qui bene dicitur Ia-  
 cob, id est, luctator, cum exiit de populo Barbaro, id ē,  
 de dominio uitiorum: uel à consortio dæmonum, qui  
 dicitur populus barbarus, q̄a sunt alienati à deo. ¶ Et  
 postquam iste Israel exiuit de Aegypto, Iudæa, id est,  
 Christus, qui ideo per Iudæam intelligitur, quia de tri-  
 bu Iuda natus est, à quo Iudæa dicta, qui proprie etiam  
 dicitur Iudæa, quia confessio nostra est, quia eum no-  
 strum saluatorem intelligimus: & ipse Christus est ter-  
 ra nostra, per quem subsistimus, sicut & per Iudæā Isra-  
 eliticus populus: Iudæa illa. s. Christus, facta est sancti-  
 ficatio eius Israel. i. Christiani populi: quia Christianus  
 populus per Christū habet omnem sanctificationē: &  
 Israel. i. populus ille Christianus, ē factus potestas eius  
 Iudææ. i. Christi. i. ostēdit Christum potentē, à quo for-  
 titudinem illam accepit, ut tam firmiter stare & contra  
 uitia pugnare possit. ¶ Et per hoc ille populus factus ē  
 Israel, & exiuit de Aegypto infidelitatis, q̄a mare uidit,  
 & fugit. i. oēs amaricantes in peccatis, uiderunt faciem  
 dei: et Iordanis. i. aliq̄ fluētes uarijs desiderijs in mare. j.

in mundum discurrunt: conuersi sunt retrorsum, ita ut  
 à peccatis cessent, & ad Christum. i. ad fontem suum re-  
 deant, à quo in perfectione creati sunt. ¶ Et tunc mores  
 illi, id est, altiores in ecclesia, sanctificati à Christo, exul-  
 tauerunt de uirtutibus suis, sicut arietes, quia sunt duces  
 gregis, sicut arietes: & colles. i. illi minores, qui erant cul-  
 ti ab illis altioribus, facti per prædicationem eorum si-  
 cut agni ouium. i. innocentes, exultauerunt. ¶ Quid est  
 tibi mare, Pars secunda. Continuatio. Mare fugit prio-  
 rem uitã, & ò [mare]. i. ò uos amaricantes in peccatis,  
 [quid est tibi quod fugisti] id est, priorem consuetudi-  
 nem dimisisti? [ & tu Iordanis ] quid est tibi [ quia con-  
 uersus es retrorsum ] ad deum fontem tuum? ¶ Et ò uos  
 [montes]. i. sancti apostoli, quæ causa fuit quare uos  
 [exultastis sicut arietes? &] ò uos [colles] quod exulta-  
 stis sicut agni ouium? ] ponit solutionem: ¶ Quæro cur fu-  
 gisti? &c. Ecce causam. Ideo mare fugit, & cætera facta  
 sunt, quia [terra]. i. terreni, [mota est] à ueteri uita ad no-  
 uam: & hoc [à facie dñi]. i. propter faciem dei, quã præ-  
 sentem uiderunt. s. cognitionem dei habuerunt: & ne no-  
 uum intelligeremus, dicit: [à facie dei Iacob]. i. ille de-  
 us quẽ præsentem uidimus in corpore, fuit ille deus quẽ  
 adorauit Iacob. ¶ Qui] deus ostendens nobis faciem suã  
 per præsentiam corporis, [cõuertit petram]. i. petrosos  
 Iudæos, de quibus dicitur: Potens est deus, de lapidibus  
 istis suscitare filios Abraham. i. de his Iudæis: conuertit di-  
 co [in stagna aquarum]. i. ut sint stagnum continens  
 aquas. i. fiant ecclesia, in qua continent aquæ baptismi:  
 & non tantum conuertit Iudæos, sed [citã rupem]. i.  
 gentiles siccos & aridos à uero rore, & cognitione dei,  
 cõuertit [in fontes aquarum]. i. ut ipsi gentiles fiant fon-  
 tes & origo, ex quibus aquæ. i. doctrinæ profluunt alijs.  
 ¶ Non nobis. Et quoniam quidẽ ò dñe ita conuertis petram, &  
 cætera

Exo. 17.

Matt. 3.  
Num. 12

cætera beneficia facis nobis, ego [dñe] da nobis misericordiam & ueritatē: & super illa misericordia tua [da gloriam nomini tuo, non nobis] .i. fac nos intelligere misericordiam tuā nullo nostro merito nobis dari, sed propter nomē tuum ampliandum: ut inde nullam attribuamus nobis laudem & gloriam, sed totum ascribamus nomini tuo: in uno, non nobis, Iudæos intelligimus: in alio, nō nobis, Gentes. s. neq; Iudæi, neq; Gentes præsumant sibi dari misericordiam secundum merita sua. ¶ Da gloriam dico [super misericordia tua] .i. de remissione peccatorum, & alijs misericorditer impensis: [ & ueritate tua ] .i. de impletione promissionū: ita da gloriā nomini tuo, [ne qñ dicant Gentes, ubi est deus eorum?] quoniam putant uel nos non habere deū: uel si habemus, impotentem eum putant, cum nos uideant pauperes & pannosos. ¶ Deus autem. Gentes putant nos non habere deum, uel si quē habemus, putant eum esse impotentem, sed [deus noster] est [in cælo] quod apparet, quia [oīa quæcunq; uoluit fecit] . ¶ Simulachra. Pars tertia. Deus noster est in cælo, potens super omnia, sed dij [Gentium] qui sunt [simulachra, argentū] sunt [ & aurum ] scdm materiā. Ideo hæc duo dicit, quæ sunt pretiosiora metalla: quia si stultū est adorare aureas & argenteas imagines. multo stultius adorare ferreas, uel de quocunq; uili metallo. Secundū materiam sunt argentū & aurum, scdm compositionem sunt [opa manū hoīm] . & in hoc notat maxima eorū stultitia, quæ q̄ ipsi faciūt, q̄si creatorē suū uenerant. ¶ Et ut maxime derideat idololatrarū stultitiam, describit simulachrorū impotentiā, dicēs: [os habēt] qd faciunt et artēfices [ & nō loquēt, oculos habēt, & nō uidebūt ] . ¶ Aures habēt, & nō audiēt, nares habēt & non odorabunt. ¶ Manus habēt, & nō palpabūt, pedes habēt & nō am-



Exo. 14.

bulabunt ]: non dico tantum non loquentur sicut homines, sed [ non clamabunt ] sicut quædam irrationabilia animalia: in quo maxime eorum deridet stultitiam, quæ talia adorant, quæ nec clamare possint sicut asini, uel quæ libet irrationabilia animalia. Dico non clamabunt, ita quidem quæ [ in gutture suo ] clament: quod ideo dicit, quia quandoque in huiusmodi idolis loquuntur demonia. ¶ Similes illis fiant qui faciunt ea ] .i. artifices idolorum: quod sicut illa non uident, nec aliud habent sensum corporalem, ita factores idolorum priuentur omni uigore animæ: [ & ] non solum qui faciunt ea, sed [ omnes quæ ] confidunt in eis ] .i. qui ab eis quasi à deo petunt auxilium. ¶ Gentes sperantes in huiusmodi idolis nihil proficui habuerunt, sed [ domus ] .i. congregatio, [ Israel ] .i. Christiani populi, [ sperauit in domino ] & ipse est [ adiutor eorum ] ad bene operandum, [ & protector eorum est ] contra mala. ¶ Domus Aaron ] .i. congregatio sacerdotum [ sperauit in domino ] & non sine fructu, sed [ adiutor eorum & protector eorum est ] . ¶ Quid per singula? Omnes de quacunque conditione [ qui timent dominum, sperauerunt in domino ] & auxilium in eo inuenerunt, quia [ adiutor eorum & protector eorum est ] . ¶ Et quæ fuit noster adiutor non fuit ex meritis nostris, sed per misericordiam suam [ dominus memor fuit nostri ] quod maxime apparet ex hoc, quæ filium suum pro nostra redemptione incarnari fecit, [ & benedixit nobis ] .i. multiplicauit numero & uirtutibus. ¶ Et quibus nobis? [ benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron ] : & etiam [ benedixit omnibus qui timet dominum ]: neque hoc tantum potestibus seculi, sed [ pusillis ] secundum statum humanum [ cum maioribus ] : uel pusillis & maioribus secundum merita. ¶ Dominus hæc beneficia fecit nobis, & adhuc [ adiciat dominus ] benedictionem, uel filiorum successionem, [ super uos ] conuersos de Iudæis: uel  
super

super nos cōuersos de Gentibus, uel super maiores, uel super uos pusillos adiiciat: [ & super filios uestros ] benedictionē, uel filiorū successionem. ¶ Dico adiiciat, & uere adiiciet, quia [ uos ] eritis [ benedicti ], .i. multipli-  
cati in uirtutibus; & hoc [ à domino ], .i. ad honorē dñi, non ad gloriā uestri: qui bene potest fideles suos benedicere, quia ipse est [ qui fecit cælum & terram ] ad literam. ¶ Cælum cæli ], .i. supremum cælum, dedit [ domi-  
no ], .i. Iesu, in quo ipse regnaret, [ terram autem dedit filijs hominum ] in qua deo militarent, & cæli habitationem promerentur. Per cælum cæli, possumus firmamentum intelligere, quod continet alios cælos. s. regiones planetarū, de quo deiectus fuit diabolus. Vel p cælum cæli possumus intelligere aliud cælum supra firmamentum, ad quod, ut dicit Hieronymus, anhelabat diabolus, & ideo fuit deiectus; quod cælum dñs dedit Christo. Allegoria. Per cælum cæli possumus intelligere altiores in ecclesia, qui alios continent & regunt: qui sunt dati domino, quia in eis specialiter dominus habitat. Per terram accipimus minores in ecclesia, qui non tātum subditi sunt domino, sed etiam filijs hominum. ¶ Ad hoc precor ut adiicias, ut nos iustificari digne possimus laudare te, quia in peccatis [ mortui non laudabūt te domine ] placita laude, sicut dicitur: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Vnde Psalmista alibi: Peccatori dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? [ neque omnes ] id est, non omnes illi, [ qui descendunt in infernum ]. Aliqui autem laudauerunt in inferno, sicut propheta, & alij iusti ante aduentū Christi. ¶ Mortui non laudabunt, [ sed nos qui uiuimus ] uera uita, scilicet, in uirtutibus, [ benedicimus domino ], .i. incipientes [ ex hoc nunc ], .i. ex hoc præsenti, & pseuerantes in laudibus dei solius, [ usq; in seculū ] futura. .i. in æternū.

Eccli. 15  
Psal. 49.

Titulus. Alleluia.

**D**ilexi quoniam]. Loquitur propheta, & habet materiam seipsum, & alios conuersos, & exauditos de peccatis, & orantes pro reliquo .i. pro æterna uita: & in prima parte ostendit, q̄ cum in peccatis fuisset, immisit deus multas tribulationes, quæ cogerunt eum clamare pro peccatis, & clamans exauditus est. In secunda parte, quæ incipit: O domine libera animam meam: iam exauditus de peccatis, petit quod residuum sibi uidet, scilicet, uitam æternam. Intentio est, ut pro tali liberatione domino alleluia cum exultatione cantemus. ¶ Dum multis monitus tribulationibus clamarem ad dñm pro peccatis, exaudiuit me dñs: & quoniã exaudiuit, dilexi dñm. Dicit dilectio dei duobus modis, liberalis & seruilis. Seruilis, cū pro bonis temporalibus deum diligimus, quæ paup̄grata est deo, quia etiã sic diligunt eum quilibet pessimi. Liberalis est dilectio, qua deum propter seipsum diligimus, nec ab eo aliqua tribulatione seiungi possumus: Vnde Apostolus: Neq̄ mors, neq̄ uita, neque creatura alia potest nos separare à charitate dei. Quæ dilectio ẽ grata deo: & hoc genere dilectionis, iustus ille tribulatus dicit se deum diligere: ideo [dilexi, quoniam ipse exaudiet deus]. .i. sicut ipse audiuit, sic in exauditione perseuerauit: [uocẽ orationis meæ]. ¶ Ideo scio q̄ exaudiet, [quia inclinauit iam aurẽ suã mihi]. .i. condescendendo & humiliando suã clementiã & potentiã, me liberauit: [ & ] quia sic inclinauit, sic exaudiuit, ideo [inuocabo] eum, ut me perseuerare faciat in custodia à peccatis: & hoc [in diebus meis]. .i. in hac fragili uita, ubi semper in timore sumus, & proni ad lapsum. ¶ Ideo dico exaudiet, inuocabo, q̄ habui multas tribulatiões, in quibus clamaui:  
ita

Rom. 8.



ita opus fuit mihi, ut me exaudiret: & hoc est: [circum-  
 dederunt me dolores mortis] .i. animæ anxietates gra-  
 uiffimæ, [ & pericula inferni ] .i. grauiffima pericula &  
 tribulationes corporis, quales in inferno mali fuffinēta  
 [ inuenerunt me ] .i. uenerūt mihi: sed ideo inuenerūt,  
 quia quasi expositus sine adiutore iacens, & p̄iectus in  
 peccatis, nec suæ faluri prouidens. ¶ Hæc me inuenerūt  
 & arripuerunt, & ego [ tribulationē ] corporis, [ & do-  
 lorem ] animi [ inueni ] .i. cognoui hæc mihi à dño mit-  
 ti ad correctionē. Inuenire em̄ tribulationē est, eā sibi à  
 deo imitti pro p̄ctōrū correctione cognoscere: [ & ]  
 cū inueni, monitus illis tribulationibus, [ inuocaui no-  
 men dñi ]. ¶ O dñe ]. Pars secunda. Cōtinuatio: Quā-  
 do quidē per tribulationē me monuisti, etiā inuocantē  
 me exaudisti de peccatis, fac quod residuū est. .i. [ libera  
 animā meam ] de omni impedimento seculi. .i. perduc  
 in æternā requiē: iuxta Apostolū: Quis me liberabit de  
 corpore mortis huius? Dico libera, & scio q̄a liberabit: Rom. 7  
 & facit apostrophen ad auditores: q̄a [ dñs ] est [ miseri-  
 cors ] in natura, [ & iustus ] corrigēdo p̄ctā: [ & ipse de-  
 us noster miseret ] q̄a correctos īaluat, faciens eos im-  
 mortales. Alia trāslatio habet, miserebit. ¶ Et uere iu-  
 stus & misericors, q̄a ipse est [ custodiēs paruulos dñs ]  
 à peccatis. .i. humiles q̄ se paruos faciunt: & inde in me-  
 ipso argumentū oñdo, q̄a [ ego sum humiliatus ] paruus  
 factus, [ & ] ipse [ liberauit me ] ab onere peccatorū.  
 ¶ Et q̄a sic me liberauit, o' [ anima mea conuerrere ] ab  
 omni delectatiōe terrenorum, [ in requiem tuā ] .i. ad  
 deū, qui est uere requies tua, à quo p̄fecta es creata in  
 perfectione: & ad eum debes reuerti, [ q̄a dñs benefe-  
 cit tibi ] .i. dimisit peccata, fecit dignā gloria sua, & tā-  
 dem faciet immortalē, impassibilē. ¶ Verit̄ se ad audi-  
 tores: uere benefaciet mihi dñs, [ q̄a eripuit ] .i. eripiet  
 Q̄a iij per

ApoC. 21

per uolentiã [animam meã de morte] .i. de omni timore mortis, & per hoc [oculos meos] .i. affectiones, [à lachrymis] q̄a non faciã unde ibi fit mihi lachrymã dũ. Vnde dicit: Absterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ: & [pedes meos] .i. affectiones meas [à lapsu] eripiet: quia ibi sic securi erimus, q̄a nullo peccato mouebimur. In hac uita cõtrarium nobis est, quia hic semper in timore mortis sumus, & pro peccatis lachrymas fundimus, & semper proni ad lapsum sumus. ¶ Et runc [placebo domino] quia nullam ibi in me offensionẽ inueniet: sublatus de regiõẽ mortuorum, & positus [in regione uiuorum] id est, sanctorum: per excellentiam dicit se placere deo, quia cum hic nullus iustus sine peccato esse possit, deo placere per omnia non potest.

IN PSALMVM CXV.

Titulus. Alleluia

Rom. 10

Ro. 14.

**C**Redidi propter]. Vox est martyrum domini, & loquitur quasi in una persona, omnium martyrum personam induens, & ipsi ijdem sunt materia, martyrio suo mortem domini imitantes. In prima parte ostendit martyr qui loquitur, cum ex se nihil sit, nisi uanitas & mendacium, se à domino tantum donũ recepisse, ut domino non timeat recompensare, quod ipse Christus mori uoluit pro nostra salute. In secunda parte, quæ incipit: O domine quia ego seruus tuus: ostendit se Christi seruum esse, & in fide catholica permanere, & ideo martyrii sui utilitatem sibi prouenire. Intentio est, ut laudemus deũ per hæc beneficia: & talem nobis constantiam dat, ut morte nostra mortem dñi recõpensare uelimus. ¶ Dicit martyr qui loquit, gratia dei inspiratus: [Credidi] corde: Vnde Apostolus: Corde creditur ad iusticiam. Bene incipit à credidi, quia nihil boni possumus facere, nisi credamus: unde Apłs: Omne quod

quod non est ex fide, peccatum est: [propter quod]. i. quia credidi [locutus sum] quia si opus fuit, ueritatē nō tacui: quę confessio ualet, restāte Apostolo, qui ait: Ore confessio fit ad salutem. Locutus sum, [ego autē] non prædicatio mea: [humiliatus sum] nō mente, sed tribulatiōe corporali, & hoc [nimis] importabili, uel ualde: licet essem multis miserijs afflictus, non cessauī tamen à prædicatiōe dei. Vnde Apostolus: Teneor in uinculis, sed uerbum dei non potest alligari. ¶ Credidi, locut<sup>9</sup> sum, humiliatus sum, & ita uideo me dicere fortem, sed tamen quodcumq; prudentius uidi naturā meam, intellexi me nihil esse, nisi uanitatē: & hoc est: [ego dixi]. i. apud me intus tractauī: neq; hoc imprudenter faciens, sed [in excessu meo]. i. humanos affectus excedens ratione: dixi hoc. s. [omnis homo mendax]. s. qui homo tantum est. ¶ Dixi credidi, locutus, humiliatus sum, & qñquidem dñs hæc bona mihi contulit, ergo [quid retribuā domino pro omnibus] bñficijs, [quæ] ipse [retribuit mihi?] non pro bonis meritis, sed pro malis dans bona. ¶ Dico quid retribuā, [calicem salutaris]. i. morte mea mortem domini imitabor: & hoc non sic faciam: ut non libens facere uidear, sed [accipiam]. i. magno desiderio appetam: calicem dico salutaris. i. saluatoris, quē ipse pro nostra redemptione sustinuit: cum dicit, salutaris, innuit q; & ipse p hunc calicem salutem assequatur: dico accipiam, [ & ] ut possim persolvere, [nomen domini inuocabo.] Per calicem ideo intelligimus mortem, quia cum quadam delectatione accipiūt eam sancti, & est eis perfecta resectio. ¶ Inuocabo nomen domini, [reddā uota mea]. i. cōplebo opere quod desiderauerā. i. me ipsum sicut desideraueram passione finiam: & hoc [coram omni populo eius] ut aliij in me exemplum capiant. Ideo sic

Ro. 10.

2. Tim. 2



reddam uota, quia [ in conspectu domini mors sc̄torū  
 eius ] quæ est contemptibilis ad cōspectum hoīm, est  
 [ pretiosa ] .i. placens. Vel mors sc̄torum, q̄ est in con-  
 spectu dñi .i. placens: ei est pretiosa .i. sanguine Christi  
 empta. Ad hoc em̄ mortuus est, ut & nos si necesse est,  
 p̄ eo moriamur: q̄d aut̄ magno pretio em̄ptū est, p̄rio-  
 sum est. ¶ O dñe. Pars. II. Hæc te tribuēte sustinui, hæc  
 passio mea [ o dñe ] utilis erit mihi, q̄a ego p̄sisto in fi-  
 de, & seruitio tuo: & ante q̄ ostēdat utilitatē, ostēdit se  
 in dei seruitio p̄manere, cū dicit: [ q̄a ego seruus tuus ]  
 sum .i. quia reputo te altissimū & dñm meum: & ut ma-  
 iorē ostendat humilitatē replicat: [ ego seruus tuus, &  
 filius ancillæ tuæ ] ecclesiæ .s. imitator antiquorū patrū.  
 ¶ Quia ita sum seruus, ideo [ dirupisti uincula mea ] .i.  
 p̄ martyriū dissoluisti me ab om̄i uinculo p̄ctōrū. Cer-  
 tum autē nobis est, q̄ omnes hi, q̄ in fide catholica pro  
 Christo martyriū sustinent, etiā si criminalibus impe-  
 dici sint, om̄ia tamen in martyrii sanguine diluuntur: cū  
 dicit uincula sua dirumpi, quia Christi seruus fuit, dat  
 nobis intelligere, q̄ si qui martyriū patiantur, qui non  
 sint ueri catholici, martyriū eorū non dirūpit uincula  
 p̄ctōrum: sicut plures p̄ hæresibus suis mortui sunt, &  
 nihil profuit eis: & quia scio q̄ uincula dirumpes, ideo  
 [ sacrificabo tibi hostiam ] non pecudum, sed [ laudis ]  
 .i. me ipsum acceptabilem hostiam, mortificando in  
 me omnia uitia: [ & ] ut possim [ nomen domini inuo-  
 cabo, ] Hoc non est de Hebraica ueritate, sed transla-  
 tores apposuerunt: et ideo Hieronymus in hoc loco &  
 in alijs, ubi qd non est de Hebraica ueritate, ponit aste-  
 riscum .i. signum p̄hibitionis: obelum ponit, ubi p̄ con-  
 trariū euenit .s. ubi aliquid inuenit ablatum, qd retinet  
 Hebraica ueritas. ¶ Laudes deuoueo deo, et illas laudes  
 [ reddā dño .s. [ uota mea: ] & hoc in [ conspectu om̄is  
 populi

populi eius ] ut alijs exemplum laudis exhibeã : & hoc faciã [ in atrijs domus dñi ] .i. in præfenti ecclesia, quæ uocatur atrium propter amplitudinẽ domus, quia in ea deus habitat. Vel per domum accipimus cælestem domum: p atrium, præfentem ecclesiam, quæ est attriũ, id est, introitus ad cælestem patriam: & illa uora mea reddã ego iã spe [ in medio tui Hierusalem ] cælesti.

## IN PSALMVM CXVI.

Titulus Alleluia

**L**Audate dñm omnes gentes. ] Habet propheta materiam, misericordiã & ueritatem domini, & admonet ad cantandũ alleluia. ¶ Et inde dicit: [ omnes Gentes ] .i. omnes nationes, [ laudate dominum: ] & uos [ omnes populi ] id est, populi omnĩũ Gentium, quasi omnes Romani, uel Latini, uel Græci [ laudate eum. ] Vel populos accipiamus, quicũq; sub una lege uiuunt, Gentes, homines unius ciuitatis: uel p Gentes conuersos, gentiles per populos intelligamus. Ponit materias laudis, dicẽs: [ quoniam misericordia eius ] id est, remissio peccatorum, & aliæ gratiæ iustificantes, [ est confirmata super nos ] .i. ita firmiter nobis data, ut iã ipse diabolus insidiator nõ possit nobis dari pere: & ueritas dñi ] .i. impletio pmissionũ, [ manet in æternũ ] q̃a & hic incipit, & in æternũ manebit & ultra.

## IN PSALMVM CXVII.

Titulus Alleluia

**C**onfitemini dño qm̃ ] In hoc psalmo habet propheta materiã bonitatẽ dei: de hac sic agit: In prima parte ostendit deũ sic adiuuare suos, ut nõ timeant qd faciat homo, & etiã despiciat inimicos. In secunda parte, quæ incipit: Bonum est cõfidere: ostendit quod confidentibus & sperantibus in domino faciat deus, quod nullæ tribulationes possint eis nocere, sed etiam

ulciscan

uincantur de inimicis suis, & etiam conuertat eos: &  
 si aliquando cadunt, deus releuet eos. In tertia parte,  
 quæ incipit: *Aperite mihi portas: uidens quasdam por-*  
*tas, per quas ducitur ad Christum, qui est porta ducēs*  
*ad æternam gloriam, petit ut introducatur in illas por-*  
*tas.* In quarta parte, quæ incipit: *Benedictus qui uenit*  
*in nomine domini: uidens quendam benedictum ue-*  
*nisse in mundum, à quo alij benedicentur, monet alios*  
*fideles, ut benedicti per hunc dominum, constituent ei*  
*diem solennem.* Intēdit nos admonere, ut pro huius-  
 modi beneficijs laudes debitas domino referamus, &  
 est uox prophætæ, uel alicuius iusti, non pro se solo, sed  
 in persona omnium iustorū loquentis: [ *Confitemini*  
*domino* ] .i. laudate dominum: & debetis, [ *quoniā* ]  
 ipse singulariter [ *bonus* ] per se: & quicunq; boni sunt,  
 ex eo boni sunt: Vnde Christus cuidam adoleſcētī, uo  
 Iohā. 10.  
 Lucæ. 18  
 canti eum bonum, & non intelligenti eum esse deum,  
 dixit: *Quid me uocas bonum? Nemo bonus, nisi solus*  
*deus: etiā nolite negligentes esse ad confitēdum, [ qm̄*  
*misericordia eius ] tantum est [ in secula ] .i. quandiu*  
*hoc seculū durabit, quia post hanc uitam tarda est con-*  
*fessio. ¶ Et hoc quod ego moneo, scilicet, confiteri [ di-*  
*cat nunc ] .i. in præſenti seculo, [ Israel ] .i. omnes sub-*  
*ditī Christiani proponentes sibi hanc causam laudis,*  
*[ qm̄ ] dominus est [ bonus ] & [ qm̄ in seculum mise-*  
*ricordia eius. ] ¶ Et non tantum subditī exhortentur*  
*se ad laudem dei, sed etiam [ domus Aaron ] .i. tota ele-*  
*ctio sacerdotum & aliorum prælatorū, [ dicat nunc ]*  
*exhortās ad laudem dei, [ qm̄ in seculum misericordia*  
*eius. ] ¶ Et quid per singula? [ Dicant nūc ] etiā [ oēs ]*  
*de quacunq; gente, cōditione, natione, [ qui timēt do-*  
*minum ] hoc dicant, [ quoniam in seculum misericor-*  
*dia eius. ] Bene dico quod sit bonus, quia in me parer.*  
 quia



quia [inuocavi dominum de tribulatione], i. monitus  
 fui inuocare dominum per multas tribulationes, [ &  
 me ] inuocantem [exaudiuit dominus in latitudine]  
 .i. in amplitudine charitatis, ut etiam orarem pro ini-  
 micis. Vel, exaudiuit me, iam positum spe in latitudi-  
 ne cælestis patriæ. ¶ Ipse exaudiuit, & cum ipse [ dñs ]  
 sit [ mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo ]  
 quantumcunq; sæuiat. ¶ Et non tantum hominē non  
 timebo, sed etiam quia ipse [ dominus ] est [ mihi adiu-  
 tor, & ego inimicos meos ] spūales. i. dæmones, [ despi-  
 ciam ] quandoq; uidens eos in iudicio dei cōdemnari.  
 Vel in hac uita despiciam inimicos, ut ita dicamus: Ini-  
 cos meos. i. ipsos dæmones, licet sint inuisibiles, despi-  
 ciam. i. despiciabiles ostendam, quia eorum tentatio-  
 nibus nullatenus acquiescam. ¶ Bonum est. Pars sc̄da.  
 Continuatio: Et quia dominus me ita adiuuat, q̄ non  
 timebo hominem, ergo [ bonum est confidere in ] isto  
 [ domino, q̄ cōfidere in homine ] quia in homine nul-  
 lo modo confidendum est, neq; in se, neq; in alio, sed in  
 solo deo. Ille confidit in domino, qui illum putat po-  
 tentem, & sufficientem ad remittenda peccata, & ad ius-  
 titiam conferendam. Ille uero confidit in homine, qui  
 putat se per solum arbitrium sine adiuuante gratia bñ  
 operari. ¶ Bonum est sperare in domino ] .i. expectare  
 remunerationem suæ iustitiæ, ab ipso domino datæ,  
 [ quàm sperare in principibus ] secularibus, uel in san-  
 ctis angelis, & alijs sanctis uiris: quia neq; angeli, neq;  
 alij sancti possunt per se quicquam conferre. q̄, electi-  
 ua coniunctio est, & illud cui cōiungitur, prorsus innuic-  
 esse auferendum. ¶ Ideo dico bonum est sperare in do-  
 mino, & bonum est confidere in eo, quia ego probaui  
 in meipso, & ostendo certitudinem, quia [ omnes Gen-  
 tes circueierunt me ] blandimentis & minis, & etiã exte-  
 riora

riora mea auferendo, [ & ] hoc [ quia ] id est, quod [ ul-  
 tus sum in eos ] est factū [ in nomine domini ] non p  
 me, sed per auxilium domini. Ita quidem ulciscitur se  
 iustus in peccatores illos, quia sic conuertit eos, ut ma-  
 la quæ prius inferebant ipsi iusto, modo in seipsos illa  
 conferant, & pro peccatis illis se puniāt: & hic notatur  
 leuior tribulatio. ¶ Circundantes ] etiam [ circundede-  
 runt me ] scilicet, perseverantes, mihi in propria perso-  
 na mala inferendo: [ & in eos ] tam graues persecuto-  
 res [ sum ultus ] sicut supra: [ in nomine domini ] ¶ Cir-  
 cundederunt me ] etiam [ sicut apes ] scilicet, tam acri-  
 ter, & tam amare, sicut apes pungunt aliquem: & bene  
 comparat eos apibus, quia sicut apes pūgunt aliquem,  
 & pungendo frangunt aculeum, & inde moriūtur, uel  
 inutiles remanēt ita persecutores iustorum, uel interfi-  
 ciunt se interius, uel excæcant ad tempus. Vel, circūde-  
 derunt me me sicut apes, fauum circundāt. Alia trans-  
 latio habet, fauum: ad hoc circundāt, ut mel infundāt,  
 & augeant: ita ipsi circundātes me ad tribulandū, auxe-  
 runt in me uirtutes, [ & exarserūt sicut ignis in spinis ]  
 Sicut spinæ dant igni fomenta, ut magis ardeat, sic spi-  
 næ, id est, peccata eorum, præbēt furori eorum maius  
 incendium. Vel aliter: sicut ignis in spinis, i. sicut ignis  
 spinas consumit, trunco, qui firmus & solidus est, non  
 præualet, sic tribulatio spinas, id est, peccata iustorum  
 delet, animæ firmitati non nocet: [ & in noīe domini,  
 quia ultus sum in eos ] & hic modum grauissime tribu-  
 lationis ostendit, & has persecutiones dicit se sustinu-  
 isse in persona aliorum iustorum primitiuæ ecclesiæ.  
 ¶ Post q̄ ostendit se inimicos sic uindicare, ostendit qd  
 si compellatur etiam ad casum, deus releuat eum. Con-  
 tinuatio: Propter hoc etiam bonū est sperare, q̄ [ im-  
 pulsus sum ] à diabolo & ministris eius, [ ut caderem ]  
 in p̄ctūm

in peccatū. Tunc dicitur iustus impulsus, quando dubi-  
 tat an faciat: sic legitur de Marcello et Marco, qui penē  
 per blanditias mulierum seducti sunt, sed dominus per  
 beatum Sebastianum suscepit eos ne caderent: & etiā  
 [euerfus] sum: & hoc dicit persona aliorum, scilicet, in  
 actum peccati præcipitatus, ut caderē, i. ut prorsus pe-  
 rirem, [ & ] inde [ dominus suscepit me ] ex quo appa-  
 ret, q̄ ipse est [ fortitudo mea ] faciens me fortē post la-  
 psū, [ & laus mea dñs ] in hoc facit me laudabilem,  
 q̄d inimicis meis facit me resistere. Vel fortitudo cōtra  
 hostes, laus, quantū ad hoc q̄d releuat à peccatis: [ & ]  
 hoc faciēdo, [ est factus mihi in salutem ] animæ. Cum  
 dicit, factus, notat incarnationem diuini uerbi, per quā  
 hæc omnia nobis facta sunt. ¶ Et quia dominus est for-  
 titudo mea, ideo [ in tabernaculis iustorū ] .i. in consci-  
 entijs ipsorum, in quibus habitat deus, & in quibus ipsi  
 militant deo, est [ uox exultationis ] .i. magna exulta-  
 tio, p̄ quod deo nostrā uoluntatē ostendimus, sicut ali-  
 quis amicus amico suo per uocem: [ & uox salutis ] .i.  
 ipsa exultatio habetur in corde de salute, quam iusti se  
 habituros intelligunt. ¶ Ideo exultent iusti in taberna-  
 culis, quia [ dextera domini fecit uirtutē ] .i. filius suus,  
 & potentia sua fecit me cōstantē contra persecutores:  
 & ipsa eadē [ dextera dñi exaltauit me ] in uirtutibus,  
 multiplicando in ipsis uirtutibus, custodibus me custo-  
 diuit: & hoc est quod dicit: [ dextera dñi fecit uirtutē ]  
 ¶ Et quia dextera dñi fecit uirtutē, ideo [ nō moriar ]  
 .i. nō cadam à concessis uirtutibus, [ sed uiuā ] uita ani-  
 mæ, [ & narrabo opera dñi ] .i. annūciabo alijs. ¶ Ideo  
 nō moriar, sed uiuam, q̄ illa mala, q̄ mihi intulisse pu-  
 tatis ad meā destructionē, intulit dñs ad correctionē:  
 & hoc est: [ castigauit me dñs castigans ] .i. p̄seuerās in  
 castigādo p̄ frequētissimas tribulatiōes, [ & ] rñ [ non  
 tradidit



tradidit me morti] animæ: Vnde Apostolus: Vt castigati, & non mortificati. ¶ Pars tertia. Et quandoquidem ego uiuo uita animæ, & sum castigatus multis tribulationibus, nec tamē mortificatus, ergo uos apostoli sancti, & alij ministri sanctæ ecclesiæ, [aperite mihi portas]. i. dissoluite me per sacramenta ecclesiæ, [ & aperiendo sanctas scripturas, quæ oia sunt portæ [iustitiæ]. i. per quas hō plenas iustificationes assequitur. Bene postquā se dixerat uiuere, petit ut dissoluatur: quia necessarium est unicuique fideli, ut à ministris sanctæ ecclesiæ soluatur, ad hoc ut possit peruenire ad æternitatem: quod modo cognoscimus, quia dñs Iesus postquā

Iohan. 11 Lazarū uiuificauit præcepit ut solueretur. Aperite dico, & ego [ingressus in eas] portas. i. iam absolutus & iustificatus, [cōfitebor domino]. i. laudabo dominū: & ego in has portas introductus, perueniā ad Christū dominum, qui est uera porta, introducens conformes sibi ad uitam æternam: & quasi iam præsentem uidēs ipsum Christum, dicit de ipso: [hæc] est [porta domini]. i. per quam itur ad dominū: nec quicūque per eā intrabunt, sed [iusti intrabunt in eam]. i. per eam portā intrabunt in requiem æternā. Vel aliter: Quandoquidem tribulationes uestræ non sunt mihi morti, sed castigationi, igitur uos persecutores aperite mihi portas iustitiæ. i. præparate mihi tribulationes, quæ me inducent in perfectionē iustitiæ, & ego ingressus in eas portas, non murmurabo, sed confitebor domino. i. laudabo dominū: & quare in tribulatiōe laudabo? quia hæc fuit porta domini nostri Iesu Christi, quia per multas tribulationes dominus Iesus intrauit in gloriā patris: & quia est porta domini, ideo iusti intrabunt in eam. i. si qui uolunt fieri iusti, non fugiant passionem pro nomine Iesu Christi cum opus fuerit, ¶ Ingressus confitebor

bor domino, & ideo o [ dñe confitebor tibi, qm̄ exau-  
 disti me ] perducendo me ad portam, quæ est Christus,  
 [ & factus es mihi ] per assumptam humanitatem [ in  
 salutem ] id est, anime uiuificationē. ¶ Lapidem. Deter-  
 minat quis sit factus in salutem, Christus scilicet, pro-  
 pter soliditatem lapis reprobatus: & quibus? Iudæis. s.  
 & Gentibus, qui per Christum lapidem angularem in  
 unam fidem & institutionem coniunguntur. Continu-  
 atio: Factus est in salutem, Iudæis. s. & Gentibus, & hic Mat. 21.  
 est lapis ille, [ quem lapidem ]. i. Christum, qui dicitur Mar. 12.  
 lapis propter soliditatem: quem Christum [ ædifican- Luc. 20.  
 tes ]. i. Iudæi, qui dicuntur ædificantes, quia in carnali  
 bus obseruantijs ædificabantur. s. abstinere à malo, &  
 seruire deo: quamuis nō consummarent opus, ut per-  
 fekti inuenirentur, nisi illi qui Christum redemptorem  
 expectabant, sed quasi pueri, qui quasi per blanditias  
 educantur, donec ipsi graua sustinere possint, & legē  
 dei adimplere: ita Iudæi per hæc temporalia beneficia  
 ædificabantur, donec ipsi aliquando cognoscerent ueri-  
 tatem, & ideo pro solis cælestibus seruiendum reputa-  
 rent. Hic quidem lapis quem reprobauerunt ædifican-  
 tes, [ factus est in caput anguli ] id est, sicut angularis la-  
 pis duos coniungit parietes, ita Christus duos coniun-  
 git populos, Iudæos & Gentes in eandem fidem. Cum  
 dicit, in caput anguli, notat Christum esse omnem con-  
 summationem nostri ædificij & religionis, quasi lapis  
 positus in consummatione anguli. ¶ Dico lapidem re-  
 probatum, esse factum in caput anguli, & [ istud ] id est,  
 lapis iste, uel hæc talis coniunctio populorum facta p  
 lapidē illum, [ est factum à dño ] quasi nullus alius pos-  
 set facere huiusmodi hoīem, qui ex uirgine nascit, & im-  
 munē se custodit ab omni malo, & alia multa facit mi-  
 randa, & ideo speciale opus dicitur: & cōiunctio popu-  
 Rr lorū

lorū speciale opus dei fuit, [ & ] istud opus dei [ est mirabile in oculis nostris ] interioribus : quia si attendamus, q̄ deus filium pro nostra liberatione fecit incarnari, etiam morti dedit, uere mirabilem intelligimus dei operationem & bonitatem. ¶ Dico à domino factum, & [ hæc dies ] in qua natus est Christus & factus: uel in qua facta est prædicta coniunctio populorum .i. tempus gratiæ, est dies [ quam fecit dñs ]. Licet dominus omnes fecisset dies, tamen dicitur hanc specialiter fecisse, quia in hoc tempore specialiter nos illuminauit, & cordibus nostris lucem suæ cognitionis infudit: & ideo [ exultemus ] secundum corpus, [ & lætemur in ea ] secundum animam: in eadem gaudentes per puritatem nostræ cōscientiæ, nos esse redemptos in hac die. ¶ Dico exultemus, ita dicētes: [ O domine saluum me fac ] .i. fac me participem huius saluationis, quam mundo attulisti, [ o domine bene prosperare ] .i. cōtra miseras quas hic sustinuisti, fac me quandoq; uestiri immortalitate & impassibilitate. ¶ Deinde pars quarta. Ac si diceret: Quia Christus factus est in caput anguli, ergo uos alij [ constituite diem solennem ]: & ad hoc præmissæ sunt causæ: quasi ita diceret: Ideo debetis ei diem solennem constituere, quia ipse [ qui uenit ] in mundum, nostra calceatus humanitate, est [ benedictus ] .i. omni perfectione uirtutum plenus. Venit dico non ad acquirendam gloriam suam, sicut Antichristus faciet, sed [ in nomine domini ] ampliando. ¶ A quo benedicto fuimus benedicti, & nos [ benediximus uobis de domo dñi ]. Qui enim extra domū sunt .i. ecclesiā, non habent potestatem benedicēdi. Dico nos benediximus, & nobis bñdicentibus [ deus dñs ] benedixit, [ & ] per suā benedictionē [ illuxit nobis ] cōmuniter nobiscū .i. tenebras à nobis fugauit, & uerā illuminationem cordibus nostris



nostris infudit. Credendum nobis est, q̄ Christus ministris suis hęc potestatem dedit, ut q̄s ipsi benedicunt, sua sint etiã benedictione benedicti. ¶ Et quia estis benedicti, ergo [constituite diem solennẽ in condensis] .i. in magna frequentia populi, euntes [usq; ad cornu altaris] .i. ut de cibo altaris participemini. Vel ira ad allegoriã: Constituite diẽ solennẽ .i. sabbatizate dño in cordibus uestris, cessando à uitijs: & hoc in cõdensis .i. multa uirtutũ frequentia, eundo usq; ad cornu altaris .i. ad imitationẽ altitudinis Christi, ut illũ faciatis altare uestrum, super quẽ oblatae preces uestræ recipiunt. ¶ Moneo alios, ut deo solennitatem constituent, sed q̄cquid alij faciant, ego semper laudabo dñm: hoc est q̄d dicitur Conuersione facta ad ipsum deũ, [deus meus es tu, & confitebor tibi] .i. laudabo te. Replicat idẽ ex nimia affectione, dicẽs: [deus meus es tu, & exaltabo te] .i. alijs annũciabo altitudinem tuã, & potentiã tuã, per quã tu apud eos exalteris. ¶ Dico cõfitebor, & exaltabo te: idco q̄dem [confitebor] & exaltabo [tibi, quoniam exaudisti me] orantem pro peccatis, [ & ] quoniam [factus es mihi in salutem]. Hunc uersum repetit ideo, quia in eo pendet & uersatur maxima causa, quare deum laudemus. ¶ Et quãdoquidem prædicta beneficia per bonitatem suam nobis fecit deus, ergo [confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius] in eodem finiens, à quo incepit nos iugiter in laudibus dei conuersari. Alleluia.

## IN PSALMVM CXVIII.

Titulus. Alleluia. Aleph.

**B**Eati immaculati]. Aleph non est titulus, sed alleluia est titulus. Psalmum istum distinxit propheta per uigintiduas partes ad modum alphabeti Hebraici, quod habet uigintiduo elemẽta, & una

Rr ij quæq;

quæq; particula habet propriū elementum; secundum ordinem alphabeti, à quo singuli uersus ipsius particulae incipiunt: sed huius primæ partis apud Hebræos incipiunt uersus ab hoc elemento, quod est Aleph, secundæ partis à Beth, & sic in cæteris. Hoc autē impediuit hanc translationē, & alios translatores, q̄ eadē identitas non potuit seruari, ut uel apud nos, uel apud Græcos singuli octo uersus ab eodem elemento inciperent: ut autem idem intellectus, quē habuit propheta, scribens secundum ordinē alphabeti, dispositū esset fundamentū p̄fectæ doctrinæ, sicut est alphabetū totius doctrinæ, nihil obstitit. Sunt quidē istæ particulae diuersæ per octonarium, q̄a unaquæq; continet octo uersus, per quod nobis innuitur, quod etsi aliquis non possit complere ea, quæ in omnibus partibus continentur, tamen si ea cōpleat, quæ in unaqualibet parte tractantur, per hoc ad octauam perducetur, id est, ad æternam requiem, quæ post septem istos dies, per quos mundus iste uoluitur, succedet. ¶ In hoc psalmo habet propheta materiam, legem dei, & in hoc nomine, lege, comprehendimus et naturalem legem, & legem, quæ per figuras scribitur, s. legem Moyfi, & nouum testamentū. De hac materia agit, cōmendando eam, & ostendendo, quasi beatitudines deus per ipsam legem: & hæc prima pars omnium aliarū prologus est, quia cōmuniter ostendit hominem per legem beatum fieri: & quia ita communiter materiam totius psalmi comprehendit, nomen totius psalmi recipit. s. *text* & doctrina uocatur, propter quod & Aleph præscribitur: Quod Aleph interpretatur doctrina, cæteræ uero partes, beatitudinem, quam hæc prima pars cōmuniter præponit, diuersis modis exequitur: ueluti illa pars, quæ est: In quo corrigit: ostendit quod deus de confusione peccati liberet, & ad conuersionē re-  
ducatur

ducat homines per legem suam: & in alia: Retribue ser-  
 uo tuo: ostendit quomodo deus indigentias fidelium  
 per eiusdem legis executionem suppleat: & in tertia, q̄  
 est: Adhæsit pauimento: ostēdit q̄ deus necessitates, q̄s  
 corpus necessario portat. s. timorem lapsus, & rædium,  
 & similia si qua sunt, per eiusdem legis obseruantia au-  
 ferat. Et quia deus per misericordiam suam huiusmo-  
 di beatificationes facit, ideo huic psalmo titulus allelu-  
 ia præscribitur. Intentio uero est, nos ad cantandum al-  
 lelulia dño inuire. ¶ Vox uniuersalis iusti, à primo iu-  
 sto usq̄ ad ultimum iustum, quasi ira dicentis: Fratres  
 custodite legem dñi, quia custodientes eam fient [im-  
 maculati] & per hoc [beati]: & inde dicit immaculati  
 .i. illi quibus peccata sunt remissa, & per hoc immacu-  
 lati, quia sunt [in uia] .i. in Christo, uel in lege dñi: sunt  
 beati. s. custodia legis, & imitatio Christi est uia ad bea-  
 titudinē: nō illa quā qdā uolunt: quidā em̄ quærunt ue-  
 nire ad beatitudinē per diuitias, aut p potērias. Sed qa  
 hæc sunt potius distortionēs & deuia, per hæc ad beati-  
 tudinē nō possunt pertingere. Homines non ideo dicū-  
 tur immaculati, q̄ sine omni macula esse possint, quia  
 solus Christus sine macula est, sed qm̄ eis per confessio-  
 nem remittuntur peccata: quia si diceremus homines  
 sine peccato esse, contra apostolū essemus, qui dicit: Si 1. lohā. 1.  
 dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos sedu-  
 cimur, & ueritas in nobis non est, quia in multis offen-  
 dimus omnes. Ideo pluraliter dicit, immaculati, ut plu-  
 res homines intelligamus immaculatos, & p hoc nosi-  
 psos immaculatos fieri intelligamus: si enim immacu-  
 latus diceret, de solo Christo intelligi posset: & immacu-  
 lati sunt beati, [qui ambulant in lege domini] id ē,  
 qui semper crescunt multiplicatione uirtutum. ¶ Sunt  
 etiam [beati qui seruantur] id est, qui cum omni dili-  
 Rr iij gen-



Mat. 22.  
Deu. 6.

gentia inquirunt [testimonia eius] id ē, praecepta eius, quae dicuntur testimonia. s. quia testantur quid sit faciendum, quid non. Vt si quis quaerat an sit homicidium faciendum, per legem poterit testimonium cognoscere, quae dicit: Non occides. Praecipit etiam lex bonum faciendum, cum dicit: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, Vel ideo dicuntur testimonia, quia certos nos faciunt de aeterno bono: Ita dico scrutantes beatos fieri, si scrutentur ea non propter aliquod commodum temporale, sicut illi qui ad hoc addiscunt legē dei, ut ab aliis pecuniam legēdo eis, accipiant, sed qui scrutādo praecepta, [exquirunt eum] deum [in toto corde]. Summa breuiter talis est: Illi sunt beati, qui in praeceptis dei omnibus uiribus suis dei uoluntatem inquirunt, ¶ Illi qui ambulant in lege domini sunt beati, quia illi, [qui operantur iniquitatem] .s. maculati, [non ambulauerunt in uis eius] .i. praeceptis eius. Vel uias possumus sanctos accipere, per quorum imitationem possumus ad dñm peruenire. ¶ Dico lex facit beatum, & lex illa custodienda est, quia [tu] domine [mandasti custodiri] eam legem: hoc est qd dicit: [mandata tua nimis] .i. adeo ut nō propter timorem dimittatur aliquid incustoditū: mandauit deus custodiri legem suam per prophetas, & apostolos, & alios sanctos uiros. ¶ Et quando quidē lex tua beatum facit, & tu domine iubes eā custodiri, ergo domine [utinam dirigantur uiae meae] .i. operationes meae, [ad custodiendas iustificationes tuas] .i. ceremonias illas, quae iustificat hominem spiritaliter intellectu. ¶ Ostendit quomodo possint uiae dirigigi, scilicet, si ante oculos semp habemus mandata dei. Continuatio: Dico uiae dirigantur, quae uiae diriguntur, [cum perspexero in omnibus mādatīs tuis] id est, per hoc uiae possunt dirigigi, si semper habeam mandata tua  
prae

præ oculis: & [tunc] cum hoc fecero, [non cõfundar] pro peccatis meis, quod confusibile aliquid faciam, ut de me dicatur: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. ¶ Dico non confundar, sed potius [cõfitebor tibi] id est, laudabo te [in directione cordis]. i. in directo corde meo, & iustificato à te: non arrogãter in corde meo aliquid noui inuenio, sed [in eo quod didici] à spiritu sancto mihi interius loquente, uel à sanctis patribus [iudicia iustitię tuę]. i. iudicia, quibus ipse hos damnat, hos iustificat: quæ omnia ipse facit ex sua iustitia, licet ab omnibus hoc ignoretur. ¶ Dico confitebor, & in obedientia tua perseuerabo: & hoc est: [iustificationes tuas custodiam] id est, in custodia mandatorum tuorum, quæ iustificãt hominem, permanebo: & ut possim permanere, & custodire, o domine [non me derelinquas usquequaq;] id est, in alia parte. Ideo dicit, usquequaq;, quia uidet diabolus semper paratum subintroire, à quocunq; parte deus subtraxerit gratiã suã.

Beth.

**I**N quo corrigit]. Huic particule præscribitur Beth & interpretatur confusio. Quæ litera huic particule bene præscribitur, quia hic docemur, quomodo homines de confusione, scilicet, de priori uita, educantur, & ad ueram uitam conuertantur. ¶ Litera ad hoc. Continuatio: Dico custodiam iustificationes tuas, ideo, scilicet, quia per ipsas iustificationes erunt correctæ uia: meæ: & hoc melius ostendit faciendo interrogationem, & responsionem, cum dicit: [In quo corrigit adolescētior]. i. stultior & pronior ad peccandũ, [uiã suam]. i. operationẽ suam, & consuetudinẽ nequitia: suæ, in qua consueuit: ponit excæcatis auditoribus per interrogationem responsionem, cum dicit: [in custodiendo sermones tuos:] q̄a implet bene operando

Rr iij præ

præcepta tua. Vel, adolescentior. i. populus innouatus,  
 & adolescens factus: in quo corrigit uia suã, i. per quid  
 est ita innouatus, in custodiẽdo sermones tuos: ¶ Et quia  
 in custodia sermonũ est correctio prauæ opationis, id-  
 eo [exquisiui te]. i. legem tuã adimpleui, sed ppter ali-  
 ud, s. ut cognitio tui in me multiplicaretur, & hoc [in  
 toto corde meo]. i. qđ nulla cordis particula uacabit  
 ab inquisitione tui, & ideo dñe [ne repellas me à man-  
 datis tuis] sed potius in ipsis uoluntatẽ tuã mihi aperi.  
 ¶ Dico exquisiui, & inuenta abscondi & pronunciaui,  
 & delectatus sum, & exercebor, & considerabo, me dira-  
 bor, non obliuiscar: & per hæc omnia notãtur exire de  
 confusione, & ualde pfecti esse, sicut in unoquoq; octo-  
 nario debet inueniri pfectio. Litera sic legitur: [In cor-  
 de meo] id ẽ, in memoria mea [abscondi eloquia tua]  
 id est, præcepta tua diligenter memoria commenda-  
 ui: sed plus notat cum dicit, abscondi. s. quod non ma-  
 nifestaret ea inimicis, sicut dicitur: Nolite sanctum da-  
 re canibus, neq; margaritas spargere ante porcos: ideo  
 abscondi, [ut non peccem tibi] qui prohibuisti præce-  
 pta tua dari canibus. ¶ Ego abscondi, & o [domine do-  
 ce me] actu ipso [iustificationes tuas]. i. fac me opera-  
 ri sicut exigunt tua pcepta, quæ iustificat hoïem. Vel,  
 doce me, cui debeam renelare præcepta tua, cui nõ. Id-  
 eo sum ausus petere ut doceas, quia tu [es benedictus]  
 .i. laudatus tuis, & benignus tuis. i. exhibens tuis quic-  
 quid opus est. ¶ Inimicis abscondi, amicis uero [pro-  
 nunciaui omnia iudicia oris tui]. i. quæ per os tuum. i.  
 filium tuum locutus es: non qđ omnia iudicia dei aliq; s  
 pronunciare posset, sed quæcunq; pronunciauo iudicia  
 dei sunt. Iudicia hic accipit, quicquid deus occulto iudi-  
 cio agit: uel uti quod quosdam dãnãt, quosdam eligit  
 & iustificat: & hoc [in labijs meis] id est, cõueniẽtibus  
 me

Matt. 7.



meæ operationi: quia quod ore doceo, hoc opere adimplero. ¶ Dico abscondi & pronũciaui, & ppter hæc [delectatus sum in uia testimoniorum tuorum] .i. eundo in testimonia tua adimplenda, [sicut] aliquis carnalis delectaretur [in omnibus diuitijs] id est, ideo sum delectatus in mandatis tuis, quia mihi sunt omnes diuitiæ. ¶ Non sum tantum delectatus, sed dinceps [exercebor in mādatis tuis] adimplendis, [ & considerabo uias tuas] id est, uerum intellectum in præceptis tuis. Bene supponit, considerabo, postquã dixit, exercebor, quia non potest haberi uerus intellectus, nisi præcedat bona operatio. ¶ Dico cōsiderabo, & [nō obliuiscar] cognitos [sermones tuos] ideo quia semper [meditabor in iustificatiōibus tuis] id est, præcepta tua in quorum obseruatione inuenitur iustitia, semper habebō in assidua meditatione.

## Gimel.

**R**etribue seruo tuo. ] Hæc litera bene præscribitur huic parti. Gimel namq; retributio interpretatur, & in hac parte magna dei retributio ostēditur, scilicet, quomodo deus iam exurus de confusione, sicut dictum est, & perentibus ipsum deum indigentiam suppleat, & ad magnam perfectionem perducatur. ¶ Illam indigentiarum suppletionem ideo retributionem uocamus, quia prius deus fidelibus suis tribuit, ut uelint orare. Pro hac gratia retribuit deus aliam grām eis, scilicet, indigētiarum suppletionem. Continuatio. Dico meditabor in mandatis, & nō obliuiscar, & ideo o domine mihi [seruo tuo, id est, qui te solū deum uerum meum cognosco, & me seruum: [retribue] id ē, qui tribuisti ut te cognoscerem, fac mihi aliam retributionem, hæc scilicet, [uiuifica me] .i. facultatem bene operādi, quam perdidisti in primo parēte, mihi restitue:

R r v [ &amp; ]

[ & ] sic uiuificatus [ custodiã sermones tuos ] .i. opabor secundum præcepta tua . ¶ Et me iustificato, & iã bene operante, [ reuela oculos meos ] id est, aufer uelamem de interioribus oculis, ut possim plenũ intellectũ habere de lege tua, [ & ] tunc [ cõsiderabo mirabilia de lege tua ] .i. ea q̄ significant per figuras in ueteri testamento positas, hoc est, considerabo Christũ significatũ per agnum occisum, & refectionẽ dominici corporis, per manna significatum, & alia huiusmodi, quæ à nullo, nisi reuelatis à deo oculis, possunt intelligi. ¶ Ideo debes reuelare & uiuificare, quia quantũ potui me idoneum præparauì, scilicet, quia [ in terra ] id est, in hoc mũdo [ sum incola ] id est: aduenam me reputo, & nullam me habere manentem ciuitatem, sed semper ad ueram tendo patriam, & ideo [ non abscondas à me mandata tua. ] ¶ Et ideo reuela ne abscondas, quia [ anima mea concupiuit ] maximo affectu [ desiderare iustificationes tuas ] id est, ut ipsa aĩa mea impletionem sermonum tuorum reficiatur: & hoc non ad horam, sed [ in omni tempore ] id est, assidue. ¶ Ideo sic concupiui, ne ita mihi coningeret sicut contigit diabolo, & alijs superbis. Quos [ supbos ] tu [ increpasti ] cõminãdo æternam pœnã, flagellando q̄nq; in hac uita, in signũ futuri iudiciũ uel supplicij: & ipsi superbi sunt [ maledicti ] .i. reprobati: quia ipsi sunt, [ q̄ declinant à mādatis tuis. ] Illi dicuntur non superbe peccare, neq; à mandatis dei declinare, qui licet sibi peccandi uoluntatem non pponant, tamen carnis fragilitate cõpellente q̄nq; peccant. Illi autem superbe peccare, & à mandatis dei declinare dicuntur, qui ex uoluntate animiq; delectatione peccant, & dei mandata audire non curant, uel audita, conculcant. ¶ Anima mea concupiuit, & ne fructum illius concupiscentiæ meæ mihi possint auferre [ aufer à me oppro-

Opprobriū ] ne tribulatores possint inducere ad actū  
 peccati, ex q̄ iuste essem opprobrosus & derisus: [ & ]  
 aufer etiam [ contemptum ] ne me à bono incepto re-  
 uocent, & segenem ad bene operandum efficiant. Hæc  
 merito peto à me auferri, [ quia exquisiui ].i., ex omni-  
 bus alijs doctrinis elegi [ testimonia tua ] ad meā in-  
 structionem. ¶ Aufer dico, & necesse est, [ etenim prin-  
 cipes ].i. potētes huius seculi, [ sederunt ].i. studiosi im-  
 morati sunt, [ & aduersum me loquebātur ] oppugnā-  
 tes ueritatem quam proponebam, [ seruus autē tuus ]  
 nō deficiebat, sed potius [ exercebatur in lege tua ].i.  
 secundum præcepta tua loquēdo & operando. ¶ Ideo  
 exercebar, [ nā & testimonia tua meditatio mea est ]  
 id est, frequenti meditatione habeo mandata tua, [ &  
 iustificationes tuæ ] sunt [ consilium meum ].i. semper  
 deliberaui apud meipsum mandata complere: q̄ ante  
 non proponit sequi iustificationes dei, ille cito mouet,  
 si tribulatio superueniat,

## Deleth

**A**Dhæsit pauimento. ] Deleth huic octonario  
 præscribitur, quia timor interpretatur. Fidelis  
 namq; ille qui loquitur, de confusione iam re-  
 tractus, iam fugatis indigētis multis, dei beneficijs re-  
 plētus: ¶ Attendens tamen corpus humanum semper  
 pronum esse ad peccandum, & quasdam importare ne-  
 cessitates peccandi, timet relabi, & contra has necessi-  
 tates orat ad dominum. Cōtinuatio. Dico anima mea  
 concupiuit, consilium meū sunt iustificationes tuæ, sed  
 tamen [ anima mea adhæsit pauimento ] .i. consensit  
 olim corpori ad aliqua illicita: pauimentū dicitur à pa-  
 uire .i. pcutere: q̄a tunc lapides pauimentū dicuntur, q̄n̄  
 sunt contusi, & bñ planati, ut nō offendāt pedes, & est  
 subie-



Apo. 22.

subiectum pedibus ambulantium. Per hoc intelligitur corpus humanū, multis ieiunijs & alijs afflictionibus sic contusum atq; planatum, ut non offendat pedes animæ, & etiam ipsi animæ subiectum est. Sed quia natura corporis quātuncunq; afflicti, semper prona est ad peccandum, ideo etiam si anima consentiat corpori, statim præcipitatur in lapsum: & quia anima adherens corpori, iam ducta est in lapsum, ideo o domine [ uiui fica me ] id est, restitue mihi facultatē, ne anima consentiat corpori: & hoc fac [ secundum uerbum tuū ] .i. secundum promissionem tuā: quia tu instituisti, ut qui iustus est, iustificet̃ adhuc. ¶ Licet aut̃ pauimēto adhererit, tamen non debes me repudiare, quia tibi peccata mea reuelauī: & hoc est: [ iuias meas ] .i. peccata mea, in quibus incesseā, confitendo [ enunciaui ] tibi, [ & ] tu [ exaudisti me ] .i. peccata condonasti: & quia iā me exaudisti, dando ueniam peccatorum, ideo o domine [ doce me iustificationes tuas ] .i. fac me operari scđm præcepta tua. ¶ Et postquā me docueris bene operari [ instrue me uiam iustificationum tuarū .i. da mihi uerum intellectum in præceptis tuis, [ & ] ego sic instructus, [ exercebor ] multiplici operatione, [ in mirabilibus tuis ] id est, in spiritualibus operibus & gratijs, p̃ figuras ueteris legis intellectis. ¶ Alia necessitas corporis, p̃ qua timendū existimat fidelis q̃ loquitur, Cōtinuatio: Dico exexcebor, sed quandoq; [ anima mea dormitauit ] id est, aliquātulum pigra fuit, & hoc [ præ rædio ] iam diuini uerbum fastidio habebat, sed tu domine [ cōfirma me ] ne deinceps in rædium incidā: confirma dico [ in uerbis tuis ] id est, impletione mandatorum. Cum dicit, dormitauit, notat eum leuius peccasse q̃ si diceret, dormiuit. ¶ Confirma dico, et ut possim cōfirmatus p̃manere, [ uia iniquitatis ] .i. diaboli, qui

qui est uia omnis iniquitatis, [amoue à me] ne possit mihi p̄ualere, & in t̄ediū retrudere, & in aliquod uitiiū mergere: [ & de lege tua miserere mei ], .i. p̄ misericordiam da mihi implere, quæ præcipiuntur in lege tua. ¶ Et debes à me uia iniquitatis amouere, quia ego [ ele gi uiam ueritatis ], .i. Christū imitari, & legē eius sequi: & [ non sum oblitus iudicia tua ] sed semp̄ ea mecū tra stauī. ¶ Non sum oblitus iudicia tua, sed potius [ adhæ si ] q̄a firmus & stabilis sui, [ testimonijs tuis ], .i. præce ptis tuis, quibus uolūratem tuā testaris: & ideo [ o do mine noli me confundere ], .i. confusibilē reddere, sed fac me consummare quæ incepi, ne dicatur de me. Hic homo cœpit ædificare, & nō potuit cōsummare. ¶ Nō t̄atum adhæsi testimonijs tuis, sed etiam [ cucurri ], .i. expedite operatus sum [ uiam mādatorū tuorum ], .i. mādata tua, q̄ sunt uia ad uitā: et hoc ideo, [ cum ], .i. q̄a [ dilatasti cor meū ], .i. ampliasti charitate, patiētia, longanimitate, & similibus uirtutibus. He

**L**egem pone. ] In hoc octonario petit fidelis ille qui loquitur, ut Christus ueniat p̄ nouā legem suā. s. non solum p̄ præcepta, sed & per grām ad iutricem, & sensum præceptorū demonstrātem eis sta tuat: & ideo bñ præscribit huic parti, he, q̄ litera inter pretatur esse, quia in lege Christi inuenitur uerū esse, & uita animæ reformatur: & uidetur uox illorum esse, q̄ præsentem aduentum Christi expectabant, & magno desiderio exoptabant. Ordo quoque bonus est, quia postquā ostendit se conuersum, & a motis indigentijs, dei beneficijs repletum, cōtra necessitates quas corpus importabat, ostendit confirmatū se, et petit sibi legem dari, id est, ipsum Christum, quem uidet sufficiētē ad omnem iustificacionem. ¶ Continuatio: Dixi noli me confundere, sed potius [ pone mihi legem domine ] hanc

hanc scilicet, [uiam iustificationum tuarum] .i. ipsum Christum qui est uia per quam iustificantur fideles. Po-  
 ne mihi legem, ut ad imitationem ipsius uitam meam  
 possim dirigere: pone dico legem, [&] ego [exquirā  
 eam] legem [scilicet, ut in ea possim uolūtatem dei in-  
 uenire: & hoc non ad horam, sed [semper.] ¶ Dico ex-  
 quiram legem: & ut possim exquirere, [da mihi inrel-  
 lectum, &] per hoc [scrutabor legem tuam, &] inqui-  
 sitam, [custodiam illam] adimplendo opere: custodi-  
 am dico [in toto corde meo] quia omnes uires ponā,  
 ut possim mādata adimplere. ¶ Dico custodiam, & ut  
 custodire ualeam, me positum [in semita mandatōrū  
 tuorum] .i. in imitatione Christi, qui est semita recta. s.  
 & angusta uia: [deduc. i. fac sp̄ promoueri ad Christi  
 maiorem imitationem, [quia ipsam] semitā [uolui]  
 id est, ipsum Christū propter suam propriā dignitatē  
 dilexi. Vel semitam accipiamus arctiora mandata, quā  
 in custodiēdis illis est retributio multa. ¶ Et ut possim  
 uelle, tu [inclina] .i. humilia [cor meū in testimonia  
 tua] complenda, [& non in auaritiā], id est, ut nō ob-  
 seruem mandata tua propter aliquod terrenum cōmo-  
 dum. ¶ Dico nō inclines in auaritiā, sed potius [auer-  
 te oculos meos] interiores, [ne uideāt uanitatē] .i.  
 ne delectētur in his terrenis, q̄ uana sunt & caduca, sed  
 potius [in uia tua uiuifica me] .i. conforta libera arbitriū,  
 & spernere fac terrena, & amare cælestia. ¶ Auer-  
 te oculos, inclina cor, &c. [ & statue] .i. stabile fac [clo-  
 quium tuū] .i. fac ut stabiliter impleā ea que præcipis:  
 fac mihi dico [seruo tuo] & ideo sum dign⁹ ut hæc mi-  
 hi facias: & hoc in timore tuo] .i. per hoc quod ego ti-  
 meo te iudicem, & te diligo. Qui em̄ sic dñm timent,  
 mādata eius adimplēt. ¶ Statue eloquium, et [amputa]  
 .i. aufer [opprobrium meum, quod suspicatus sum] .i.  
 oppro-



Opprobriū suspicationis. Sæpius enim in suspicatione  
 deceptus sum, suspicando eum bonum qui malus est.  
 & econuerso: ideo dico amputa, quia etsi ego ueritatē  
 non possim cognoscere, tamen placet mihi ueritas: &  
 hoc est: [quia iudicia tua] id est, ea quæcunq; tu dispo-  
 nis occulto iudicio tuo [sunt iucunda] id est, amœna  
 sunt mihi flagella, quæ tu mihi ad correctionē immit-  
 tis. ¶ Dixi amputa opprobrium, deduc, & quæcunq; pe-  
 tiui fac: & ecce quicquid petiui habeo: & hoc est: [ecce  
 concupiui mandata tua] adimplere: & qui sic cupit se-  
 curus esse potest, quia obrinebit quod petit: dico con-  
 cupiui, & de reliquo dñe [uiuifica me] .i. fac me perse-  
 uerare in mandatis tuis: me dico positum [in æquitate  
 tua] id est, agentem secundum mandata tua, quæ solā  
 æquitatem præcipiunt.

Vau:

**E**T ueniat] In hac parte petit fidelis qui loquitur,  
 qui iam in aduētū Christi ipsius legem suscepit,  
 ut ipse Christus sit ei contra hæreticos, atq; con-  
 tra persecutores præsidium, qui statim in illos insurgūt,  
 qui legem Christi recipiunt: & ideo huic octonario be-  
 ne præscribitur Vau, quod interpretatur, ipse, per quod  
 Christum egregium adiutorium intelligimus, quem  
 iste in hoc octonario postulat adiutorem. ¶ Continua-  
 tio: Viuifica me dico, [ & ueniat super me ] .i. ita ut sit  
 caput. Vel, super me .i. de cælestibus ueniens, [miseri-  
 cordia tua domine] & quam postulet misericordiam,  
 determinat, scilicet, [salutare tuū] .i. filius tuus qui sa-  
 lutem facit omnibus, qui sit mihi contra impugna-  
 res præsidium. Vel [secundum eloquium tuum] ue-  
 niat, id est, instruat me de lege tua. ¶ Et] si ita ueniet,  
 tunc [respondebo uerbū] .i. filium tuum, [exprobran-  
 tibus mihi] ipsum filiū .i. si aliquis exprobrauerit mihi,  
 Christum non filiū dei, sed solum hoīem crucifixū, &c,  
 ostendā

- ostendam ei per rationes filium dei eū fuisse, & coarter  
 num: & ideo sic respondebo, non q̄ confidā in uiribus  
 meis, sed [ q̄a speraui in sermonibus tuis ] q̄ sunt mihi  
 bona arma: qui dixisti: Cū steteritis ante reges & p̄si-  
 des, nolite p̄meditari quid respōdeatis: dabitur em̄  
 uobis in illa hora quid loquamini: & iterum: Dabo uo-  
 bis os & sapientiā. ¶ Contra h̄reticos respondebo: &  
 o domine, p̄uide ne per tribulationes auferatur mihi  
 uerbum tuū: & hoc est: [ & ne auferas de ore meo ]. i.  
 ne permittas auferri p̄ tribulationes, uel per blanditi-  
 as [ uerbum ueritatis, id est, p̄dicationis, ut ego nunq̄  
 fileam apud quosuis p̄dicationem diuini uerbi: nec ad  
 horā permittas auferri, p̄pter tribulationē sicut fecisti  
 Petro, qui ad uocem ancillæ ueritatē negauit: nec per-  
 mittas [ usquequaq̄ ]. i. om̄i modo om̄i tēpore: nec de-  
 bes auferre, [ quia ] ego [ in iudicijs tuis, i. in tribulatio-  
 nibus, quas mihi p̄ iudicia tuā inferis, [ susperaui ], i.  
 maiorem fructū speraui, q̄ possit aliqua t̄p̄alis tribula-  
 tio promereri: Vnde Apostolus: Non sunt condignæ  
 passionis huius tēporis ad futurā gloriā. ¶ Dico ne au-  
 feras, [ & ] accepto ipso Christo mihi in p̄sidiū, [ custo-  
 diam legem tuā semper ]. i. [ in seculum, & in seculum  
 seculi. ] Legem dei in hac uita custodit, qui proximum  
 diligit, & p̄ inimicis orat, & similia. In alio seculo cu-  
 stodiemus legem, quā nunc habent angeli, q̄a tunc, ut  
 modo angeli, cōmuniter laudamus deum, & etiā fra-  
 tres nostros diligemus, sicut ut dicit: Caritas nunq̄ exci-  
 det. ¶ Ego dico custodiam, & etiam iam custodiui. Hic  
 notat se accepisse illud q̄d petebat superius. i. aduentū  
 Christi custodiā: & hoc est: [ ambulabā ] de uirtute in  
 uirtutē, accepto Christo hospite, existens [ in latitudi-  
 ne ]. i. in multiplicitate charitatis & sciētia: latitudine  
 dico, ideo mihi data, [ q̄a mandata tua ex q̄siui ] ¶ Re-  
 sponde

probrantibus mihi uerbum, & etiã respondi: & hoc ẽ,  
 [ & loquebar ] .i. locutus sum, positus [ in testimonijs  
 tuis ] .i. præceptis tuis: nec tm̄ in conspectu populi, sed  
 [ in cõspectu regũ ] .i. principum mundanorũ, p̄dicans  
 uerbũ dei, [ & non cõfundebar ] .i. nõ erubescẽbã pro  
 scandalo crucis. Vel, non cõfundebar, q̄ ego cederem  
 eis, uel etiã tacerẽ pro eis. ¶ Loquebar, [ & meditabar  
 in mādatis tuis ] .i. cogitabã frequẽt quõ ea cõplerẽ,  
 in quo notatur contẽplatio: & hoc nõ faciebã cõ-  
 stus, sed quia [ dilexi ] ea mandata, ideo compleui, ¶ Et non  
 tantum meditabar, sed etiam opere cõpleui: & hoc di-  
 cit: [ & leuauĩ manus meas ] .i. operationes meas extu-  
 li [ ad mādara tua ] complenda, [ quã dilexi ] quasi q̄d  
 uerbo docui, opere compleui: & hic notatur uita acti-  
 ua. Dico leuauĩ, [ & ] hanc operationem perseueranter  
 impleui: & hoc dicit: [ exercebor in iustificatiõibus tu-  
 is ] .i. studebo ut eas sine om̄i dilatiõẽ possim implere.

Zai.

**M**emor esto ] Iustus q̄ leuauit manus in Christi suscepit,  
 & etiam ipsum Christũ adiutorem contra hæ-  
 reticos & persecutores, iam per hoc spem habet æterni  
 boni. Orat in hoc octonario de cõpletiõẽ illius spei, &  
 ideo bene præscribitur huic particulã Zai, quod inter-  
 pretatur, ductã, uel huc, quia per hoc utrũq; intelli-  
 gimus, nos non habere hic manentẽ ciuitatẽ. ¶ Continu-  
 atio: Exercebar, q̄ tu dediti mihi spem in uerbo tuo. i.  
 in promissione tua, qui dixisti: Qui sequitur me, nõ am-  
 bulat in tenebris, sed habebit lumen uitã. Et illius [ uer-  
 bi tui esto memor seruo tuo ] .i. ad honorẽ serui tui, cõ-  
 plendo quẽ promissisti, qui oblitus uideris quãdiu distu-  
 listi, [ in quo ] uerbo [ dedisti mihi spem ] æterni boni.  
 ¶ Quod [ hæc ] spes [ consolata est me in humilitate  
 mea ] id est, in deiectione primi parentis. Spes quidem,

Iohan. 8

Si de



de qua hic agit, operatur in nobis patientiã contra ad-  
 uersã, & probationem in aduersis. Vel in hoc consola-  
 ta est in humilitate mea, id est, in tribulationibus, quia  
 propter spem illam tribulationes illatas sustinui. Con-  
 solata est dico, [quia eloquium tuum] id est, manda-  
 tum tuum, [uiuificauit me] id est, dedit mihi uitã ani-  
 mæ. Qui enim uiuificatur implendo mandata dei, seorsus  
 per hoc de aeterno bono, iucunde miseras huius se-  
 culi sustinet. ¶ Bene dico quod eloquium tuum uiuifi-  
 cauit, quia cum inimici instarent, ego non defeci: & hoc  
 est: [supbi inique agebant]. .i. mihi sine causa mala in-  
 ferendo [usquequaq;] id est, omnibus modis quibus po-  
 terant, ego [autem non declinaui à lege tua] id est, nul-  
 lo modo pro eis cessauit. ¶ Et quare non declinaui: quia  
 o [domine memor fui iudiciorum tuorum] factorum  
 [à seculo] scilicet, consideraui, quod deus à primo ius-  
 to obedientes remunerat, negligentes damnat. Vel iu-  
 dicatorum à seculo, scilicet, quod à seculo, id est, quod à  
 primo iusto, quia à domo dei iudicium incipit, iuste iu-  
 dicas illos laborare, quos in alio seculo uis remunera-  
 re. Vnde dicitur: Flagellat deus omnẽ filium quẽ reci-  
 pit. Et Salomon: q non erit in numero flagellatorũ, ex-  
 cipietur de domo filiorum: [ & ] quia talia cognoui tua  
 esse iudicia, ideo [consolatus sum] in tribulationibus  
 meis. ¶ Consolatus sum de me, sed de peccatoribus do-  
 lui: & hoc est: [defectio]. .i. afflictio, [tenuit me]: affli-  
 ctio & dolor dico, habita [pro peccatoribus]: nõ quia  
 mihi mala inferentibus, sed quia [dereliquentibus le-  
 gẽ tuã]. ¶ Pro illis deficiebam, sed ut à me omne rãdũ  
 auferrẽ, carabã dño psalmos & hymnos in corde meo:  
 & hoc est: existenti [in loco peregrinationis meæ] in  
 hac uita, qua me peregrinum esse cognosco, [erant  
 mihi carabiles iustificationes tuæ]. .i. psalmi & hymni,  
 qui

Heb. 12.

qui hoïem iustificat pure cātantē: iuxta illud Aposto-  
 li: In hymnis & psalmis, & cāticis spiritualibus, in gratia  
 cantantes in cordibus uestris deo. ¶ Ideo iustificatiōes  
 fuerunt cantabiles, quia o [ domine in nocte ] .i. in tem-  
 pore persecutionis, [ fui memor nominis tui ] id est, co-  
 gnoui te esse dñm, me seruum, & iustum esse quod do-  
 minus corrigat: [ & ] ideo [ custodiui legem tuam ] .i.  
 patientiā Iesu, quæ in lege præcipitur. ¶ Et [ hæc ] nox,  
 id est, tribulatio, [ facta est mihi ] nō pro cōmisso meo,  
 sed [ quia exquisiui iustificatiōes tuas ] eas implere desi-  
 derans. Nota quod, hæc, non potest referri ad legē hoc  
 in loco, quia testante Augustino, in Græca translatiōe  
 est lex masculini generis: istud uero pronomen hæc, il-  
 lic habetur fœminini: quare ergo necessario ad nox se-  
 cundum hoc quod significat peregrinationē, refertur.

Heth.

**P**ortio mea domine ]. Hæc litera interpretatur pa-  
 uor, quæ bene præscribitur huic octonario, quia  
 hic fidelis qui loquitur, ostendit magnū suum pa-  
 uorem & sollicitudinem, scilicet, se multum sollicitum  
 inquirere & laborare, quomodo ad rem speratam pos-  
 sit peruenire. Nota quia pavor est cordis trepidatio,  
 non proueniēs ex fortitudine. ¶ Continuatio: Ideo ex-  
 quisui iustificatiōes tuas, quia o [ domine ] tu es [ por-  
 tio mea ] scilicet, non elegi mihi in partem aurum, uel  
 aliquid mundanum, sed te solum, qui es uera uia ad be-  
 atitudinem: & quia te in partem elegi, ideo [ dixi ] id ē,  
 deliberaui apud meipsum [ custodire legem tuam ] .i.  
 quod ego custodiam legem tuam complendo. ¶ Nec  
 tm̄ dixi, sed etiā [ deprecatus sum faciem tuā ] dari mi-  
 hi, ut præsentē te uideam facie ad faciē, & cognoscam  
 sicut cognitus sum: & hoc non parum sum deprecatus,  
 sed [ in toto corde meo ] id est, in tantum, qd cor meum  
 Si ij uaca

uacaret ab omnibus alijs, & tuā faciem obtinere quæ-  
reret: & ut ego ad illā faciē possim peruenire, [miserere  
mei]. i. per misericordiam tuā cōdona mihi peccā, &  
cōfer mihi spirituales gratias, [scđm eloquium tuū]. i.  
promissiones tuas. ¶ Et ut ostendat se dignum cui iure  
fiat misericordia, ostendit se cōuersum à peruersa uia,  
non ex leuitate, sed magna cogitatione. Continuatio:  
Ideo precor miserere, quia [uias]. i. opera, [meas] id  
est, quæ secundum me ago, quæ semper sunt in peccatis,  
[cogitau] id est, diligenti ratione inquisiui, & malas  
cognoui, & ideo [conuerti pedes meos] id est, affecti-  
ones meas, [in testimonia tua] complenda. ¶ Dico cō-  
uerti, sic quod etiam si ueniant mala, [paratus sum ut  
custodiam mādata tua]: sed quia paratus sum, ideo cū  
mala ueniunt, [non sum turbatus]. ¶ Contra quid pa-  
ratus? Contra peccata, uel tribulatiōes, quæ me undiq;  
circumallantes, uolunt illaqueare: & hoc est quod di-  
cit: [Funes peccatorum]. i. peccata, scilicet, suggestio-  
nes carnis, quæ sunt funes, quibus ligatur peccator, ne  
possit extendere se ad bonos actus: illi funes [sunt me  
circūplexi] quia circundant ex omni parte, [ & ] tamē  
[legē tuam nō sum oblitus] sed semper eam in mente  
habui. Vnde Apostolus: Video aliā legē in mēte mea,  
**Rom. 7** repugnantem legi carnis meæ. Vel funes possumus di-  
cere tribulationes, quibus illaqueantur homines: pecca-  
torum. i. quos funes peccatores immittunt. ¶ Dico nō  
sum oblitus, sed potius [media nocte surgebam ad cō-  
fitendum tibi] ad literam. Surgunt enim religiosi uiri  
in nocte ad laudandum deum, ex hoc loco facientes si-  
**Exo. 15.** bi exemplū, & quia media nocte percussis Aegyptijs, si-  
**Mat. 25.** berauit dominus populum suum. Item, quia media no-  
**Mat. 28.** cte processerunt uirgines illę obuiam sponso. Item, quia  
media nocte dicitur, quod surrexit dominus. Item, quia  
media



media nocte uenturus est iudicare, quod tamen igno-  
 rum est: sed etiam ex uerbis Euangelij perpendunt q-  
 dam, ubi dicit: Media nocte clamor factus est, Vel ad Matt. 29  
 allegoriã sic: media nocte .i. in maiori tribulatione nõ  
 pigritabar, sed surgebam. i. ad bene operãdum me eri-  
 gebam, & in bona operatione ad cõfitendum. i. ad lau-  
 dandum te, intẽdens [super iudicia iustificationis tuę]  
 .i. quod per flagella, quæ iudicas, & permittis tuis infer-  
 ri, fideles tuos iustificas: uel, iustificationis tuæ. i. quæ p-  
 iustitiã immittis. ¶ Quid per singula: [Particeps ego  
 sum omniũ]: non dico Christi, quia præsumptio uide-  
 retur, sed omnium [timentium te]: sic timentium di-  
 co, ut custodientes sint mandata tua: hoc est: [ & custo-  
 dientium mandata tua ]. Cum dicit se participẽ, innuit  
 nobis intelligẽdam unionem ecclesiæ, qua omnes sunt  
 ligati uinculo fidei & charitatis. ¶ Et per hæc omnia õ  
 dñe ostendo meam sollicitudinem, & tu [dñe doce me  
 iustificationes tuas] .i. fac me assuescere in mādatis tu-  
 is, & perseverare: & ideo secure hoc peto, quia [terra]  
 id est, uniuersus mundus, [plena est misericordia tua]  
 quia per totum mundum iam fideles per misericordi-  
 am iustificabuntur.

Thet.

**B**onitatem]. In hoc octonario ostendit fidelis ¶  
 loquitur, se non tantum patienter sustinere ad-  
 uersitates, quæ sibi ueniunt, imõ iucundas esse: &  
 ideo bene præscribitur ei hæc litera Thet, quæ interpre-  
 tat bonũ .i. iucundũ, ga huic fideli iucundæ sunt tribula-  
 tiones q̄ inferuntur. Vel interpretat exclusio: hic autẽ  
 excludit fidelis qui loquitur, per suam patientiã oẽm  
 tristitiã, & congruo ordine procedit: postq̄ enim aliqs  
 in spe est constitutus, & ad perueniendũ ad rem speratã  
 sollicitus, restat ut quæcunq; mala eueniant, patienter  
 Sc iij susti

sustineat. ¶ Ideo secure dico, doce me iustificatiões, quā  
tu iam corripisti: & hoc est: [bonitatem] .i. bonas uideri  
[fecisti] tribulatiões [cum] me [seruo tuo] o [dñe:]  
ideo dico tecum, quia ipse quā tum ualet ex parte sua  
operatur, & hoc [secundum uerbum tuum] id est, secū  
dum legem tuā, quia lex ipsa me instruit ad hoc ut mi-  
hi iucundæ sint tribulationes. ¶ Tu iam docuisti boni-  
tatem, & adhuc domine. i. de reliquo [doce me boni-  
tatem] id est, fac me talem, ut per amplitudinem chari-  
tatis iucundæ sint mihi tribulationes: [ & ] ut possim il-  
lam habere bonitatem, doce [disciplinam] .i. mitte tri-  
bulationem ad meam correctionem: [ & ] ut illam sus-  
cipiam disciplinam. i. ad correctionem mihi datam in-  
telligam, doce me [scientiam] id est, cognitionem uti-  
lium rerum, ut intelligam in peccatis me esse corrupti-  
bilem & miseram, & non posse ab his malis liberari, nisi  
per disciplinam tuam: & ponuntur ista retrogrado or-  
dine: prius enim est sciētia, deinde disciplina, ex qua p-  
cedit bonitas. Ideo dico doce, [quia in mandatis tuis  
credidi] in quibus & bonitas, & scientia, & alia huiusmo-  
di promittuntur. ¶ Ideo precor doce disciplinam, quia  
[ego deliqui] à quo delicto non poteram liberari, nisi  
per disciplinam: deliqui dico [priusquā humiliarer]  
.i. priusquā flagellis tuis me corriperes: & [propterea] quā  
me humiliasti, [custodiui eloquia tua] .i. impleui mā-  
data tua. ¶ Et quia per tribulationem me fecisti custo-  
dire eloquium tuū, ideo [bonus es tu, & in] hac [tua]  
tanta [bonitate doce me iustificationes tuas]. i. fac me  
assuetū in mādatis tuis, ut si ueniant mihi tribulatiões,  
iam nō cōmouear. ¶ Et necesse est ut doceas, quia [ini-  
quitas superborū est multiplicata super me] .i. plures  
inferūt tribulatiões, quā humanitas possit sustinere  
[ego autē] per hæc oīa non sum fessus, sed potius [scru-  
tabor

labor mandata tua] & hoc nō parum, sed [in toto corde meo.] ¶ Multiplicati sunt, & hoc obstinato animo: & hoc est: [cor eorum] quod deberet esse molle, & misericordia erga compares cōmoueri, [est coagulātū] .i. induratum [sicut lac, ego uero] inter hæc omnia [legem tuā meditatus sum] .i. in frequēti meditatione habui mandata tua, per quæ contra obstinatos resistebā. ¶ Et quia legem tuam meditatus sum, ideo placuit mihi qd me humiliasti: & hoc est: [bonum mihi quod humiliasti me] .i. iucundum est mihi, quod tribulationes mittendo me afflixisti: & hoc est: Bonum mihi immissa tribulatio, [ut discam iustificationes tuas] impletione & cognitione. ¶ Ideo dico quia ipsa humiliatio, quæ legem docet, sit bona, quoniā ipsa lex, quæ per ipsam humiliationem habetur, placens est & iucunda: & hoc est [bonum mihi lex oris tui] .i. Euangelium, quod tu ore .i. filij tui, locutus es: bonum dico [super millia auri & argenti] .i. super quātasq; diuitias huius seculi, Ioth.

**M**anus tuæ]. Huic octonario p̄scribitur Ioth, quod principium uel scientia interpretatur, quia fidelis qui hic loquitur, precatur deum, ut eum reducat ad principium suum, in quo creatus fuit. s. faciat, ut immortalitati & impassibilitati cōferat beatitudinem scientiæ, in qua creatus fuit, à qua cognoscit se deiectum per primi parentis inobedientiam. ¶ Continuatio: Ideo bonū est quod humiliasti, ut per hoc reuertar ad principium, in q̄ me creasti: & hoc est: O [dñe manus tuæ] .i. operatio tua, [fecerunt me] quantū ad animā, [ & plasmauerunt me] quantū ad corpus. Licet deus oīa fecisset, creatio tñ hominis attribuitur manibus dei, p̄pter dignitatem: & quia me fecisti, cum non statim possim redire ad illā perfectionē in q̄ me creasti, Si iiii [da



[da mihi intellectum] id est, illumina ratiōem meam,  
 [ut] per hoc [discam mandata tua]. i. intelligā & im-  
 plem, per quæ præcepta tandē potero redire ad perfe-  
 ctionē mei principij. ¶ Ideo debes illuminare intelle-  
 ctū, quia [qui timent te]. i. sancti uiri fideles tui [uide-  
 bunt me] sic illuminatū, [ & ] inde [latabuntur] & itē  
 p̄ hoc debes dare intellectum, [qa] ego [in uerbo]  
 .i. in filio [tuo supersperaui]. i. magis a filio tuo speraui  
 bonum, q̄ meum meritū posset p̄mereri. Vel in uerba  
 tua. i. in impletione uerborū tuorum supersperaui. Vel  
 si hoc fructu peto ut des mihi intellectum, quia qui ti-  
 ment te modo seruili timore, uidebunt me. i. attendent  
 me illuminatum, & de peccatore iustificatum, & facti  
 imitatores latabuntur. ¶ Ideo peto ut des intellectū,  
 quo possimus reuerri ad nostrum principium, quia co-  
 gnosco patres & nos filios per inobedientiam ab illa  
 dignitate deiectos esse: & hoc est: o [domine] ego [co-  
 gnoui qui iudicia tua] scilicet, quod primos parentes  
 passibiles & imortales fecisti, & miserix subditos, sunt  
 [æquitas] id ē, iuste facta: [ & ] etiam [me humiliasti]  
 id ē, in istis miserijs affixisti, & hoc [in ueritate tua]. i.  
 tuo iusto iudicio. ¶ Per istud iudiciū sumus in miserijs,  
 sed contra illas miserias [fiat misericordia tua] mihi  
 [seruo tuo, ut consoletur me] in miserijs: & hoc peto  
 [secundum eloquium tuū]. i. promissiones tuas: qui  
 dixisti: *Conuertimini ad me, & ego reuertar ad uos.* Et  
**Psal. 131.** alibi: Viduam eius benedicens benedicā, pauperes eius  
 saturabo panibus. Viduam intelligit ecclesiam. ¶ Fiat  
 misericordia ad cōsolandum inter mala, & etiā ueniat  
 misericordia, quæ facit nos uiuere æterna uita: hoc est:  
 [ueniāt mihi miserationes tuæ]. i. effectus piæ affecti-  
 onis & misericordiæ tuæ, [ & ] per ipsam [uiuā] æter-  
 na uita, reductus ad dignitatem mei principij, [qa] lex

ma meditatio mea est ] id est, semp meditor de imple-  
 rione tuæ legis. ¶ Mihi ueniāt miserationes, [superbi]  
 autem [confundātur] .i. erubescentiā habeant de pec-  
 catis suis, [quia iniquitatē in me fecerunt] & hoc [in-  
 iuste] sine cōmisso meo, [ego aut exercebar] .i. exerce-  
 bor [in mandatis tuis] adimplendis. ¶ Confundantur  
 superbi, & per hoc fiant [timentes te] & inquirentes  
 testimonia tua, & sic [conuertantur mihi] hoc est, con-  
 uertantur ita, quod sint similes mihi: [ & qui nouerunt  
 testimonia tua ] cognitione, licet non etiā cogitatiōe,  
 conuertantur mihi. ¶ Dico ueniant miserationes ut ui-  
 uam, & ut uiuere possim, [fiat cor meū] domine [im-  
 maculatum] per remissionem peccatorū [in iustifica-  
 tionibus tuis] id est, [ut] per impletionem præceptorū  
 [non confundar] cum impijs, quando dicitur eis: Dis- Mat. 25.  
 cedite à me maledicti. &c.

Caph

**D**Efecit in salutari. ] In hoc octonario ostēditur  
 fidelis qui loquitur, iam fessus lōga militia, cu-  
 piens dissolui, & quiescere cū Christo, nec tamē  
 adhuc recusans laborē: & ideo bene ei Caph præscribi  
 tur, quod interpretatur incuruatus. Congruus ordo uī-  
 detur, ut qui iucundas habuit passiones, legem dei obti-  
 nuit iugi meditatione, ut iam quiescere & principium  
 naturale obtinere desideret. ¶ Continuatio: Ideo opto  
 ut ueniant mihi miserationes tuæ, & uiuam æterna ui-  
 ta, quia [anima mea] præ desiderio mei principij, [de-  
 fecit] ab omni iucūditate præsentis, cundo [in tuum sa-  
 lutare] id est, filium tuum: scilicet, ideo uilipendo hac  
 terrena, ut perueniam ad æternitatem, quam iam ob-  
 tinet nostra natura in domino nostro Iesu: [ & in uer-  
 bum tuum ] ipsum filium, quē ante uocauit salutare,  
 [supersperau] id est, maiorem mercedē meæ militiæ  
 obtēturā me credidi, q̄ posset humanus hō promereri.

Ss v Vnde

Rom. 8. Vnde Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ¶ Anima defecit ab omni appetitu terrenorum, & etiam [oculi mei] interiores, scilicet, ratio bñ illuminata, [defecerunt] ab omni cōsideratione & delectatiōe terrenorum, tendentes [in eloquium tuum] id est, ad intuitionem tui eloquij. .i. filij tui, quo tu uoluntatem tuam ostendis, & eloqueris. Vel eloquium tuum. .i. p̄ceptum tuū: oculi dico [dicentes] .i. tractātes apud se, [quando cōsolaberis me] .i. quando perduces me ad optatum principium, ut cum Christo iam requiescam. ¶ Ideo opus est mihi consolatione, quia hic malī per multa flagella me uolunt à bono retrahere: & hoc dicit: [qa factus sum sicut uter in pruina] cōparans se utri, qđ est corium mortui animalis, innuit suā mortificationem. .i. quod ieiunando & uigilando, & alijs similibus modis carnem suā mortificet: & sicut uter bñ retinet infusum liquorem, ita ipse bene custodiet infusam sibi prædicationem, & à deo commissam: & sicut uter positus in pruina, contrahitur & siccatur, ut iam liquorem cōmissum conseruare nō possit, ita fidelis iste positus inter malos, frigore infidelitatis & turpis uitæ maculis astrictos, multis p̄secutiōibus cogit dimittere & fundere liquorē diuini uerbi sibi cōmissi: & licet ita sim factus sicut uter in pruina, tñ [iustificatiōes tuas] id est, præcepta tua, quibus homines iustificantur, [nō sum oblitus] quin semper ea custodirē & adimplerē. ¶ Et qñquidem o domine sum factus sicut uter, ergo [quot sunt dies serui tui] .i. quandiu patiar ego istas miseras: id est, [quando facies iudicium?]. .i. separationem, quod iam non possint mihi nocere [de p̄sequen- tibus me] qui in hac uita nobis sunt commixti & cohabitantes. ¶ Et opus est ut facias iudiciū, quia [iniqui  
nata



narrauerunt mihi fabulationes: ] in hoc comprehendit omnes rationes, quibus hæretici & alij mali uolunt iustum reddere participē peruerfitatis: [ sed ] ea [ nō ] fuerunt mihi complacita [ ut lex tua ] est mihi. ¶ Ideo quia [ omnia mandata tua ] sunt [ ueritas ] id est, à me uera esse comprobata, cum dicta eorum fabulationes habeam: & cū non possint erga me fabulatiōibus suis proficere, ipsi [ iniqui sunt me persecuti ] multa mala inferendo, ut saltem per hoc me suæ uoluntati subijcerent, sed tu domine [ adiuua me. ] ¶ Et opus est ut adiuues, quia [ me consummauerunt in terra ] id est, pfecte reddiderunt me in amorem terrenorum, sicut ipsi uolebant: ita tamē, quod [ paulo minus ] id est, parum defuit, quin me in amorem terrenorum inuoluerent. Vel, in terra, id est, in hac uita paulominus consummauerunt, id est, fere interfecerunt me, [ ego autē non dereliqui mandata tua. ] ¶ Non dereliqui mandata tua, & ideo domine de futuro [ uiuifica me ] id ē, fac me p seuerare in mandatis tuis: neq; hoc peto confusus meis meritis, sed [ secundum misericordiam tuam: & ] sic uiuificatus, [ custodiam testimonia oris tui ] scilicet, præcepta Euangelica.

Lamech,

**I** N æternum domine, ] In hoc octonario ostenditur, quod iustus ille, qui modo ostendit se afflictū, cum intelligit deum nondum uelle perducere ad requiem optatam, nō recusat, sed se ad labores sustinēdos hic paratum ostendit: & ideo præscribitur huic octonario Lamech, quod interpretatur cor seruitutis. ¶ Continuatio: Ideo bene debeo custodire testimonia tua domine, quia [ uerbum tuum, id est, filius tuus, ] [ permanet in cœlo ] id est, in cœlestibus creaturis & [ hoc in æternū. ] Vel ideo debet custodire, quia etiam angeli custodiunt: & hoc est, uerbum tuum, i. impletio manda

mandatorum tuorū, permanet in cælo, id est, in angelis, quia dei mandata semper adimplent, & hoc in eternum. ¶ Et nō tantum in cælo, sed etiam [ueritas tua] .i. filius tuus, permanet [in generatione] priorum iustorum, [et generationem] iustorum noui testamēti. Vel, ueritas, id est, ipsa lex tua, permanet à generatiōe in generationem, id est, à principio usq; ad finē mundi: sicut in Abel & in alijs sanctis uiris: [fundasti] id ē, stabilem posuisti [terram] id est, ecclesiam, [ & pmanet ] quia nunquam ulla poterit, prsus tribulatione deleri. ¶ Et non tm̄ terra, id est, communis ecclesia tua dispositione est fundata, sed etiam [dies] .i. sapiētiores uiri, & illustriores in ecclesia, qui alios illuminare possunt, [perseuerant ordinatione tua] contra fluctus mundi bene dico diem tua dispositione perseuerare, terrā autē fundatam esse &c. [quoniam omnia seruiunt tibi] in quo apparet te esse omnipotentissimum. ¶ Tu talis es qui diem ita ordinasti, terram statuisti, & lex tua talis est, [q; nisi ipsa lex tua meditatio mea esset] perirē in psecutione inimicorum [tunc] .i. quando inimici persequūtur, [perissem in humilitate mea forte] ideo dicit, quasi per liberum arbitrium suum se habere hoc, ut eis cederet, uel non cederet. ¶ In æternum. Præmissis quibusdam causis, quare debeat deo seruire, ostēdit se corseruitutis habere. Cōtinuatio: Quia meditatione tuæ legis me à perditōe liberaisti, & cætera prædicta fecisti, ideo [non obliuiscar iustificationes tuas in eternū] id est, per totam uitam meam, [quia in ipsis iustificationibus] [uiuificasti me] liberādo à conformitate malorum, & conferendo uirtutes. ¶ Et quid per singula? [Tuus sum ego] id est, seruiens tibi per omnia, & ideo [saluum me fac] perducendo ad æternitatem, [qm̄ iustificationes tuas exquisiui] ad intelligendum & [complendū]

plēdum. ¶ Et necesse est ut salues, quia [ peccatores ex-  
 pestauerunt me ] scilicet, opportunum tempus, & ido-  
 neas deceptiones quærendo, ad hoc [ ut me perderēt ]  
 sed tamen ego [ intellexi testimonia tua ] per quod cō-  
 tra hereticos me muniui. ¶ Et in ipsis testimonijs intel-  
 lectis. s. uidi finem omnis consummationis ] uirtutū. s.  
 cognoui eternitatem esse finem, ad quam perueniatur  
 ex perfectiōe uirtutum, & ideo [ mādatū tuum ] specia-  
 le. s. de charitate, fuit mihi [ nimis latum ] id ē, multū,  
 quia ut possem peruenire ad eternitatem, dilatauit me  
 usq; ad inimicorum dilectionem. Vel aliter: in manda-  
 tis quæ dilexi, uidi finē omnis consummationis, id est,  
 cognoui quod omnis consummatio & perfectio secu-  
 laris habet finem, sed mandatum tuū. i. præceptio cha-  
 ritatis est nimis latū. i. dilatatur usq; in æternum. Vnde  
 Apostolus: Charitas nunq̄ excidet. Mem

**Q**uomodo dilexi. ] In hoc octonario ostenditur  
 ille fidelis qui loquitur, intimo amore legē dei  
 diligere, & ideo super oēs inimicos quantum-  
 cunq; astutos se in lege domini intellectum habere, &  
 ideo præscribitur huic parti Mem. i. uiscera, per quod  
 amorem intimū intelligimus, Ordo quoq; bonus est.  
 Postq̄ enim aliq; nactus cor seruitutis, si intimū amo-  
 rem adhibeat legi, ad magnum perfectiōis cumulum  
 perueniet. ¶ Continuatio: Mandatum tuum est nimis  
 latum, & [ legem tuam ] dilexi, & [ domine quomodo  
 dilexi. ] quasi non possum ostendere quantum diligāe  
 ostendit tamen quædam indicia suæ dilectionis, cum  
 dicit: [ tota die meditatio mea est. ] ¶ Et quæ sic dilexi,  
 sic in meditatiōe habui, ideo [ fecisti me prudētē māda-  
 to tuo sup inimicos meos ] .i. plus intellexi de lege tua,  
 quā inimici: ideo dico super inimicos, [ quia ] man-  
 datum tuum [ est mihi in æternum ] id est, ducit me ad  
 æterni-



æternitatem, quod non facit inimicis. ¶ Non tantum  
 super quoslibet inimicos me feciste prudentē, sed etiā  
 [super omnes docentes me intellexi] .i. super scribas  
 & pharisæos, & quoslibet alios, qui me sectam erroris  
 uolebant docere: ideo sic intellexi, quia assidue cogito  
 de mandatis tuis: & hoc est, [quia testimonia tua medi-  
 tatio mea ē.] ¶ Et inter ceteros doctores [intellexi su-  
 per senes] id est, super antiquiores & altiores sapiētes,  
 & hoc ideo, [quia mandata tua quæsiui]. ¶ Super se-  
 nes intellexi, & [prohibui pedes meos] id est, affectiōes  
 meas, [ab omni uia mala] eorum: ad hoc prohibui,  
 [ut] opere] custodiam uerbatua.] ¶ Custodiam, &  
 [non declinaui à iudicijs tuis] quia ita etiam custodi-  
 ui, quod in nullo deuiarem à præceptis tuis. Ideo non  
 declinaui, [quia tu legem posuisti mihi] quæ me cohi-  
 beret perseuerare in mandatis tuis. ¶ Dico intellexi, &  
 impleui, & alijs annunciaui, in quo fuerunt [eloquia  
 tua] dulcia [faucibus meis] & [quàm dulcia] id est,  
 infinite fuerūt dulcia: dulcia dico [sup mel ori meo]  
 id est, plus quàm mel sit dulce mihi gustanti. ¶ Elo-  
 quia fuerunt mihi dulcia, & [propterea uiam iniquita-  
 tis odium] illam [omnem] & ut hoc bonum compro-  
 beretur, ostendit auctoritatem præceptorum dei, cum di-  
 cit: [à mādatis tuis] o domine hoc [intellexi] quod  
 uiam iniquitatis odire debeam, & ideo odiui.

Nun

**L**ucerna pedibus.] In hoc ostionario agit de hu-  
 militate, quia ostēdit se iustus qui loquitur, ex se  
 nihil habere, sed omnia à deo, etiam initium bo-  
 næ uoluntatis, & ideo præscribitur huic parti Nun, qd  
 interpretatur unicus, uel pascua, quia unus & solus est  
 deus, à quo recipit quicquid boni habet, & ipse idē ei est  
 pascua, & plena refectio. Ordo quoq; bonus est. Postq̄  
 enim

enim ostēdit se habere cor seruitutis, & per intimum  
 amorem affectum se legis intellectum, etiam se à iu-  
 dicijs dei nō declinare, & uia iniquitatis habuisse odio:  
 hæc oia non sibi, sed gratiæ dei attribuit. ¶ Continua-  
 tio: Super senes intellexi, à iudicijs aut non declinanti,  
 uiam iniquitatis odio habui, & hæc omnia nō uiribus  
 meis, sed quia [ uerbum tuum ] id est, diuinum manda-  
 tum, est factum [ lucerna ] id est, illuminatio, qua pos-  
 sum mihi à laqueis diaboli cauere, quos mihi tendunt  
 in tenebris huius uitæ. Lucerna dico [ pedibus ] id est,  
 affectionibus [ meis ] & uoluntatibus, per quas anima  
 nostra iam incedat ad bene operandum, quia nec bñ  
 uelle possumus, nisi gratia dei illuminemur. Volūtati  
 nostræ est uerbum lucerna, [ semitis meis ], i. arctiori-  
 bus operibus meis, uerbū tuum, scilicet, diuinū præce-  
 ptum, est mihi [ lumē ] id est, maxime illuminās. Quan-  
 to enim potius operatur aliquis, tanto magis illumina-  
 tur cognitiōe dei. Vel, uerbum tuum, id est, filius tuus,  
 factus lucerna per assumptā carnem. Sicut enim in lu-  
 cerna habetur lumen & testa, ita in Christo diuinitas  
 lumen est, humanitas quasi testa continens lumen: ¶  
 lucerna illuminat pedes meos, id est, pmouet ad hoc,  
 ut possim iam bene uelle: & idem uerbum est factum  
 lumen semitis meis, i. strictis & arduis operibus: nō dī-  
 cit lucerna, sed lumen: quia quāto arctiori semita deo  
 seruit, tanto maius lumen habet, & cognitionē de ipsa  
 diuinitate recipit. ¶ Et quia uoluntas per te illuminat,  
 & in semitis lumen præbes, scilicet, quia ex te omnē ha-  
 bemus illuminationem, ideo [ iuravi & statui ], i. firmi-  
 ter deliberaui [ custodire iudicia ] q̄ sunt [ iustitiæ tuæ ]  
 id est, quæ tu facis p̄ tuam iustitiam. Custodit ille iudi-  
 cia, q̄ si habeat aduersitates non frangitur, sed iudicio  
 dei sibi dari intelligit. Si autem prosperitatem habeat,  
 non

non extollitur, sed secundū dei uoluntatem dispensare dico custodire, iurauī etiam custodire. i. sicut deliberaui, ita stabiliter compleui. ¶ Quia statui custodire, ideo [sum humiliatus] id ē, afflictus [usquequaq̄, id est, ex omni parte, & omni genere afflictionis, quia stabiliter obseruabā iudicia & testimonia tua. Humiliatus sum, sed tu [domine uiuifica me] ne cedam affligētibus me [secundum uerbum tuum] id est, secundum promissionem. ¶ Dico humiliatus sum, & in ipsa humiliatiōe obtuli tibi sacrificia [oris mei] id ē, laudes quæ erant oris mei: quia quod dicebam ore, compleui opere: & hoc [uoluntarie] id est, bona intentione, pura uoluntate: & quia in humilitate sacrificauī tibi, & uoluntarie, ideo o domine [bñplacita fac] mihi uota mea, [ & iudicia tua doce me] id est, fac assuescere, & opere adimplere. ¶ Et ideo opus est ut doceas, quia [anima mea] id est, uita animæ meæ [est semper in manibus meis]. i. operibus meis: quia si desinam bene operari, morietur anima mea. A similitudine boni militis dictū est, qui sibi in prælio uitam proprijs manibus defendit: [ & ] ut animam meam custodire possim, legem tuā nō sum oblitus ] quin tractem eam meditatione & impletione. ¶ Dico non sum oblitus, & tñ [pctōres posuerunt laqueū mihi] per quā putabant me impellere, ut legē dei darem obliuioni. Laqueum dicit, ueluti minas, blandimenta, quascunq̄ malas persuasiones & persecutiōes: [ & ] licet ipsi ita mihi laqueum tenderent, tamen [de mandatis tuis nō erraui] uel male intelligēdo, uel contra operādo. ¶ Non erraui, sed potius [acq̄siui in æternum] bene exercendo ad intelligenda & complenda [testimonia tua:] acquisiui dico [hæreditate] id ē, ad similitudinē hæreditarię rei, scilicet, ut firmiter possiderem, & à patrib⁹ meis, et alijs talibus reciperē: ideo exq̄  
sui



hui, [quia exultatio cordis mei sunt] scilicet, quantū-  
 cunq; tribuler, tamen cum exultatione mandata dei  
 adimplebo, securus de remuneratione. ¶ Dico exquisi-  
 ui, hoc modo scilicet, humiliādo meipsum per oīa deo,  
 inde est: qđ dicit: [inclinaui cor meū], i. volūtātē meā  
 p oīa humiliāui, [ad faciendas iustificaciones tuas, p-  
 pter retributionem] duraturam [in æternum]: sicut  
 dicit beatus Hieronymus, ordinatum esse in Hebrgo:  
 possumus tamen dicere: custodiam iustificaciones tu-  
 as in gternū, id est, per totū tēpus vitæ meæ. Samech.

**I**niquos]. In hoc octonario ostēdit iustus, qui pau-  
 lo ante ostendebat suam humilitatem, se iam con-  
 firmatum sic, quod velit fugere consortia iniquo-  
 rum: & ideo bene præscribit huic parti Samech, quod  
 interpretatur firmamentum, vel adiutorium: quasi  
 diceret: Hic vbi dicis quod iniquos odio habeas, est au-  
 diendum, & cum magna cura attendendum, quia ma-  
 gna est cautela adhibenda, ad iniquos audiendos: præ-  
 cipitur enim in Euangelio, vt etiam inimicos diliga-  
 mus. Sic ergo sunt diligendi, vt quicquid mali nobis fa-  
 ciant, non repercutiamus, sed pro eis oremus: & quā-  
 diu in eis proficere putamus, diuina admonitione eis  
 insistamus. Si autem in eis nihil proficere valem⁹, nec  
 salua religione cum eis habitare possumus, ab eorum  
 familiaritate & habitatiōe separari debemus: pro quo  
 etiam patrem, & vxorem relinquere debemus, si cum  
 eis religionem Christianam seruare non possumus, scī-  
 licet, si per eos ad culturam idolorum, vel aliquid simi-  
 le impellamur. Nihil enim alicui proximo contra deū  
 debemus: Vnde dominus in Euangelio: Qui amat pa-  
 trem aut matrem plus q̄ me, non est me dignus. ¶ Cō-  
 tinuatio: Iustificaciones custodiui propter retributio-  
 nem, & vt ad illam possim peruenire, [iniquos odio

Matth. 5

Matth. 104

Tc habui

habui, & legem tuam dilexi.] ¶ Et cum iniquos deuitem, & custodiam legem, [tu es adiutor meus] ad bene operandum, [ & susceptor meus ], q̄a per Christi assumptam humanitatem, meam multū exaltasti: [ & in verbū tuū ] id est, filium, vel diuinum præceptum, quod compleui, [ supersperaui ] id est, maius quoddā quam hæc presentia essent. Vel, supersperaui, quia priori spei, maiore addidi spem. ¶ Iniquos odio habui, ita dicens: O vos maligni declinate à me. Vel ita continuatur: Quia deus est adiutor meus, & in verbū tuum supersperaui, ideo vos [ maligni declinate à me ] id est, separate vos à meo consortio, in quorum presentia diuinam nō valeo religionē tenere: [ & ] postq̄ declinaueritis, [ scrutabor mandata dei mei ] libere. Dicit autē Apostolus de iniquorum vitiatione: Hæreticū hominem post primam & secundam correptionem deuitem. ¶ Vos maligni declinate, sed tu domine [ suscipe me ] in custodia, ne cedam inimicis, [ secundum eloquium tuū ]. i. secundum promissionem. Vel, secundum eloquium. i. vt sequar præcepta tua, implēdo ea: [ & ] tūc vtinam [ viam ] in anima, [ & ] cum expectauiero vitam æternā, [ non confundas me ab ] illa [ mea expectatione ] sed da obtinere quod spero. ¶ Non confundas dico, sed potius [ adiuua me ] ad bene operandū, [ & ] p̄ hoc [ salu⁹ ero ] æterna saluatiōe, [ & ] per tuū adiutoriū, ad hoc, vt ad illā possim peruenire saluatiōnē, [ meditabor in iustificationibus tuis semper ]. i. assidue. Qui em̄ secundū legem dei uiuit, etiā dū uiuit, vel dormit, vel māducat, in lege dei dicit meditari. ¶ Ideo meditabor, quia hoc attēdo, quod tu [ spreuisti oēs discedentes à iudicijs tuis, quia cogitatio eorum est iniusta ]. Si em̄ dicant se fragilitate peccare vel deum sibi p̄ misericordiam indulgere, vel hæc terrena non curare,  
eorum

Ad Tit.

eorum cogitatio est iniusta. ¶ Et non tantum spreuisti tu, sed etiam ego spreui: & hoc dicit: [ omnes peccatores terræ ], .i. paganos, qui legem non habent scriptam, [ reputauit præuaricantes ] saltem naturalis legis: & in hoc auget cumulum malorum, qui propter actum peccati præuaricatores sunt naturalis legis, vel scripture, vel vtriusque: & quia peccatores vidi esse præuaricatores, [ ideo ] ne essem præuaricator, [ dilexi testimonia tua ].

¶ **Confige timore tuo.** Quia vidit iste iustus eundem inimicum sibi insidiari, qui alios faciebat præuaricatores per suggestiones carnis, precatur deum vt illum inimicum comprimat. Continuatio: Peccatores reputauit præuaricantes, & ne ego etiam sim præuaricator, [ cōfige carnes ] id est, carnalitates meas [ tuo timore ] id est, clauo timoris tui. Ideo precor confige, [ à iudicijs enim tuis timui ]. .i. ad considerationem futurorum iudiciorum tuorum. Confige dicit, quia sciebat quod vetus homo figeretur in cruce, & destrueretur in passione Christi.

Ain.

**F**eci iudiciū et iust. ]. Ain quod interpretatur oculis: ideo huic octonario præscribitur, quia hic ostenditur ille iustus quendam habere interiorē oculum bene illuminatum, scilicet quendam sagacitatem ad repellendas columnias iniquorum, & ad legem dei defendendam contra eos: quæ sagacitas & iusto necessaria erat. Mali enim quos odio habebant, multas in eos calumnias & criminationes inferebant.

¶ Continuatio: Quia dilexit testimonia tua, & alios reputauit præuaricatores, ideo [ ne tradas me calumniantibus me ] id est, ne permittas me calumnijs eorum succumbere, quas multas mihi inferunt: quia præuaricantes reputauit, etiam me ab alijs separauit: nec debes tradere, quia [ feci iudiciū ], .i. discretionē inter bonā

Tr ij &



& malum, [ & iustitiam ] quia deserendo malum, se-  
 cutus sum bonum. ¶ Ne tradas calumniatribus, & si  
 impulerint in aliquod malum, tu [ suscipe ] me [ seruum  
 tuum in bonum ] & quandoq; fac cessare omnes calū-  
 nias eorum: & hoc est: [ non calumnientur me super-  
 bi ]. ¶ Et debes suscipere, quia [ oculi mei ] interiores  
 [ defecerunt ab omnia appetitu terrenorum, tenden-  
 tes [ in salutare tuum ] id est, in saluationē tuam, [ & ]  
 vt ad illud perueniam salutare, tendunt [ in eloquium  
 iustitiæ tuæ ] id est, in præcepta tua complēda. ¶ Quia  
 oculi deficiunt, [ fac cum seruo tuo secundum miseri-  
 cordiam tuam ], hoc scilicet fac, [ iustificaciones tuas  
 doce me ]. ¶ Benedico cum seruo tuo, quia [ seruus  
 tuus sum ego ] obediens tibi per omnia: ideo [ da mi-  
 hi ] illuminatum [ intellectū, vt sciā testimonia tua ]  
 cognitione & impletione. ¶ Et debes facere, quia [ tē-  
 pus ] est hoc faciendi domine ] scilicet, vt des mihi in-  
 tellectum legis tuæ, per quem eam possim defendere  
 contra hæreticos, quia illi [ dissipauerunt ] male intel-  
 ligendo, & hæreses inducendo, & cæteris alijs modis  
 [ legem tuam ] corrumpendo. Vel tibi domino opus  
 est faciendi, vt des mihi intellectum, ad defensionem  
 legis tuæ: & quia alij dissipauerunt legem tuam, [ i-  
 deo ] ego accensus zelo dei, [ dilexi mandata tua ] ad  
 defendendum ea, [ super aurum ] id est, super omnē  
 cupiditatem possessionis secularis, [ & ] super [ topa-  
 zion ], Topazius pretiosus lapis est, cuius natura est,  
 vt semper attrahat visum inspicientium, nec oculi in-  
 spicientium, eius possunt inuitu satiari: per quod in-  
 telligimus omne pulchrum uisu huius seculi. ¶ Et qd  
 dilexi mandata tua, [ propterea ] non fui otiosus ab  
 opere, sed [ dirigebar ] semp ad omnia mandata tua ]  
 implenda, & e contrario, [ omnem viam iniquam o-  
 dio ha-

dio habui: juxta Euangelium: Non potestis deo seruire, & mammonæ.

Phe.

**M**irabilia testimonia tua ], Huic octonario bene præscribitur Phe, quod interpretat error, quia in hac parte fidelis qui loquitur, ostendit se dolere de errore illorum, quos supra dixerat legem dei dissipare, & ostendit eis conuenienter legem domini non dissipandam, sed amandam. ¶ Quasi diceret: Non debetis dissipare, imò amplecti & custodire, quia ó [ domine testimonia tua ] sunt [ mirabilia ] id est, digna admiratione, quia observatores suos tales efficiunt, q̄ cecos illuminent, mortuos resuscitent, & huiusmodi alia, & [ ideo scrutata est ea anima mea ].

Math. 6

¶ Anima scrutatur, & bene potest ad intelligendū proficere, quia [ declaratio ] id est, completio [ sermonum tuorum ] velut aduentus Christi, & doctrina Evangelica, quæ declarât & complent omnes prophetas: talis declaratio [ illuminat ] communiter omnem ecclesiam, & ad fidem accedere facit, [ & intellectum ] excellentem, qualem habent sapientiores ecclesiæ, [ dat paruulis ], i. humilibus, qui paruulos se reputant, & nihil de se p̄sumūt, sed sunt paruuli malitia, sicut Apostolus præcepit: Estote paruuli malitia. ¶ Et quia solis paruulis dat intellectum, ideo feci me paruulum, scilicet, [ aperui os meum ] id est, desideria cordis mei dilatari. Per os, cor intelligimus, quia iam desiderat refici beneficicio spiritali: [ & attraxi spiritum sanctum, scilicet, auram salubrem. Ille spiritum acquirere laborat, & dignum se efficit, in quo habitet spiritus sanctus, qui m̄a data dei custodire desiderat, ideo aperuit, ideo attraxi, [ quia mandata tua desiderabam ] ad intelligendū & complendū. ¶ Et quia desideravi, & os aperui, ideo Ecce p̄cipe in me ] oculo pietatis. s. vt mihi conferas aliqd

1. Cor. 14

Tr in boni.

boni, [ & miserere mei ] delēdo maculas, si quas in me  
 inuenis, & hoc precor [ secundum iudicium diligentū  
 nomen tuum ]. i. sicut iudicas miserendum alijs diligē  
 tibus nomen tuum, ita de me iudica. Licet deus fideles  
 suos per misericordiam uisitet & misereatur, tamen dī  
 cit iudicium, quia intelligit in hac vita semper miseri  
 cordiam iudicio dei coniunctam: quia aliquod meritū  
 fidei est, quare deus parcat ei. ¶ Dico aspice & miserere,  
 & [ gressus meos ]. i. opera mea, [ & dirige ] ut sint [ se  
 cundum eloquium tuum, & ] per hoc [ non domine  
 tur mei omnis iniustitia ]. i. nulla iniquitas. i. peccatū,  
 quod habitat in nostro corpore mortali, iam non re  
 gnet. i. i nobis, ut valeat nos impellere ad illicitos mo  
 tus, sed potius ratione illuminata, fomes peccati com  
 primatur: ideo sic dicit, nulla dñetur, quia intelligit tā  
 tum valere ad dānationē, si vna iniustitia dominetur  
 quantū si omnes dñentur. ¶ Dico gressus dirige, ne do  
 minetur iniustitia, & etiā [ redime me ] per pretiū san  
 guinis filij tui: redime me [ a calumnijs hominum ], i.  
 a falsis criminationibus, & inuentionibus hominū, ne  
 possint me conformare suæ nequitiae, [ ut ] tunc libe  
 re [ custodiam mādata tua ] qui modo impediō mul  
 tis calumnijs eorum. ¶ Et ut possim custodire mādata  
 tua. [ illumina faciem tuā ], i. præsentiā tuā mihi mā  
 nifestā ostende, nō facie velata, sicut Moyses Iudæos  
 docebat, significans mentis eorū velamen, qui spiritua  
 lem doctrinā intelligere nō possent: Christus vero do  
 ctor noster manifeste docuit veritatem, & cognitionē  
 dei fidelibus intimauit: & hāc faciem, i. cognitionem,  
 illumina [ super ] me [ seruum tuum, & ] per hoc [ do  
 ce me ] intellectu & impletione [ iustificatiōes tuas ].  
 ¶ Et dignus sum ut doceas, quia multum doleo de alie  
 orum errore: & hoc dicit: [ exitus aquarum ] id est, co  
 piōsus



pius fletus exterius, & multos dolores interius, [deduxerunt]. i. non tantū, yna hora, sed per multos dies fuderunt [oculi mei] interiores & exteriores, [quia non custodierunt legem tuam. Sade.

**I**ustus es domine]. Huic bene præscribitur Sade, quod interpretatur consolatio: quia iustus ille, qui paulo ante ostendebat dolere se malorum errores hic iam ostendit consolationem duplicē se habere ex iusto iudicio dei. Cum enim dei iudicio se illuminatū agnoscit, magnam habet consolationem ad mala sustinenda, & cœlestia speranda. Item dum malos iusto dei iudicio excæcos & reprobos intelligit, in eis dē consolatur, intelligens se per eos examinandum, & exprobandum. Quod facit fornax auro, lima ferro, facit impius pio. ¶ Continuatio: Hactenus dolui, & fuderunt lacrymas oculi mei, sed iam non doleo, sed potius consolor in hoc, attēdens quia o [domine iustus es] in natura, & rectum iudicium tuum] quia quod alios eligis & illuminas, alios reprobas & excæcas, hoc iusto iudicio facis. ¶ In hoc apparet quod rectum sit iudicium, quia mandata quæ nobis proponis, facis à quibusdam recipi, & à quibusdam rejici: & hoc dicit [mandasti iustitiā testimonia tua] & hoc [nimis] .i. valde, s. per infinitos legatos: testimonia dico iustitiā .i. solam æquitatem præcipientia, [ & veritatem tuā ] .i. iudicant & implent quicquid promittūt, & ideo bene deberent ab omnibus recipi. ¶ Et licet testimonia tua & iusta essent, & omnem promissionem completerent, tamen [inimici mei] qui volunt mihi mala, quia non sum eis similis, illa [verba tua] secundum completionem [sunt oblii] quæ ratio rationalis eis persuadebat, & aliquorum prædicatio eis intimauerat: & quæ hæc oblii sunt, ideo [zelus meus] quæ habui ergo eos

pro contemptu testimoniorum, [fecit me tabescere] .i. deficere, & macerari in corpore. ¶ Testimonia tua sunt veritas & iustitia, & ipsum [eloquium tuum] est [ignitum vehementer] quia comburet vitia, accēderque hominem ad amorem dei, [ & seruus tuus dilexit illud ]. .i. ego & mei consimiles. ¶ Et quia dilexi, ideo [sum adolescentulus ego], .i. innouatus. .i. exurus veteri homine, sum noui hominis membrum effectus. [ & ] quia sic sum innouatus, ideo à malis sum [ contemptus ] vilis reputatus, & tormentis affectus, & tamen [ iustificationes tuas non sum oblitus ] quin semper meditarer & complem. ¶ Et bene dico complere, & obseruare, quia [ iustitia tua ] quam confert executio præceptorum tuorum, est [ iustitia ] ducens hominem [ in æternum, et lex tua veritas ] est, id est, complens promissiones. ¶ Contemptus sum inquam, ego autē nō subfugi, sed tribulatio [ corpori illata, [ & angustias ] id est, anxietas mentis [ inuenerunt me ] paratum ad omnia sustinenda: & hæc omnia non fecerunt me paratum recedere à mandatis tuis, sed semper [ mandata tua meditatio mea est ]. Et quia iustis hæc omnia à iusto iudicio dei sibi dari intelligit, ideo in omnibus consolationem sibi accipit. ¶ Ideo testimonia tua est mea meditatio, quia ipsa [ testimonia tua ] sunt [ æquitas ] id est, nihil iniquum, vel inhonestum præcipientia, & ducentia [ in æternum ]: & ideo [ da mihi intellectum ] eorum, vt in ipsis consolationem accipiam, [ & ] per ipsa intellecta [ viam ] .i. ad æternam vitam perueniam.

Coph.

**C**lamauit] - Goph, id est, conclusio. Hic enim agitur de beato viro ab hostibus circumquaque concluso grauiter, qui aliunde nullū sibi sperans subsidium, clamorem suum dirigit ad deum. Ordo quoque

que congruus, quia post passionem erroris accepta consolatione, cum à malis circumdatur, nihil aliud restat, nisi vt clamorem suum ad dominum dirigat.

¶ Continuatō: Quia tribulatio & angustia inuenerūt me, ideo [clamaui in toto corde meo, exaudi me domine]: & supponit de quo clamauit, scilicet, vt [iustificationes tuas requiram]. i. da mihi requirere ad intelligendas iustificationes tuas. ¶ Et non tantum clamaui vt requiram, sed etiam clamaui vt des custodire mādāta: & hoc est: [clamaui ad te, &] tu [saluū me fac], hoc genere saluationis, scilicet, [vt custodiam mandata tua]. ¶ Et non tantum clamaui, sed etiam [præueni] alios in maturitate] quia cum alij in perfecta & matura ætate ad te venire soleant, ego puer & immaturus ad festinaui. Vel, pueni in maturitate. i. añ aduēitū tuū. s. añ tēpus plenitudinis & gratiæ, ad te pmerendū [ & clamaui ]. Ideo præueni & clamaui, [ quia in verbo tuo ] id est, præcepto, vel filio tuo [ supersperaui ].

¶ Præueni in maturitate, & etiam præueni alios in maiori illuminatione, quia magis fui illuminatus alijs. & hoc est: [ diluculo ] id est, à principio meæ conuersionis, cum verum lumen recepi, [ oculi mei ] interiores, & intuitiones meæ [ præuenerūt ] alios, tendendo [ ad te & ad hoc præuenerūt ], [ vt meditarer eloquia tua ]. Vel si habeatur diluculum, id est, tempus resurrectionis præuenerunt oculi mei. ¶ Et quia clamaui & præueni, [ audi vocem meam ] ne frangar tribulatiōe cōcludentium: & hoc non secundum merita mea audeo petere, sed [ secundum tuam misericordiam ] ó [ domine viuifica me ] ne possim malis subsidere, & etiam in virtutibus multiplica me, & hoc fac [ secundum iudicium tuum ]. Iudicas enim, vt qui iustus est, iustificetur adhuc. ¶ Et opus est vt viuifices, quia [ persequen-

ApoC. 22

Vt v res]



tes] & occidentes [ me appropinquauerunt iniquitati ] quia me ferē suā nequitie cōformauerunt, & eam mihi persuaferunt [ à lege autem tua ] sic agendo, [ lōge facti sunt ]. Quanto enim quis iniquitati appropinquat, & diabolo se alligat, tantomagis à deo deiq; lege sit remotior. ¶ Ipse appropinquat iniquitati, sed [ tu domine es ] mihi [ prope ] ad defendendum me contra eos, & ipsi sunt longe à lege tua, mihi autem placet lex tua: & hoc est: [ & omnes viæ tuæ ] sunt mihi [ veritas ] id est, præcepta, per quæ ad dominum venit, vera intelligo, & in nullo fallentia. ¶ Omnes viæ tuæ sunt mihi veritas, & hoc [ cognoui de testimonijs tuis ] scilicet, [ quia ] tu [ fundasti ea ] ita vt essent [ in æternum ] id est, vt perducerent homines ad æternitatem, & hoc cognoui ab [ initio ] ab Abel & alijs iustis, in quibus vidi Christum futurum, & ecclesiam suam in cōmutabiliter fundaturum.

Refs.

**V**ide humilitatem]. Hic prænotatur Refs, id est, caput: hic enim de humilitate agitur, quæ est caput & custodia virtutū, quā seruat iustus ab hostibus cōclusus, vt seruat sēpens caput, corpore ictibus exposito. Sicut enim sēpens si caput seruat, & si cætera membra truncantur, non interit: sic & humilitate seruata, homo, & si corpus tundatur, tamen vera vita non priuatur. ¶ Continuatio: Persequentes appropinquauerunt, & illis humilitatē exhibui, & hanc [ humilitatem meam ] o dīse [ vide ] id est, placeat tibi, [ & eripe me ] ne me superet eorum persecutio, [ quia legem tuam non sum oblitus ] quam præcipisti de humilitate, Qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Vide & eripe me, & [ iudicium meum ]. s. quod ego decerno esse faciendum, veluti de fide tenenda, & alijs similibus, quæ ex fragilitate humana non bene possum discernere: malū enim

Lucæ. 14  
&. 15.

enim iudico eum qui bonus est, & è conuerso, &c. tu  
 [iudica] id est, examina, hoc est, fac me in omnibus iu-  
 dicare recte, [ & redime me ], .i. libera me per precium  
 sanguinis filij tui de potestate inimici, et [ viuifica me ]  
 vita æterna, [ propter eloquium tuum ] datum de hu-  
 militate quam custodiui, sicut ipsum eloquium prece-  
 pit. Vel, propter eloquium, id est, tuam promissio-  
 nem complendam: tu enim in euangelio promissisti,  
 qui in monumentis sunt, & bene egerunt, procedent  
 in resurrectionem vitæ. ¶ Me custodiente legem, &  
 mandata tua, viuificabis, sed [ à peccatoribus longe ]  
 erit [ salus ]: & non eris inde culpabilis, sed ipsi [ quia  
 iustificaciones tuas non exquisierunt ]. ¶ Ab illis lon-  
 ge erit salus, sed [ viuifica me secundum iudicium tuum ]  
 id est, secundum hoc quod iudicas fideles tuos viuifi-  
 cãdos: quod ideo secure peto, quia [ misericordie tue ]  
 sunt [ multæ domine ] id est, multas consueuisti facere  
 misericordias fidelibus tuis à primo iusto. ¶ Et opus  
 est vt me viuifices, quia [ multi ] sunt [ qui persequun-  
 tur me ] fugando de loco ad locum, [ & tribulãt me ]  
 verberãdo, [ à testimonijs tamen tuis nõ declinaui. ]  
 ¶ Ego [ vidi præuarcantes, & tabescebã ] dolore, [ quia  
 eloquia tua non custodierunt. ] ¶ Ego non declinaui,  
 sed potius de declinatorib<sup>9</sup> dolui: & hoc est: Vidi illos  
 præuarcatores, & sicut illos vidi, tu [ dñe vide ] me, p-  
 merentem in hoc, [ quoniam dilexi mandata tua ], &  
 cõtra hoc quod ego dolore tabescebã, tu viuifica me ]  
 vera vita: & ad hoc non sufficiunt merita mea, sed hoc  
 fac mihi [ in misericordia tua ]. ¶ Merito dilexi mãdã-  
 ta tua, quia [ principium verborũ tuorũ ] est [ veritas ]  
 sicut primo hoĩ mandasti dicens: De ligno scientiæ bo-  
 ni & mali ne comedas, & in quacunq; die comederis Gene. 1.  
 ex eo, morte morieris. Hoc verbũ verum fuit, quia da-  
 mnatus

mnatus fuit, quando de cibo vetito comedit, & [ oīa iudicia iustitiæ tuæ ] quæ factururus est secundum iustitiam tuam in nouissimo die, separando bonos à malis, sunt manentia [ in æternum ] id est, impermutabilia, quia non redibunt ad vitam terrenam, & cultum terræ post centum millia annorum, sicut Origenes & alij hæretici putauerunt. Sin.

**P**Rincipes]. Hic bene præscribitur Sin, quod interpretatur, super vulnus: quia hic fidelis, qui paulo ante suam ostendit humilitatem, ostendit gratias accipere tribulationes, quæ curant vulnera animæ, & sunt ei quasi emplastrum super vulnus. ¶ Continuatio: Multi persequuntur, & nō qualescunq; sed [ principes ] id est, potentes huius seculi, [ sunt ] magis [ me persecuti gratis ] id est, sine causa: & tūc licet caro mea formidaret verba, tamen [ cor meum. i. voluntas & ratio mea, nō formidauit eorum verba, sed à verbis tuis formidauit ] qui dixit: Si quis negauerit me corā hominibus, ego negabo eum coram patre meo. Et iterum: Qui perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit. ¶ Et hoc faciens, [ ego ] fundatus [ super eloquia tua ] id est, timens eum, qui corpus & animam simul potest perdere: qui fortassis videret cōtristari pro persecutiōe maiorū, [ lætabor sicut ] ille [ qui inuenit spolia multa ]. Sicut aliquis hostis deuicto hoste, gaudens rapit spolia, sic & diabolus quando de subditis sibi aliquos incorporat, id est, præmium vitæ æternæ aufert. ¶ Dico lætabor, & per hoc possum lætari, quia legem tuam dilexi: & vt ostenderet suā perfectā dilectionē, præmittit: [ iniquitatem odio habui, & abominatus sum, ] id est, execrabilem eam habui, [ legem autem tuam ] nō habui odio, sed dilexi. ¶ Et q; legē dilexerim per hoc apparet, quia [ in mea illuminatione, [ laudem dixi tibi ] &

Matt. 10  
Matt. 10.  
& 24.



bi] & hoc [ septies ] id est, semper. s. in toto tempore  
 meae vitae, quæ per septem dies voluitur. Vel ad lite-  
 ram: Septies in die. i. in horis constitutis ad memoriã  
 septiformis spiritus ego dico intendens [ super iudicia  
 iustitiæ tuæ ] id est, recognoscēs omnes illas persecuti-  
 ones imitti mihi tuo iusto iudicio. s. ad correctionē.  
 ¶ Et cum inter tribulationes essem, per hoc potui tibi  
 laudem dicere, quia trāquillitas & pax magna erat mi-  
 hi in mente, quia omnibus [ diligētibz legem tuam  
 est pax mula ] .i. tranquillitas mentis, & si non perfe-  
 cta: quia licet exterius verberentur, tamen in mēte nō  
 mouētur. Vnde scriptum est: Est & in hac vita multis  
 requies data sanctis, quorum animas mundus non te-  
 net occisas: [ & ] etiam [ non est illis scandalum ] .i.  
 nunq̄ offensio nocet eis, nec separat ab ecclesia, quia  
 nullam faciunt offensionem. ¶ Ideo etiam laudem po-  
 tui dicere, iniquitatem odio habere, quia ego o [ do-  
 mine expectabam salutare tuum ] : nos expectamus  
 Christum venturum in extremo iudicio, antiqui vero  
 patres expectauerunt ptimum aduentum eius: nisi e-  
 nim expectaremus eum secundo venturum, neq̄ legē  
 diligeremus, neq̄ iniquitatem odio haberemus: expe-  
 ctavi, [ & mandata tua ] .i. præcepta moralia: vt, Non  
 occides, non furaberis, & similia, [ dilexi ]. ¶ Et non  
 tantum dilexi mandata tua, sed etiam [ anima mea ] .i.  
 ratio & voluntas, [ custodiuit testimonia tua ] id est,  
 præcepta tua veteris legis. s. figuras ipsas: nō quod ho-  
 mo noui testamenti ex actu impleat, sed tamē seruat  
 ea, sciens ea esse probationē & testimoniū suę legis, ve-  
 lut ipse dñs p̄ testimoniū ipsorū prophetarum cōpro-  
 bavit resurrectionem, loquēs discipulis in via: [ & di-  
 lexit ea vehemēter ]. ¶ Dico dilexi mandata, & non tā-  
 tum hoc, sed & seruaui mandata tua, & ] etiam [ testi-  
 monia

Mar. 16.  
 Luc. 24

monia cum mandatis, vt ostendat se vtrunq; testame-  
tum, vetus & nouum pariter obseruare: ideo seruaui  
[quia omnes viae meae] id est, omnia opera mea sunt  
[in conspectu tuo], i. tu dirigis vias & opera mea: o-  
pera nulla dicuntur in conspectu dei esse, nisi solius iu-  
sti. Thau.

**A**ppropinquet]. Huic octonario praescribitur  
Thau, i. consummatio: hic enim iustus iste, qui su-  
perius legem dei se custodisse ostendit, consum-  
mationem precatur, vt oratio sua ad dei conspectum perue-  
niat, vt & ipse deus per carnem assumptam factus pastor  
suus, se ouem, commisso primi patris in deserto erran-  
tem, ad verum & perpetuum ouile reducat. Ordo quoque  
congruus est: postquam enim beatus homo ad hoc per-  
ductus est, vt tribulationes sibi medicamentum faciant  
nihil aliud restat, nisi vt ad promissum praemium perue-  
nire contendat. ¶ Continuatio: Quia dilexi & seruaui  
mandata, ideo o[mn]i [dñe deprecatio mea appropinquet] tibi, ita vt sit [in conspectu tuo], i. ipsa oratio mea faciat  
me appropinquare tibi: non localiter, sed similitudine iu-  
sticiae, a quo dissimilis factus sum multiplicitate iniusti-  
tia: & vt possim appropinquare, [da mihi intellectum]  
non in mundanis scientijs, sed [iuxta eloquium tuum]  
id est, de caelestibus, quem intellectum docent eloquia  
tua. ¶ Non tantum appropinquet, sed etiam [intret]  
mansura [postulatio] id est, oratio [mea in conspectu  
tuo]: haec scilicet postulatio intret, [eripe me] de erga-  
stulo carnis, & de corpore mortis huius, & hoc [secun-  
dum eloquium tuum] id est, secundum promissionem tuam,  
qui dixisti in Euangelio: Qui fecerit ea quae ego praeci-  
pio manifestabo ei meipsum. ¶ Dico da intellectum,  
& [cum docueris me iustificationes tuas] id est, cum da-  
bis intellectum, [eructabunt labia mea hymnum] i.  
ex

ex abundantia magnæ saturitatis laudem dicam tibi.  
 ¶ Et non tantū tibi in meipso laudē faciam, sed & [lin-  
 gua mea] alijs [pronunciabit eloquium tuū] quod clo-  
 quium bene pronūciandum est, [quia omnia manda-  
 ta tua] sunt [æquitas]. i. nihil iniustum præcipientia.  
 ¶ Et vt possim intrare in conspectu tuo, & hæc alia fiāt  
 [fiat manus tua]. i. filius tuus, [vt saluet me] id est,  
 saluator meus fiat, nobis etiam hoc tēpore: fit em̄ quo-  
 tidie Christus saluator peccata remittendo, & spiritua-  
 les gratias conferendo: quod mihi merito fiat, [quo-  
 niam mandata tua elegi]. ¶ Ideo etiā manus tua sal-  
 uet me, quoniam ego [cōcupiui salutare tuū dñe]. i.  
 saluari per filiū ipsū, quem ego cognoui saluatorem  
 omnium: [ & ] etiam ideo debeo saluari, quia non tan-  
 tum legem dilexi, sed etiā ipsa [lex tua meditatio mea  
 est] de cuius impletione solícite meditor. ¶ Ego con-  
 cupiui salutare, nec frustra, quia per te saluatorem [vi-  
 uet anima mea] æterna vita: [ & ] in illa vita [ lauda-  
 bit te ] iuxta illud: Beati q̄ habitāt in domo tua dñe in  
 secula seculorū laudabūt te. Et ad hæc vt animā meā ad  
 illam vitā perueniat, [iudicia tua] id est, correctiones  
 .s. flagella, quæ mihi ad correctionem immittis, & su-  
 scipienda iudicas: quia flagellat deus omnē filium quē  
 recipit: [adiuuabūt me] q̄ peccata per illa puniētur,  
 & ego probatus efficiat. ¶ Et vt anima mea viuat illa  
 vera vita, ad quam ego per me non possum peruenire,  
 tu domine [quære] me [seruum tuum] aspirādo, vo-  
 cando, virtutes multiplicando, quia ego [erravi sicut  
 ovis quæ perijt]. i. erravi in peccatis primi parentis, re-  
 cedendo in regionem dissimilitudinis: & dignus sum  
 quem quæras, [quia mandata tua non sum oblitus].  
 Sicut enim deus negligentes se, negligit, ita quoq̄ re-  
 quirentes se, requirit,

Psal. 28

Heb. 12

IN



672 D. HAYMONIS IN PSAL.  
IN PSALMVM CXIX.  
Titulus. Canticum graduum.

**A**D dominum cum tribularer]. Singulis quindecim psalmodum prescribitur titulus iste: qui singuli docent nos quasdam virtutes, que sunt nobis certissimi gradus, per quos in supernam Hierusalem ascendamus. Fecit similiter Salomoni in templo domini quindecim gradus, per quos ascenderetur de primo tabernaculo in sancta sanctorum, prefigurans in ipsis viam ad supernam civitatem, quam propheta demonstrat in istis quindecim psalmis. Per hunc numerum quindecim, qui componitur ex septem & octo, voluit figurare & propheta qui hic loquitur, & Salomon in suis gradibus, completionem veteris testamenti, quod per septenarium habetur, posse ascendere ad supernam Hierusalem. Per septem, verus testamentum intelligitur. Lex enim illa octavam diem, id est, eternam requiem, non dabat, nec de ea agebat, sed de significatione illius quiescit: & in hoc erat totus finis, quia lex precipiebat in sabbato feriari, quod erat signum futurae quietis. Per octo, novum testamentum accipimus, quia in ipso iam requiem veram obtinemus. Accepit enim in Christo resurgente nostra humilitas eternam beatitudinem, & nos qui membra ipsius sumus, iam in spe habemus, & tandem perfecte cum ipso regnabimus post septem dies, quibus voluitur iste mundus. Nota quia in his quindecim & veteris gradibus notatur novum testamentum: in precedentibus septem veteris designatur testamentum, & intitulantur, Canticum graduum tantum: in octo vero sequentibus novum testamentum ostenditur, qui intitulantur, Canticum graduum Salomonis. Titulus sic legatur: Psalmus iste qui est canticum, quia magnam proponit exultationem, scilicet, quomodo

Leuit. 23

quomodo possimus ascendere ad cœlestem habitati-  
onem, & recipere quod amisimus in primo parente:  
quod canticum est graduum. i. unum ex illis, qui no-  
bis proponunt gradus: ponunt autem singuli psalmi  
singulos gradus: & ipse gradus. i. ipsa uirtus, q̄ in uno-  
quoq; ostenditur, est propria materia ipsius psalmi.  
In hoc autem psalmo primum gradum ponit. s. uirtus  
deuitare, mundum mente abrenunciare: quia & sigs  
mundo utatur, sit tamen non appetitor: unde **Apostolus** **1. Cor. 7**  
**Qui habent uxores, sint tanquam non habentes:**  
& qui gaudent, tanquam non gaudentes. Vox pro-  
pheta ostendit se ipsos gradus ascendisse: nec tan-  
tum de se solo dicit, sed & de similibus sibi. Intendit  
autem alios inuitare, uti exēplo sui conscendant istos  
gradus! Duas partes in hoc psalmo facit. In prima par-  
te ostendit se, cum clamaret, esse exauditum, & orare,  
ne deinceps impellatur ad peccandum. In secunda, q̄  
incipit: Heu mihi: gemit & deplorat se tandiu inter  
malos peregrinum & incolam esse. ¶ **Ac si ita diceret:**  
**Fratres cum uos tribulamini in multiplicitate pecca-**  
**torum, clamate ad dñm, & ipse uos exaudiet, exēplo**  
**mei, qui [cū tribularer] multis uitijs huius seculi ap-**  
**peritu, at tēdens hoc esse damnosum, [clamaui ad do-**  
**minum & exaudiuit me]. ¶ Post q̄ exaudiuit eum do-**  
**minus, & peccata dimittendo, & ab amore terrenore**  
**remouendo, quia uidit sibi multa imminere, quæ ite-**  
**rum possent eū ad postposita impellere, ueluti linguā**  
**dolosam, quæ ipsum primum parentem deiecit à sua**  
**perfectione, precatur deum, ut liberet eum, ne amo-**  
**do retrahatur ad peccādum: quasi diceret: [domine]**  
**quiam de p̄teritis me exaudisti, deinceps [libera ani-**  
**mam meam à labijs iniquis]. i. manifeste mala per-**  
**suadentibus, [ & à lingua dolosa]. i. quæ aliq̄ inducit**  
**Vu auto**

Gen. 3. autoritatem uel rationem, per quam decipiat. Locu-  
 tus fuit diabolus Eux lingue dolosa, dum ei persua-  
 dere comestione cibi uetiti uoluit: apposuit & dolū,  
 per quē persuasit, dicens: Similes eritis ipsi deo. ¶ Ad  
 se conuertitur se consulendo, in quo notatur magna  
 ipsius diligentia, & quā magna cautela sit adhibenda  
 cōtra linguā dolosam: q̄si diceret: O anima mea quæ  
 grauissima tentatione, s. lingua dolosa tētaris, [quid  
 detur tibi] .i. quid potest tibi dari? [aut quid appona-  
 tur tibi] .i. quod exemplum potest tibi proponi, qd  
 sit ualens tibi [ad linguam dolosam] .i. cōtra linguā  
 dolosam, ne seducaris lingua dolosa: ¶ Ecce quid da-  
 tur tibi: [Sagittæ acutæ] .i. diuina præcepta, quæ cito  
 transfigunt corda hominū, dantur eis arma cōtra lin-  
 guā dolosam: sagittæ dico [potentis] .i. ipsius dei: &  
 per hoc innuit, qd ipsæ sagittæ faciant homines potē-  
 tes contra linguā dolosam: sagittæ dico dant [cū car-  
 bonibus desolatorijs]. Carbones dicit sanctos, quia  
 ipsi aliqui fuerunt extincti, sed postea per Christum fa-  
 cti sunt ardentes, & alios ad dilectionē dei accendūta  
 qui dicuntur desolatorij, cōburentes, & consumman-  
 tes ædificia, hoc est, uitia, si ad eorū exemplum nos uo-  
 lumus informare: & istud est qd apponitur nobis ad  
 linguā dolosam. ¶ Heu mihi. Pars secūda. Quasi dice-  
 ret: Licet sim exauditus de tribulatione, habens sagit-  
 ras & carbones cōtra linguā dolosam, tamē adhuc est  
 [mihi heu] .i. magnus gemitus, [quia incolatus me-  
 us prolōgatus est] id est, peregrinatio & exilium me-  
 um à uera patria nimis producitur: nō quod uita ho-  
 minis longa sit, sed quia iam uellet dissolui, & esse cū  
 Christo: & ideo est mihi heu, quia [habitaui cum ha-  
 bitantibus Cedar] id est, cum illis qui manent in tene-  
 bris, Cedar enim tenebræ interpretatur: & ideo dico  
 heu

Philip. 2



heu mihi, quia [anima mea multum incola fuit] id ē,  
 multam grauitatem passa est in hoc exilio. ¶ Ideo dī  
 co quod grauis est animæ meæ hæc peregrinatio, quā  
 & illi, cum quibus eram, & pacem odio habebant, quā  
 ego quærebam, & me impugnabant: hoc est: [cum illis  
 qui oderunt pacem, eram pacificus] quia cum ipsi  
 essent seditiosi, non maledicebam eis, sed orabam pro  
 eis, tamen non tacebam quin prædicarem uerbū deī  
 & [cū loquebar illis] uerbū ueritatis, [impugnabant  
 me] multis tribulationibus, & hoc [gratis] id est, si-  
 ne aliquo meo merito. Vel gratis, quia nihil profecerūt.

## IN PSALMVM CXX.

Titulus. Canticum graduum.

**L**euauit oculos meos]. In hoc psalmo habet ma-  
 teriam secundum gradum: hic enim ille iustus,  
 qui superius à uitijs exiuit, & mundo renuncia-  
 uit, ostendit se ad sanctos intētionēs suas dirigere, ut  
 per eorum intercessionem diuinum sibi auxilium ac-  
 quirat, quo factus iustus cōtra omnium tentationes  
 resistat. Intēdit propheta per suum exēplum alios in-  
 uitare, ut per eosdem gradus ascendant. In prima par-  
 te leuans oculos ad sanctos, petit per eorū intercessio-  
 nem auxiliū domini sibi dari. In secunda parte, quā inci-  
 pit: Dominus custodit te: affirmat se illud habere au-  
 xilium, & ostendit quod sibi ualeat. ¶ Ac si propheta ita  
 inuitaret alios, dicens: O fratres, qui iam peccata exi-  
 istis, leuate oculos uestros interiores ad sanctos dei,  
 ut per eorū intercessionē auxiliū dñi recipiatis, & hoc  
 exemplo mei, qui [leuauit]. i. crexi [oculos meos]. i.  
 intētionēs meas [in montes]. i. in sanctos angelos,  
 & alios sanctos, assistentes præsentiae dei, [unde]. i. à  
 quibus, [ueniet auxilium mihi]. ¶ Dico quod ab illis au-  
 xiliū mihi ueniet, sed tamen non ab illis quod ipsi dent,

Vu ij sed

sed potius [auxilium meum] erit [à domino, qui fecit  
 cœlum & terram] in quo apparet eius auxilium esse  
 ualēs, & forte ad custodiam. ¶ Dico auxilium erit mi  
 hi à domino, & o anima mea, ille [qui custodit te] id  
 est, deus, cuius auxilium sanctis orantibus recepisti,  
 [non det pedem tuum] id est, affectionem tuam, [in  
 commotionem] ut non cōmouearis ad aliqua illicita:  
 [neq;] etiam [dormitet] id est, non permittat te  
 negligenter operari. Tunc enim dominus custos no-  
 fter dicitur dormire, dum permittit nos negligenti-  
 ter operari. Sicut dominus dormiuit in nauī illis negli-  
 gentibus, & securis, p̄ tranquillitate maris: motis autē  
 illis, & clamantibus tempestate maris, cui uigilauit do-  
 minus, & diligēter eos custodiuit. ¶ Vere tibi nō dor-  
 mitabit neq; dormiet qui custodit Israēl, quia ira fa-  
 cit omnibus qui sunt Israēl: & hoc est: [ecce non dor-  
 mitabit] id est, non permittit Israēl negligenter ope-  
 rari: [neque dormiet] id est, nō permittit pedem in  
 cōmotionem dari, ut ad aliquod uicium impellatur.  
 ¶ Pars secunda. Dominus custodit te. Continuatio:  
 Ego precor, ut dominus non det pedem tuum in cō-  
 motionem, & ita erit, quia [dominus custodit te] in  
 bonis q̄ habemus, & [dominus] est [protectio tua]  
 contra mala [super manum dexteram tuam] id est,  
 super spiritualem operationem tuam, quam ipse cu-  
 stodit, ne de bono declinet ad malum. Manus sinistra  
 hoīs, uocat̄ operatio hoīs, propter tēporale cōmodū:  
 manus uero dextera, spiritualis est operatio, nō facta  
 nisi pro cœlesti p̄mio. ¶ Et quia dñs est, p̄tectio super  
 manum tuā, ideo [per diē]. i. tempore prosperitatis,  
 [sol]. i. quantūlibet altissima prosperitas, [non uret  
 te]. i. non auferet tibi aliquod bonum, nec p̄ducat  
 te ad elationē, [neq; luna]. i. grauissima aduersitas, q̄  
 solet

Matt. 8.

solet quædam urere, sicut luna exurit hoïes in nocte, non uret te [per noctem]. i. in tēpore aduersitatis, dū maxime urgebit ipsa aduersitas. i. neq; in prosperis extolleris, neq; in aduersis frangeris. Vel ita scdm Augustinum, qui per solē accipit Christum secundum diuinitatem: & per lunam eundem secundum humanitatem. ¶ Cōtinuatio: Quia dominus custodit te, ideo per diem. i. in cognitione illius illuminationis, quam habebis de ipsa diuinitate: sol. i. diuinitas Christi, nō uret te. i. nō permittet te errare in cognitione suæ diuinitatis: neq; luna. i. ipse Christus secundum humanitatem, non uret te per noctem. i. in cognitione humanitatis, ut de ipsa humanitate male te sentire permittat. ¶ Quid p singula? [Dominus custodit te ab omni malo] .i. ab omni peccato: & quia uidet mala imminere, per quæ solet homo impelli ad peccatum, dicit sibi ipsi: [dominus] qui custodit te, deinceps [custodiat animam tuam]. ¶ Hoc modo scilicet, [dominus custodiat introitum tuū] uel cū duceris ante reges & p̄fides, nō taceas ueritatē, nec cedas minis eorū, [ & exitū tuū ] .i. quā duceris ad mortē, non neges ueritatē timore mortis: & hoc faciat incipiēdo [ex hoc nunc]. i. ex hoc p̄sentī, [ & usq; in seculū ] .i. quādiu durabit seculum istud.

## IN PSALMVM CXXI.

Titulus. Canticum graduum.

**L** Aetatus sum. ] Hic habemus tertium gradum gaudium illud, quod habet fidelis iste qui loquitur, de hoc quod cognoscit se iturum in domum dñi super cœlestē Hierusalē, & iam in ea spe habitat, & ad huiusmodi gradū intēdit inuicere alios. In prima parte dicit se lætari de illa cœlesti domo, quā ipse inhabitaturus est, & ostendit magnā dignitatē illius ciuitatis, ut ad desiderii illius maxime corda cō-

Yu iij moueat.



moueat. In secūda, quæ incipit: Rogate quæ ad pacē  
 dicit ipsis ciuibus, quod multa bona de ipsis loquitur.  
 Ordine quoq; bono incedit. Debet enim qui sanctoꝝ  
 intercessione sibi diuinum auxilium acquisiuit, exul-  
 tare & lætari spe æternæ habitationis. ¶ Ac si ita dice-  
 ret: Vos exuri à uitijs, qui iam diuinum auxilium san-  
 ctorum intercessione accepistis, gaudete de securita-  
 te æternæ habitationis, exēplo mei, qui [ lætatus sum  
 in his quæ dicta sunt mihi ] à spiritu sancto, uel à q̄li-  
 bet prophetarum, ut à Moysē poterat uel Dauid ac-  
 cepisse: hæc quidem sunt mihi dicta, [ in domum do-  
 mini ibimus ] id est, ad cœlestem habitationem perue-  
 niemus, ego & alij mihi consimiles, qui iam uitijs reli-  
 ctis, sanctorum intercessione diuinum acceperunt au-  
 xilium sicut ego. Licet ego dicam quasi futurū, in do-  
 mū dñi ibimus, tamen iam inhabito mente in illa do-  
 mo: hoc est: [ pedes nostri ], i. nostræ affectiōes, [ stan-  
 tes erant ], i. firmiter collocatæ & bene erectæ. ¶ [ Hi-  
 erusalem ] cœlestis [ in atrijs tuis ], i. in tua amplitudi-  
 ne. Hierusalem determinat se non dicere de terrestri,  
 sed de cœlesti Hierusalem. ¶ Quasi diceret: ¶ Hierusa-  
 lem nos stabimus in atrijs tuis, & hæc [ Hierusalem ]  
 est [ quæ ædificatur ut ciuitas ] quotidie unius lapidie-  
 bus, ut ciuitas, quia ciues illi cœlestes coeunt ad cōser-  
 uandā unitatem, ut iure uiuant, & unicā deo laudem  
 faciant, [ cuius ] ciuitatis [ participatio ], i. cuius ciues  
 sunt parricipes [ eius ] rei, quæ tēdit [ in idipsum ], i. in  
 immutabilitatē. s. ipsius diuinæ essentia, quæ est refe-  
 ctio omniū habitantiū in illa ciuitate. Vel cuius ciuita-  
 tis participatio, ita dico qd sit eius ciuitatis, i. cōmunis  
 oīm, est tendens in idipsum, i. in rem, quæ omnino im-  
 mutabilis est, scilicet, in idipsum, deum, s. & ipse deus  
 participatio est illius ciuitatis: & eo bono illi ciues par-  
 ticipat.

ricipant, quamuis non æqualiter. ¶ Et bene dico, quod  
 nos in domum domini ibimus, [quia illuc] id est, ad  
 illam cœlestem habitationem [ascenderunt tribus]  
 non quæcunq; sed [tribus domini] id est, tribus illæ,  
 quæ in multa sollicitudine deo seruiuerunt: & determi  
 nat quæ sint tribus domini, scilicet, [testimoniū Isra  
 el]. i. illi, qui bona cōuersatione testantur se Israel es  
 se: ad hoc ascenderūt, ut laudaretur ibi nomē dñi; hoc  
 dicit: ad confitendum nomini dñi] iuxta illud: Beati  
 qui habitant in domo tua domine, in secula seculorū  
 laudabunt te. Non propter hoc dicit, ascenderunt, quod  
 tempore Dauid prophetæ aliqui adhuc ascendissent,  
 sed tamen ideo per præteritum annūciat, quia certus  
 erat, per merita patriarcharum, & aliorum iustorum,  
 quod ipsi in aduentu mediatoris essent ascensuri ad il  
 lam cœlestē Hierusalem. ¶ Et uere ascenderunt, quia  
 & ibi etiā iudices cōstituti sunt: hoc est: [quia illic] .i.  
 in illa habitatione [sederunt] quasi iudices, [sedes]  
 id est, illi in quibus sedet deus & quiescit in hac uita: se  
 debunt dico [in iudicio] futuro, ut ipsi iudicent. s. cō  
 sentiendo diuinę sententię. iudicabunt enim sancti na  
 tiones: iudicabunt quidem ipsi dico prælati [sedes su  
 per domum Dauid] .i. super familiam Christianorū  
 fidelium, quos ipsi ad saluationem iudicabunt. ¶ Ro  
 gate. Pars secunda. Quasi diceret: Vos tribus, quę iam  
 ibi sedetis, [rogatē] id est, petite & impetrare nobis  
 precibus uestris & meritis ea [quæ sunt] utilia [ad]  
 cōsequendā [pacem Hierusalem]: sic rogatē. i. quęrite,  
 [&] per hoc erit [abundantia] omnibus [diligenti  
 buste]. ¶ Et ut per nostrā abundantiā ad tuā possimus  
 puenire habitationē, [fiat] nobis [pax]. i. q̄es & mē  
 tis trāquillitas: & hoc [in uirtute tua]. i. in charitate,  
 quę specialiter in te regnat, [& in turribus tuis]. i. sc̄tis

Psal. 89.

Sapi. 3.

apostolis, & alijs qui se exposuerunt morti pro defensione ecclesiæ, [sic abundantia] iururum, uel acquisitione prædicatione sua, ut cū multis filijs deo se pienter in iudicio. ¶ Non tñ precor ut sit pax & abundantia in turribus tuis, sed etiam bene loquar de te alijs: hoc est, [loquebar pacē] alijs [de te]. i. in te pacem abundare, nec ad tuam tranquillitatē inquietos, & sine pace uera hic uiuentes posse peruenire: & hoc loquebar [ppter fratres meos, & proximos meos]. s. ut in eis talē ponerē pacē, qua possent peruenire ad supernæ ciuitatis pacem & habitationem. Fratres, accipit magis sibi adiunctos, & similes in bonis opibus: pximos, quoscunq; Christianos. ¶ Et non tñ uerbo loquebar de te, sed etiam opere & labore [quæsiui bona tibi] .i. multos ciues attraxi: & hoc ideo, quia domus dei es: hoc est qd dicit: [propter domum dñi dei nostri.]

## IN PSALMVM CXXII.

Titulus. Canticum  
graduum.

**A**D re leuauit oculos meos. ] Sicut in alijs dictū est, & hoc præmissio psalmo ostendit se fidelis loqui & gaudere de habitatione cœlesti: & hic familiaris iam factus ipsi deo, dirigit oculos ad ipsum, positus inter molestias huius uitæ. In prima parte ostendit oculos ad deum se dirigere. In secunda parte, quæ incipit: Misere nostri domine: precatur misericordiam. In tētio est, nos hortari ad hūc gradū, & specialiter in primis istis septem loquitur de ueteri testamento. ¶ Quasi ita diceret: Vos positi in tribulatione, leuate oculos uestros ad deū, sicut ego [leuauit oculos meos] interiores [ad te] o deus, q potēs es exaudire: hoc norat, dicēs: [q habitat in cælis.] Ille dicit oculos ad deū dirigere, q non cōfidens in his terrenis,  
in so



in solo domino fiduciam ponit. ¶ Ostēdit quomodo oculos dirigat ad ipsum deum, [ Ecce sicut oculi ser- uorum in manibus dñorum suorum ] ut aliquod ab ipso beneficium accipiant: uel si puniātur à domino, ut liberentur. ¶ Et [ sicut oculi ancillæ ] similiter sunt [ in manibus doming suæ, ita oculi nostri ad dominū deum nostrū, donec misereatur nostri ] uel à tribula- tionibus liberando, uel quæcunq; beneficia faciēdo. Postquam dixit de seruis, ideo supponit de mulieri- bus, ut in eo sexu saluatio futura intelligatur: per mu- lieres, quæ naturaliter fragilis sunt corporis, accipi- mus non solum scēminas, sed etiam aliquos fragiles uiros: iterum inter uiros accipimus quasdā robustas mulieres: & sicut domina promptior ad miserēdum quā dominus dicitur, ita deus cōparatur dominæ, quia cito mouetur erga fragiles: comparatur & dño, cum permittit bene torqueri robustiores, unicuiq; fa- ciens secundum suam possibilitatem: Vnde Aposto- lus: Fidelis deus, qui non patietur tentari supra id qđ t. Co. 10 potestis. ¶ Miserere nostri dñe. Pars secunda. Quan- doquidē oculos nostros ita ad dominum dirigimus, ideo [ domine miserere nostri, miserere nostri ] ideo binam precatur misericordiam, quia binā ponit mi- seriam, scilicet, secundū corpus, & secundum animā: miserere dico, [ quia multū repleti sumus despectio- ne ] secundum corpus. ¶ Ideo quoq; miserere, quia nō tantum corpus, sed etiam [ quia anima nostra multū repleta est ] despectio. nec tātummodo dicam re- pletam, imō ipsa est facta [ opprobrium abundantibus ] in diuitijs. Diuites em̄ opprobriosos & stultos iudicant bonos, quia nō quærunt diuitias sicut ipsi fa- ciunt: [ & ] est facta [ despectio superbis ] mente elati- tis: despiciunt enim eos, cū pro cœlestibus, quæ æter-

na putant, contemnunt.

IN PSALMVM CXXIIL

Titulus. Canticum graduum.

**N**isi quia dominus. [Hic habemus quod iustus ille, qui in alio psalmo ad dominum erigebat oculos, inter angustias de liberatione clamabat, liberationem quae accepit, uel aliquid aliud bonum quod habet, non sibi, sed omnia misericordiae dei attribuit: & intendit ad eundem gradum ceteros inuitare, ut omnia attribuant misericordiae dei. In priora parte ostendit a domino solo se habere, quod tribulationibus possit resistere. In secunda, quae incipit: Benedictus dominus qui non dedit: de sua liberatione gratias agit domino. ¶ Quasi ita diceret: Vos qui inter angustias liberationem accepistis, liberationem uestram domino ascribatis, exemplo nostri, qui domino bene confitemur: [quia nisi] esset hoc, quod [dominus erat in nobis] confirmans nos, [cum exurgerent homines in nos, deglutissent nos]. i. incorporassent nos sibi [uiuos]. i. scientes: quia quamuis cognosceremus malum esse, tamen oporteret eis nos eis consentire pro magnitudine tribulationum: & hoc [forte]. i. & posset fieri, uel non fieri: & sicut nos dicimus, ita [dicat Israel]. i. uir uidentem deum, [nunc] id est, sine dilatione, ita dicens: [nisi quia dominus erat in nobis] cum exurgerent homines in nos, forte uiuos deglutissent nos. ¶ In principio defecissemus, & multo magis [cum furor]. i. impetus [eorum irasceretur]. i. exardesceret [in nos, aqua]. i. inundantia tribulationum, absorbuisset nos] id est, irreparabiliter sibi attraxisset: et hoc [forsitan]. i. ita contigisset uere, nisi quia dominus erat in nobis. ¶ Nisi quia dominus erat in nobis, aqua absorbuisset nos, sed quoniam fuit in nobis [anima nostra] quomodo corpus tractaretur, [pertra-

siuit

fuit] illæsa [torrētem] .i. impetuosam ttributionē: ego dico domino auxiliante, anima nostra pertransiuit, et [forfitā] diceret alquis, quod sine domini auxilio [anima nostra pertransisset aquam] id est, in undantiam malorum, ¶ Intolerabilem] quātum ad humanas vires, quod impossibile apparet ex hoc, quod aqua illa intolerabilis est. ¶ Bñdictus dominus. Pars secūda. Et quia per eum transiuimus, ideo fit [benedictus dominus, qui nō dedit nos in captionē] ut caperent nos, & incorporarent, [dētibus] .i. corrosionibus, & feritate [eorum] quia sicut feræ uolunt nos dilaniare. ¶ Nō dedit dico, sed potius [anima nostra sicut passer erepta est de laqueo] .i. deceptione [uentantium] .i. quærentiū opportunitatem decipiendime. ¶ Et non tm̄ anima nostra est erepta, sed [laqueus] .i. ipsi illaqueantes nos, [est contritus] quia ipsi tandem duplici contritione conterentur. [ & nos liberati sumus] .i. in magna dignitate à deo cōstituti, ¶ Et hoc [adiutorium nostrū] quod ita sumus liberati, nō est à nobis, sed quia sumus [in noīe domini] qui nos bene potest custodire, quoniam ipse est [qui fecit cœlū & terrā] uel ad literā uel ad allegoriam.

## IN PSALMVM CXXIIII.

Titulus. Canticum graduum.

**Q**ui confidūt in domino. ] Hic habet materiā hunc gradum, scilicet, confidentiam: intendit etiam alios ad eam inuitare. In prima parte ostendit quid faciat ipsa confidentia, scilicet, quod in domino confidentes nihil potest separare à charitate Christi. In alia, quæ est: Benefac domine: precatur bona confidentibus in dño. Ordo congruus est: postq̄ à deo liberationem recepit, & omnia misericordiae dei attribuit, iustū est ut in ipso firmissime cōfidat.

¶ Quasi



¶ Quasi ita diceret: Vos q̄ beneficia uestra misericordie dei attribuitis, deinceps confidite in domino, q̄ illi eorum [ qui confidunt in domino ] non per presumptionem, sed qui habitat in Hierusalem ] id est, q̄ iustus est, scilicet, habitat spe in cœlo, uel deuote in ecclesia, [ non commouebitur in æternum ] à Christo, uel à bono proposito per aliquas tribulationes, [ sicut mōs Sion, id est, ipse Christus, qui corporaliter in monte Sion habitauit, ¶ Ideo confidens ipse non commouebitur, quia [ montes ].i. angeli, uel apostoli & alij sancti uiri meritis, precibus & exēplis sunt [ in circuitu eius ] munientes huiusmodi confidentes cōtra hostes: [ & ] etiā ipse [ dominus ] est [ in circuitu populi sui ] ut eum muniat & protegat [ ex hoc nunc & usq̄ in seculum. ] ¶ Et licet ad præsens permittat eos tribulari, tamen reuera est in circuitu eius, quia nō relinquet fideles suos in potestate inimicorū, ne & ipsi compellātur peccare: & hoc est: [ quia non relinquet dominus uirgam ] id est, potestatem [ peccatorum super iustorum ] id est, super religionem, quam iusti faciunt suam sortem: ideo non relinquet, [ ut nō extendant iusti ad iniquitatem manus suas. ] Si enim mali super iustos potestatem haberent, iustos ex necessitate peccare compellerent. ¶ Bene fac. Pars secunda: Continuatio: Dixi quia dominus nō relinquet, & tu o [ domine ] sicut cœpisti, [ bene fac ] id est, perseuerā custodiendo, & alia bona faciēdo [ bonis ] id est, illis qui sequuntur praecepta tua, [ & rectis corde ] illis q̄ nulla angustia peccare coguntur. ¶ Istis benefaciet dominus, [ declinātes autem ] id est, propter aliquas tribulationes à mādatis dei deficientes, [ adducet dominus in obligationes ] id est, multis peccatis pmitteret alligari [ cum operantibus iniquitatem. ].i. sicut facit

facit alios operarios iniquitatis [super Israel] autem .i. super uirg uidentem deum erit [pax] partim in hac uita, & summe in alia. Cum malis mala annūciat, nos bene ad confidentiam cohortatur, ne mala cum confidentibus patiamur.

## IN PSALMVM CXXV.

Titulus. Canticum graduum.

**I**N conuertendo. ] Hic habet materiam propheta expectationem futuræ liberationis per aduentū Christi, in quo fideles & priores iusti qui adhuc p culpam originalis peccati à diabolo tam uiui, quam mortui tenebātur, liberati sunt: & hæc expectatio finis fuit omnium iustorum sub ueteri testamento: per quod patet, quod alij sex præcedentes gradus ad homines ueteris testamenti specialiter diriguntur. Intēdit propheta inuitare homines ueteris testamenti, ut in aduentu Christi spem suæ liberationis apponāt. In prima parte ostendit iustos illos tantam in aduentu Christi habuisse consolationem, ut etiam inimici eorum consolationē laudarent. In secunda quæ incipit: Conuertere domine: precatur deum, ut & ipse in aduētū Christi partem liberationis habeat, quia lætum uidet finem liberatorum. ¶ Quasi diceret: Expectare debetis fratres consolationem in aduētū Christi, quia [in conuertendo dominus] .i. dum dominus conuertit [captiuitatē Sion] id est, illorū, q̄ sunt speculatio, & prouident sibi, [facti sumus sicut consolati] id est, sicut illi, qui consolationem accipiunt uenientibus bonis. ¶ Tunc] .i. in illa conuersione captiuitatis, [os nostrum] scilicet, cor ipsum, [est repletum gaudio: &] non tantum cor, sed etiam [lingua nostra] exterior, est in [exultatione] id est, exultāter annunciauit alijs liberationem, quam uidet p̄ aduētū Christi fieri: per  

præiens

præsens & præteritū propter certitudinē rem futurā  
 annunciat. ¶ Tunc etiam. i. quando dñs conuertet ca-  
 ptiuitatē nostrā, [dicent] aliqui [inter Gentes] hoc  
 [magnificauit]. i. magnifice disposuit, [dominus fa-  
 cere cum eis] Intelligentes em̄, quod homines à pec-  
 catis per Christū liberētur, cognoscēt eos esse dei fili-  
 os, & tandē in angelicis manibus in perpetuā requiē  
 deportandos. ¶ Ipsi dicent: magnificauit dominus fa-  
 cere cū eis, nec in hoc sunt fatui, uel insipientes, quia ita  
 uerum est, sed & [magnificauit dominus facere no-  
 biscū]. i. discreuit quod magnos nos faceret, & nos  
 hoc sperantes, facti sumus lētātes. ¶ Conuerte dñc.  
 Pars secunda. Continuatio: Et quia magnificasti face-  
 re nobiscum, ideo o [domine conuerte captiuitatem  
 nostrā] qua frigore peccati obligati sumus: sic cōuer-  
 te, ut pueniamus ad cursum bonæ operationis: ita cō-  
 uerte [sicut torrēs] q̄ est ligatus frigore hyemis, con-  
 uertit [in austro] in uēto illo calido, ita ut p austrū  
 .i. per calorē spūs sancti cōuertatur frigus .i. pigrines  
 peccati à nobis. ¶ Dico conuerte, quia tunc. i. facta  
 conuersione, [metent] illi [in exultatione]. i. exul-  
 tantes recipient mercedem uitæ æternæ, [qui semi-  
 nant] bona opera sua, unde multiplicē fructum ex-  
 pectent, [in lachrymis]. i. in mœrore & tristitia hu-  
 ius uitæ. ¶ Qui sunt illi q̄ metent in exultatione? Illi  
 scilicet, qui ibant ad æternā ciuitatem per bona opa  
 sua, & non cessantes ad horam, sed [euntes] assidue  
 [ibant] dico, [ & flebant ], p̄ morte & miseria huius  
 uitæ: ipsi dico [mittētes semina sua]. i. bona opa sua  
 uel specialiter elemosynas. ¶ Euntes ibāt [ueniētes  
 aut. i. appropinquātes morti, [ueniēt] usq; ad iudiciū  
 cū exultatiōe, portātes. i. pferētes dño [manipulos su-  
 os], i. bona opa sua unde remunerationem recipiēt.



## IN PSALMVM CXXVI.

Titulus. Canticū graduum Salomonis.

**N**isi dominus ædificauerit. ¶ Sicut septem prædictos gradus specialiter ad homines ueteris testamenti direximus, ita octo istos futuros ad homines noui testamenti proprie referimus: & dicuntur hi gradus specialiter Salomonis, id est, pacifici, scilicet, Christi, qui uerus pacificus fuit, quia ipse reconciliauit deum hominibus, & pacem fecit inter Iudæos & Gentes. Vnde Apostolus dicit: Qui fecit utraque unum. Huius autem pacifici proprie dicuntur isti gradus, quia per præsentiam corporis manifestum auxilium humano generi contulit, & in seipso exemplum totius iustitiæ ostendit, & alios per gradus uirtutum ad cælestem Hierusalē ascendere docuit. In hoc psalmo loquitur hominibus, qui in aduentu Christi, quæ alio in psalmo dicit cum magna exultatione expectari, abundantiam beneficiorum receperunt, ueluti sancti apostoli fuerunt: & intendit ab eis auferre omnem præsumptionem, scilicet, non præsumant tales esse, quæ possint ædificare per se, uel ædificata custodire: nec putent se securos ante secundum aduentum Christi, quia nullus in hac uita potest esse securus, in qua statim quilibet labitur ad peccatum. ¶ Quasi ita diceret: Vos qui in aduentu Christi multa beneficia accepistis, etiam aliorum ædificatores constitistis, nolite de uobis præsumere, quia nihil potestis per uos, nisi dominus faciat: hoc dicit [nisi dominus ædificauerit domū] hoc est, nisi dominus interna inspiratiōe aliquæ præparet suę habitationi, in uanū laborauerunt qui ædificant eā] i. qui ad eam ædificandam laborant: non enim qui plantat, aut qui rigat, est aliquid, sed qui incrementū dat, deus. ¶ Dico per se non potest aliquis ædificare, nec

Eph. 2.4

1. Co. 13.

nec per se ædificata custodire: hoc est: [nisi dominus custodierit ciuitatem] .i. ipsam ecclesiam, quæ dicitur ciuitas, quia de multis collecta est, & bene munita uir-  
tutibus: [frustra uigilat qui custodit eam] ciuitatē.

Canti. 3.

Cum dicit, uigilat, innuit nobis curā & sollicitudinē, quam pastores ecclesiæ, qui uigilant ad greges custo-  
diendos habent. Vnde in Canticis: Inuenerunt me ui-  
giles, q̄ custodiūt ciuitatem. ¶ Qñ quidem solus deus

1. Co. 10

ædificat & custodit, ergo [uanum est uobis surgere] id est, de securitate æternæ beatitudinis præsumere: quia quicunq; est in hac uita, pronus est ad lapsum: Vñ dicitur: Qui stat, uideat ne cadat. Vanū est dico, [ante lucem surgere, id est, ante secundum Christi aduentum, in quo uera lux & manifesta cognitio unicuiq; erit, Vel, ante lucem, .i. ante cognitionem, quam recipit unaquæq; fidelis anima post dissolutionē tātum: ante lucē surgere uanū est, scilicet, [postq̄ sederitis] .i. sessionem & deiectionem huius uitæ transieritis, tunc [surgite]. .i. securi estote: uobis dico ut surgatis, [qui manducatis panem doloris] id est, q̄bus miseræ huius mundi sunt refectio, sicut panis alicui. ¶ Dico surgite postq̄ sederitis: & quasi diceret aliquis: Qñ erit perfecta illa sessio? [Cum] dñs [dederit dilectis suis somnum], id est, mortem: & cum dederit, [ecce] apparebit [hæreditas dñi]. .i. filij, id est, iusti uiri: qui filij sunt [merces]. .i. remuneratio quam dñs dedit Christo, p̄ expletionem suæ obedientiæ: merces dico [fructus] .i. ipsius Christi, q̄ fuit fructus ipsius [uentris] uirginalis. Vbi dicit: ecce hæreditas, incipit de secūda parte, in qua ostendit magnā dignitatē eorū, qui sunt hæreditas domini. In prima parte dissuadet a p̄sumptione. ¶ Dico filij erūt merces, & ipsi [filij excussoꝝ] .i. prophetarū, qui dicuntur excussoꝝ, q̄a rem latentem

tem. s. reprobationem humani generis excusserunt et manifestauerunt, erūt ita [ sicut sagittæ in manu potentis ]. Sicut em̄ sagittarius dirigit sagittā q̄ uult, nec ipsa aberrat, sed percutit quē uult, ita deus potens d̄r sagittarius, q̄a sagittas suas. i. sanctos apostolos, & alios legatos mittit, in q̄ remotas partes ipse eligit, & p̄ hos corda hominū diuino amore transfigit. Et non t̄m apostoli sunt beati, & illi alij qui susceperunt aduentum Christi, sed etiam oēs illi, qui eos imitantur: hoc est, oīs ille [ uir ] est [ beatus, qui impleuit desiderium suū ex ipsis ] hoc est, uitā suā instituit ad modum eorū: & uere beatus, quia [ non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta ]. i. in publico. Vel per portam possumus Christū accipere, q̄ est porta per quā itur ad uitā, sicut ipse ait: Per me si quis introierit, saluabitur: ut sic dicamus: cū loquetur inimicis suis. i. hæreticis, in porta. i. in Christo. s. de ipso Christo agens, non cōfundetur, quod aliquem errorem de ipso loquatur, uel aliquo modo ab hæreticis conuincatur.

Iohā. 10

## IN PSALMVM CXXVII.

Titulus. Canticum graduum.

**B**Eati omnes ]. In hoc psalmo habet materiam hūc gradum, s. timorem domini, et intēdit admonere ad eundem gradum illos, quos de præsumptione superius admonuit. In prima parte ostendit quid efficiat timor domini. In secunda parte, quæ incipit: Benedicat tibi dominus ex Sion: ponit orationem, quæ bona. s. ipsum deum timentibus exoptat. ¶ Quasi diceret: Vos qui bona Christi recepistis, nec etiā præsumitis, timete dominum, quia [ omnes qui timent dominum ] casto timore, [ beati ] sunt, id est, illi [ qui ] eum timent, [ ambulant in uijs eius ] uel in præceptis, uel imitatione. ¶ Vere beatus eris, [ quia

Xx mandu-



manducabis]. i. refectionē tibi capies, [labores manū tuarū]. i. opera manū tuarū facta cum magno labore: & quia hoc māducabis, [beatus es] in hac uita; [ & bene tibi erit ] in futura. Qd̄ prius pluraliter de ecclesia loquit̄, ad multitudinē personarū respicit: qd̄ autē de eadem ecclesia postmodū in singulari numero loquitur, ad ecclesię respicit unitatē. Et etiā in hoc beatus eris, qd̄ [uxor tua]. i. animalis natura tua, quę debet subijci uiro. i. rationi, per quā regatur, erit [abundans] bonis fructibus & operibus, [sicut uitis]: uxor dico, posita [in lateribus domus]. i. in uicinitate bonę cōscientię [tuę] q̄a bona uicina erit uiro suo, i. rationi. & per hoc non seducetur ipsa uxor, sicut Eua seducta fuit: cōscientiā domū uocamus, quia in ea hospitium dño p̄paramus. Vel p̄ uxorē possumus accipere sapientiā: ut sic dicamus: Vxor tua. i. sapientia, q̄ fouet & nutrit uirū, sicut uxor, est abundās bonis fructibus, q̄a facit te operari sicut uitis: uxor dico, posita in lateribus domus tuę. i. duobus testamētis: q̄a per sapientiā quā habet in ipsis testamētis, & se & ipsum uirū bene facit operari, & alios docet bñ operari: quę duo testamēta sunt latera. i. sustentamēta, bonę cōscientię, & hoc est, domus tuę. ¶ In hoc etiā beatus eris, q̄a [filij tui] quos tu generas deo p̄dicatione & exemplo erunt [sicut nouellę oliuę]. i. sicut nouellę oliuę: q̄a sicut nouellę sp̄ uirides sunt. i. magis fructificā, q̄ alię, sic filij tui & uirentes erūt uirtutibus, & fructificantes bonis opibus: filij dico positi [in circuitu mēse tuę]. i. diuinę scripturę, ut tua doctrina reficiant. Vel, in circuitu mensę tuę. i. altaris, ubi dominici corporis refectione cibātur. Ideo melius eligit has duas arbores, q̄ alias fructiferas, q̄a p̄ uirem austeritatē iustitię, per oliuā suauitatē misericordię intelligimus: quę

quæ duo unusquisq; fidelis debet habere in se: quib<sup>9</sup> duobus Samaritanus legitur infudisse in vulnere illi- Luc. 19  
 us, q; descēdit ab Hierusalē in Hiericho, & incidit in la-  
 trones. ¶ Bene apparet qđ beatus eris timēs dñm, qđ  
 [ecce sic] sicut dictum est, [benedicetur homo qui ti-  
 met dñm]. ¶ Benedicat tibi. Pars secunda. Et in hac  
 oratione ostendit affectum, quem habet erga timentes  
 dñm. Cōtinuatio: Dico sic benedicetur, & o tu homo  
 timens dñm, [benedicat tibi dñs ex Sion] ueniens, q;  
 natus carnaliter fuit in Sion. Vel, ex Sion. i. ex hoc q;  
 tu factus ex Sion, id est, speculans æterna: [ & uideas  
 bona Hierusalem ] cœlestis, scilicet, pducatur te ad illa  
 bona dñs: uideas dico [omnibus diebus uitæ tuæ] id  
 est, in æternitate. ¶ Et] non tu solum hoc uideas, sed  
 etiā [uideas] in illa Hierusalē, [filios filiorū tuorū]. i.  
 imitatores illorū, qui tua prædicatione generati sunt.  
 Et qđ per singula: uideas [pacem super Israel] id est,  
 æternam tranquillitatem, quæ est super, id est, maior  
 etiā q̄ aliquis uir uidens deum ualeat promereri.

## IN PSALMVM CXXVIII.

Titulus. Canticum graduū Salomonis.

**S**Aepe expugnauerunt]. Postquā de præsumpti-  
 one & dei timore præmonuit, admonet de tole-  
 rantia, & eundem gradum habet materiam. In  
 prima parte admonet homines noui testamenti ad  
 tolerantiam, per exemplum oīm iustorum à primo  
 iusto. In secunda, quæ incipit: Confundantur & con-  
 uertantur retrorsum: obstinatis malum precatur: per  
 quod nos ad tolerantiam, hortatur, ne cum impijs in  
 aduentu iudicis cōdemnemur. ¶ Quasi diceret: Vos  
 qui iam de uobis non præsumitis, dum filiali timore  
 deum timetis, cum mali uos persequuntur, tolerantia  
 habeatis exēplo mei, qđ [saepe expugnauerūt me]. i.

Xx ij sic

sic tribulationibus affecerunt, ut etiam quandoq; occiderent: & hic loquitur in persona omnium iustorum noui testamenti: & hoc [ à iuuentute mea ] id est, à tempore primi iusti, à quo incepit ecclesia: & sicut ego dico, sic [ dicat ] omnis [ Israel ] id est, uir uidens deum, [ nunc ] id est, statim in hoc præsenti: ideo dicit, nunc, quia futurum est quando non clamabit Israel de sua impugnatione, scilicet, quando erit in cœlesti Hierusalem. ¶ Hoc scilicet dicat: [ Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea ] & uere sæpe, [ etenim non potuerunt mihi ] præualere: quia si me semel occidissent, nõ esset pugnandum ultra cum eis. ¶ Dico expugnauerunt, & hoc non tantum in faciem, ut me manifeste oppugnarent, sed [ peccatores fabricauerunt ] id est, multa mala intulerunt [ supra dorsum meum ] id est, supra illos de ecclesia, qui per se non habent uerum lumen, sed sequuntur alios, & hoc diu: & hoc est: [ prolongauerunt iniquitatem suam. ] ¶ Illi superbe ecclesiam persecuti sunt, [ dominus ] solus [ iustus concidet ] id est, ad humilitatem reducet, [ ceruices ] id est, altitudines & superbiam [ peccatorum ] scilicet, illorum omnium, qui ecclesiam persequuntur. ¶ Pars secunda. Dico concidet ceruices peccatorum, qui autem sunt obstinati, scilicet, illi [ omnes qui oderunt Sion ] id est, ecclesiam obstinate, [ confundantur ] cum dicitur: **Matt, 25** *Discedite à me maledicti in ignem æternum: [ & conuertantur retrorsum ]* id est, priuentur à potestate, quam in hac uita super iustos obtinent. ¶ Fiant etiam [ sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. ] Superbi qui se in altum erigunt, merito fœno tectorum comparantur: quia sicut fœnum tectorum se in altum erigit, & tamen sine radice est, ita se ipsi erigunt: & antequam euellantur, id est, moriantur, arefcunt bonis



bonis animæ, quia rationem cælestis doctrinæ non  
quærent, nec diligunt. De quo ]ferno. i. de quibus ma-  
lis [ nō implebit manū suam ] angelus, [ qui metet ]  
id est, separabit bonos à malis: [ & sinum suum ] inde  
angelus [ qui manipulos colliget ] id est, congregabit  
bonos. Per manū intelligitur opus, per sinum quies.  
Ideo angeli dicuntur portare in manibus illos qui bo-  
ni fuerunt operarij: & in sinu illos, qui fuerunt contē-  
platiui. ¶ Ideo nō colligentur ab angelis, quia in hac  
uira non receperūt benedictionē ab apostolis, uel ab  
alijs sctis uiris: & hoc est: illi [ qui præteribant ], i. apo-  
stoli, & alij sancti uiri, qui contemnentes terrestria, præ-  
tereunt ad cælestia: [ non dixerunt ] eis, [ benedictio  
dñi super uos ], i. multiplicatio uirtutum: & etiam nō  
dixerunt, [ benediximus uobis ] ex parte nostra, ita  
quod [ in nomine domini ] uos benedicamus, id est,  
quod de uestra benedictione nomen dñi honoretur.

Mat. 13.

## IN PSALMVM CXXIX.

Titulus Canticum graduum.

**D**E profundis ]. In hoc psalmo gradus & ma-  
teria est pœnitentia. Hanc ideo post multos  
gradus uirtutū ponit, ut indicet nobis, quod  
quantūcunq; aliquis in uirtutibus profecerit, tamen  
necessaria est pœnitentia ad impetrandā dei miseri-  
cordiam: quia nullus tam iustus est, quin aliquas ha-  
beat maculas, quæ semper sunt delēdæ medicamēto  
pœnitentię. In prima parte pœnitēs iste precatur de-  
um, ut exaudiat eum clamantē de peccatis, nec iudi-  
cet eum secundū iniquitates suas. Et postquā sic de-  
precatus est per suas miseras, caprat beneuolentiā per  
bona iudicis, & ostendit lætū finem suæ pœnitentiæ. s.  
se dominum sustinere, & in ipso sperare, ex quo ma-  
xime potest per pœnitentiam persuadere. In secun-

X x iij da, quæ

da, quæ incipit: A custodia matutina: monet alios iu-  
 stos, ut & ipsi in dño spem suã ponant. Intentio est, in-  
 uitare ad pœnitentiã. ¶ Quasi ita admoneret eos: Vos  
 fratres, q̄ tolerantia habetis, quiq̄ cæteros prædictos  
 gradus ascēdistis, pœnitētes de pētis, clamate ad deũ,  
 exēplo mei, qui [ clamaui ad te dñe de profundis ] .i.  
 de pfunditate iniquitatis .i. ppter hãc profunditatē,  
 in qua me esse cognoui, clamaui. Intelligit iustus hãc  
 profunditatē quælibet leuissima pētã: etiam totã hu-  
 ius uitæ conuersationē, in qua nemo pōt sibi abstinere  
 à pētō: & quia sic clamaui, intēde: & q̄a hęc talia co-  
 gnoui profunda esse, ideo [ dñe exaudi uocem meã ]  
 quasi diceret: Dignũ est, ut me clamantē ita exaudias.  
 ¶ Nec tm̄ dico exaudi, sed etiã intende mihi, ut nō tm̄  
 pētã, pro quibus clamo, dimittras, sed etiam me in oĩ-  
 bus bonis multiplices & custodias: hoc dicit: [ Fiaut  
 res tuę intēdentes in uocē deprecatiōis meę. ] ¶ Ideo  
 peto ut exaudias, & pētã dimittras, q̄a [ si obseruaue-  
 ris iniquitates dñe dñe ] ut scđm eas iudicare uelis, [ q̄s  
 sustinebit ] iudicium tuũ, ut per merita possit saluari.  
 Nullus utiq̄. ¶ Si iniquitates attendas, nullus poterit  
 portare iudiciũ, sed q̄a propitius es, ideo sustinemus:  
 hoc dicit: [ q̄a apud te propitiatio est ] .i. q̄a ex miseri-  
 cordia cōdonas pētã: [ & ] item [ propter legē tuã ] .i.  
 Euangelicam doctrinam, q̄ nos docet propitiationē  
 tuam, [ sustinuit te ] o [ dñe ] .i. quãtecumq̄ darent trī-  
 bulationes, nunq̄ à te discessi, sed semper fidem tenui,  
 & legē tuam cōpleui. In hoc uersu facit sibi beneuolũ  
 iudicem, quē prius deprecatus fuerat, cognoscēs suas  
 iniquitates. ¶ Non tm̄ propter propitiationē & legem,  
 sed etiã [ in uerbo eius sustinuit anima mea ] .i. in filio  
 eius, quem incarnandũ pro nostra redēptione cogno-  
 ui, causam sustinendi cognouit: & quia sic sustinui, sic  
 clama-

clamaui, ideo [ speravit anima mea in dño. ] ¶ A custodia. Pars secunda. Et sicut anima mea speravit, ita [ Israel ]. i. uir ille qui pœnitens de pœtis, clamaui, aduersa sustinuit, [ speret in dño ] & hoc [ à custodia matutina ]. i. à primo aduētū Christi, qui mane uocatur, q̄a per illum lux nobis ueræ cognitionis innotuit: in qua luce adhibēda est custodia, ut ibi fidē recipiamus, Christū n̄m saluatorē intelligamus. Vel, à custodia matutina. i. à tēpore resurrectionis, in q̄ Christus à matutinis custodit⁹, mane resurrexit. [ usq; ad noctē ]. i. usq; ad mortē. ¶ Ideo iuste debes sperare, q̄a [ apud donū ] est [ misericordia ] q̄a gratis cōdonat pœtā: [ et redemptio ] est [ apud eum ] q̄a ipse dedit sanguinē filij sui, pretiū nostræ redēptionis: redēptio dico [ copiosa ], q̄ non tm̄ leuia & originalia peccata relaxat, sed quantūcūq; magna. ¶ Et ] q̄d illa redemptio sit apud eum, hoc apparet in effectu, q̄a [ ipse redimet Israel ] omnem, scilicet uidentem deum, [ ex omnibus iniquitatibus eius ] in quo apparet q̄ redemptio ē copiosa.

## IN PSALMVM CXXX.

Tirulus. Canticum graduum Salomonis.

**D**omine non est ]. Hic habet materiā hūc gradum. s. humilitatem: & intēdit inuitare alios, ut hunc eundem gradū ascendant, ut quantūcūq; sint iusti, semper in humilitate cōsistant, & peccatorum, sine quibus esse non possunt, memoriā habeant, q̄ est custodia ceterarum uirtutū. ¶ Quasi dicerets Vos fratres qui iam pœtōrum obrinuisstis remissionē per pœnitentiam, & iam firmiter in dño speratis, nolite de uobis præsumere, sed semp humiles estote, exemplo mei, qui in nullo me exaltaui: & hoc est: [ dñe non est exalcatum cor meum ]. i. non superbiui intērius, [ neq; elati sunt oculi mei ], id est, non ostendi sig



num superbiæ exterius. ¶ Et licet haberem magna. s. uirtutes & alia, tamē [in magnis] illis [neq̄ ambulaui] id est, non talem me ostendi, quasi qui magna haberem. s. superbum: & cum haberem mirabilia. s. q̄d possem facere mirabilia, [non] ambulauī [in mirabilibus] quamuis existentibus [super me] id est, multo maioribus & dignioribus, quā dignus essem.

¶ Non tantum non ambulauī in magnis, sed [humiliter] sensi de me: & [si non sentiebam] hoc, existens, [sicut ablactatus] id est, separatus à lacte, qui iacet, & incumbit [super matrem suam] quia nō per se potest subsistere, nisi auxiliū à matre impendatur, id est, si non putauī me quasi ablactatum, & deum esse matrem, qui me foueret: si hoc nō feci, [sed] potius [exaltaui animam meam] existens stultus, sicut ablactatus, qui se facit super matrem suam, id ē, qui purat se subsistere sine auxiliō matris, [ita] sit [retributio in animā meā,] ¶ Ille q̄ superbit, habeat retributionem superbiæ, [Israel] aut. i. uir humilis, q̄ de se nō præsumit, [speret in dño, ex hoc nunc & usq̄ in seculum.

## IN PSALMVM CXXXI.

Titulus. Canticum graduū Salomonis.

**M**emento] In hoc psalmo est materia incarnationis Christi. In prima parte oñdit promissiones, quas Christus facit deo patri. s. quod parabit sibi habitationem, præmittens deprecationē propheta, ut deus dignitatē ipsius Christi, & eius merita respiciat. In secūda, quæ incipit: Ecce audiuiimus oñdit cōpleras p̄missiones Christi, & ponit exorationes suas, ut compleantur. In tertia, quæ incipit: Iurauit dominus David: ostendit p̄missiones patris ad Christū. s. q̄d propter meritū ipsius Christi cōformes Ch̄ro, filios & imitatores Ch̄ri faciat. s. ut hic doceāt quæ

quæ Christus docuit, in iudicio iudicet, eiusq; beatitudinē participant. Et p hæc omnia intēdit nos ad hoc inuitare, ut nihil per nostra merita, sed per solū meritū Christi intelligamus & deprecemur nobis iustitiam dari, & ad Christi nos conformitatem perducī: & ad hūc gradum per psalmum istum monemur ascendere: & hunc psalmū fecit contra hæreticos & Iudæos, qui putabant aduentum Christi non esse necessarium ad salutem. ¶ Quasi diceret: Licet habeamus timorē dei, clamemus de peccatis, & humiliter sentiamus, sicut in prædictis gradibus ostensum est, tamen per nostra merita ad conformitatem Christi puenire non sufficimus, & ideo o [ domine memēto David ] .i. Christi, p cuius singulare meritū nos possumus saluari: quia ideo nominat David propheta nomine illius carnalis David de cuius semine processit, ut uerā ipsius Christi humanitatē significaret: [ & memento [ omnis ] id est, omnimodæ [ mansuetudinis eius ] p quam ipsam inuictam militiā impleuit, q̄a pro nobis obediens fuit usq; ad mortem, & sicut ouis ad occisionem ductus est. ¶ Mansuetudinis dico exhibitæ, [ sicut ] ipse Christus [ iurauit domino ] .i. firmiter pposuit: & hoc non coactus, sed ex uoluntate: & hoc est: [ uotum uouit ] ex uoluntate & affectione, tibi [ deo Iacob ] .i. adiutori luctantium. Iurauit dico, ita dicēs: [ Si introiero in tabernaculum domus meæ ] si ascendero in cælum, quod est tabernaculum & habitatio, in qua est mea mansio: et etiam [ si ascendero in lectū strati mei ] .i. in oīmoda requie, quasi in lecto strato bonis pannis. ¶ Et etiam [ si dederō somnum ] .i. mortem, [ oculis meis ] hoc est, mihi, qui prius uigilantiā habui propter custodiam gregis commissi. Mortem suam bene somno cōparat, quia ita leuiter resurrexit,

Philip. 2.

Gen. 28.

sicut aliquis de somno surgit: & describit quomodo somnus  
 eueniat alicui quia prius dormitatur palpebre, deinde dat  
 reges temporibus, et sic somnus totum occupat corpus: Sic  
 Christus dormitatur a propinquas morti, quam Iudeis tra-  
 ditus est, quia tunc nec miracula fecit, & etiam ante Pi-  
 latum ueritatem racuit: requiem temporibus dedit, quam  
 crucem ascendit. Inde dicit: [ & ] si dedero [ dormita-  
 tionem palpebris meis ] .i. si prius uenero clausus in  
 3. Reg. 8 prate Iudeorum. ¶ Et ] si prius dedero [ requiem tempo-  
 ribus meis ] .i. si prius crucem ascendero, morti proximus,  
 [ donec inueniam locum domino ]. .i. donec talis partem habeat  
 homines, in quibus habitet deus: & donec inueniam [ taber-  
 naculum deo Iacob ] cui uotum feci. s. in quibus habitet de-  
 us: apostrophe, .i. defectio orationis, & potest quodlibet im-  
 possibile suppleri. .i. non ero deus, uel aliquid tale. Sciendum  
 quod antequam Christus ascenderet, omnia parauit, quicunque ad eccle-  
 siam constituendam cognouit necessaria, scilicet, apo-  
 stolos instruxit doctrina Euangelica, quam in omni  
 terra audire & conuertere seminarent uolentibus. ¶ Ecce  
 audiuius. Pars secunda. Continuatio: Ita promissit Chri-  
 stus adificationem ecclesie, & [ ecce ] sicut promissit, com-  
 pleta esse cognouimus: & hoc dicit: [ audiuius ea ]  
 2. Reg. 6 quae Christus promissit [ in Effrata ] .i. in Bethleem, id  
 est, intelligimus a spiritu sancto nobis reuelante, Christum  
 in Bethleem nasciturum de uirgine, in quo certi fuimus,  
 quod caeterae promissiones complerentur. Vel allego-  
 rice per Effrata, quod speculum interpretatur, propheta-  
 tias intelligimus, in quibus quauis ueritas annuncietur,  
 tamen aperte non declaratur. Vel sic dicamus in Effra-  
 ta, id est, in dictis prophetarum audiuius & legimus  
 ea, id est, promissiones: & sicut ibi audiuius, sic [ in-  
 uenimus ea ] completa [ in campis ] .i. in gressibus, qui  
 cum prius essent [ syluae ] spinosissimi peccatis, nunc facti  
 sunt arabiles, & deo fructificantes. ¶ Nos inuenimus



Christi ecclesiã in pphetis prædictam in cãpis, s. completam, & nos ipsi [introibimus in tabernaculũ eius] .i. in militiam eius Christi, quia nos facti mēbra ecclesiæ, militamus ei, & [adorauimus in loco ubi steterũt pedes eius] ad literam, quia adhuc adorãt hoies ubi dñs ascendit: cuius ascensionis testis adhuc remanet cespes uiridis, nec aliquo pauimēto eius uiriditas potest dimoueri. Vel, adorauimus in loco. i. integra fide: ubi steterunt pedes eius. i. in quo apparēt uestigia suæ iustitiæ, qui em̄ habet perfectã fidem, nõ eam habet otiosam, sed operatur ad Christi imitationē. Per hoc facta est ecclesia, & cæterę Christi, pmissiones cõpletæ, quia ipse surrexit, & ascendit in gloriã suam, & inde misit spiritum, per quẽ apostoli confortati sibi ecclesiã construxerunt: & quo ipse ascendit, facit conscendere arcam suam. i. ecclesiam: & hoc non enũciatiue, sed desideratiue ppheta annunciat, ut suæ mentis affectionē ostēdat. ¶ Continuatio: Quia impletæ sunt pmissiões, pfectũ est tabernaculum, ideo o [dñe surge in requiē tuã] .i. ascende, [ & ] post te ascendat [arca. i.] ecclesia, in qua continētur sapiētia & scientia: arca dico [sanctificatiõis tuæ] id est, quam tu sanctificas. ¶ Et ut arca post te possit ascendere, interim [sacerdotes tui] seruiētes tibi deuote, [induãtur iustitiã] habeãt, p insula uirtutes, quæ sint eis ornamētum animæ, [ & ] ipsi [sancti tui exultent] de sua iustitia. Vel, sancti tui minores exultēt de suo pfectu, & de imitatione honoris. ¶ Et ga uidet in illuminatione Gentium excẽcari Iudæos, precatur deũ, ut uel iuxta finem uisitet eos. Continuatio: Sacerdotes induãtur iustitia, & o domine [faciem tui Christi. i. præsentem & claram cognitionem filij tui, quæ modo auersa est à Iudæis, [ne auertas] quin aliquãdo ostendas Iudæis, saltem circa nouissima tempora: & hoc non precor

propter merita eorum, imò [propter David seruum tuum] id est, propter meritū ipsius Christi: & hic dat plane intelligi, nullum de meritis suis debere præsumere, sed omnem saluationem ex Christi meritis expectare. ¶ Iurauit dominus. Pars tertia. Dico propter David, nec diffido, [quia dominus] pater [iurauit] firmiter statuit. [David]. i. Christo, ueritatem [quia sicut promisit, sic compleuit, [& nō frustrabitur eū] ita dicens: [de fructu uentris tui]. i. de generatis per doctrinam tuam, quæ uenter dicitur, quia continet in se arcana dei, & nutrit homines, sicut uenter puerum: de illis generatis sic [ponam super sedē tuam] id est, faciam eos doctores sicut tu fuisti in hac uita, & etiā iudicare totum mundum. ¶ Ponam dico hoc pacto, [si filij tui custodierint testamentum meum]. i. præcepta ueteris legis & prophetarū, quæ proferunt testimoniū nostræ fidei: [ & testimonia mea hæc quæ] ego [docebo eos] non quæ ipsi ex sua sibi parte adinueniāt. ¶ Filij tui sedebūt super sedem tuam, [ &] etiā [filij eorum]. i. imitatores [usq; in seculum]. i. quam diu durabit seculum: etiam filij nouissimorum tēpore [sedebunt super sedē tuā] ut supra. ¶ Promisit Christo, & sic sederent filij sui, & hoc non secūdum merita eorum, [sed qm̄ dominus elegit Sion]. i. ecclesiam: [elegit] dico [eam in habitationem sibi] ut non ad horam, sed assidue inhabitaret eam. ¶ Elegit dico, ita dicens: [Hæc] scilicet Sion, est [requies mea] in qua requiesco: non tantum in hac uita, sed [in seculum] subsequitiuū hui⁹ [seculi: hic]: i. in hac ecclesia [habita bo, qm̄ elegi eā.] ¶ Viduā eius] ecclesiæ. i. illos q̄ sunt desolati in istis terrenis, & tamen deo suam castitatē custodiunt, nec cum dæmone fornicantur, [benedicens benedicam]. i. assidue multiplicādo uirtutibus,  

[paupe

pauperes eius] Sion [saturabo panibus]. i. spūali refectione. ¶ Sacerdotes eius induā salutari]. i. conformationē Christi salutaris. i. filij mei: [ & sancti eius] minores, qui sacerdotes imitantur, [exultatione exultabunt] i. tantam habebunt exultationem, quā nullo modo ualeat ab eis amoueri. ¶ Illuc]. i. in illa Sion, [producam], id ē, extendam in futuro iudicio [cornu Dauid], id est, altitudines ipsius Christi, manifestans ipsius potentiam omnibus: & interim [parauit Christo meo lucernā] ueluti Ioannem & alios præcones, qui uiam domino præpararent. ¶ Sacerdotes induam salutari, [inimicos] autem [eius induā confusione]. i. erubescencia, quādo descendēt in ignem æternum [super ipsum autem] Christum [efflorebit sanctificatio mea] quia eius sanctificatio & gloria erit immarcescibilis.

## IN PSALMVM CXXXII

Titulus Canticum graduum.

**E**cce quod bonum] In hoc psalmo materiā pariter & gradum habet, ppheta dilectionē pximi, & eā cōmendat pluribus modis: & intendit nos inuitare, ut istum gradum conscendamus, sine quo ad supernam Hierusalem pertingere non possumus. ¶ Ac si ita diceret: Vos fratres, qui per meritū Christi collecti, Sion facti estis. [ecce] quod uobis restat, [habitare in unum] ut [fratres]. i. ut fraternam charitatem uobis inuicem exhibeatis: ideo potius elegit fraternam dilectionem persuadere, quā eam quæ est inter patrem ac filios, uel aliquem talem, quia ea quæ est inter fratres, maxima est inæqualitate: non propter hoc dicit habitare in unum, quod moneat nos ad localem solam habitationem, quamuis etiam bonum sit localiter simul habitare, sed intelligit in unum habitare  
quosli-



quoslibet diuersos ac remotos & etiã personas quæ  
 ex diuersis officijs suis sibi subseruiunt inuicem, & ad  
 unitatem rēdunt, ac uinculo fidei eiusdem & dilectio  
 nis colligati sunt, ut non dicat maior minori: nō ego  
 auxilio tuo: sed orent alij pro alijs, & ceteri expleant  
 sua cum dilectiōe officia: pascat rusticus clericum, si  
 militer et alij debetis habitare in unum, quia [ bonū ]  
 id est, utile, quia exemplo bene habitantium, multi ca  
 piūt sibi commodum bonæ habitationis, & [ quā ]  
 bonum est? In finite quidē [ : & q̄ iucū ] suauē &  
 delectabile: in finite similiter. ¶ Bene dico iucundum  
 esse habitare fratres in unum, [ sicut unguētum in ca  
 pite, quod descēdit in barbā ] Aaron. ¶ Quod  
 etiam [ descendit in oram uestimenti eius. ] Vnguētū  
 similitudinem inducit, quia in unguēto maxime de  
 lectatur & fouetur caro. De Aaron ideo dicit, quia ipse  
 fuit primus unctus sacerdos, cuius unctio tam co  
 piofa fuit, q̄ defluxit in barbā & in ulteriora uesti  
 menta. Est autem mystica hæc similitudo, quoniam  
 per unguentum in capite significatur spiritus sc̄tus,  
 qui fuit in Christo capite nostro, in quo habitauit spi  
 ritus sanctus non ad mensuram: & de capite illo de  
 scendit in barbā, id est, in fortes uiros, & proxime in  
 harendo capiti, uelut in ipsos apostolos, qui sunt bar  
 ba, non cuiusq̄, sed Aaron, id est, Christi, qui propter  
 officium sacerdotij significatur per Aaron, etiã secun  
 dum interpretationē nominis, quia Aaron interpre  
 tatur montanus, Christus uero semper in monte &  
 maxima uirtutum altitudine habitauit. Vel, in bar  
 bam, id est, in uiriles & sapientes uiros, qui per barbā  
 significantur: & nō solum descendit in barbā unguen  
 tum illud a capite nostro, sed etiam in orā uestimenti  
 eius. i. in ultimū sanctū qui unq̄ erit in ecclesia, descē  
 det spiritus sanctus ab eodē capite nostro, cuius uesti

mentū dicuntur fideles sui, quia honorāt ipsum, sicut uestimenta dñi: & in hac tali similitudine uult intelligi, q̄ huiusmodi concordia, huiusmodi cohabitatio conferat sp̄m sct̄m, qui habitauit in corpore n̄ro. Et uere ita iucūdū est habitare in unū [ sicut ros Hermō, q̄ ] ros nō prorsus idē est, q̄ est in Hermon, sed cōsimilis illi [ descēdit in mōtē Siō ]. q. d. Sicut ros. s. dulcissimus ille humor facit montē illū, s. Hermon uirere & fructificare: similiter & Sion ita habitās in unū facit fideles fructificare. Intelligitur tñ aliqd et in hac similitudine, p̄ rorē gratia sp̄alis intelligit. p̄ Hermon q̄d anathema interpretat, gēriles accipimus, q̄ aliquñ fuerūt anathematizati & separati à deo, q̄s nutrit gr̄a sp̄alis, & cōpūgit, & ad fidē ducit: & Sion facit: & factos Sion, nutrit, & bonos fructus, p̄ferre facit & per hāc similitudinē uult intelligi, q̄ hi, qui aliquñ fuerunt Hermō, & separati à deo p̄ unanīmē habitationē, fiunt Sion. i. ecc̄lia speculās deū. ¶ Qm̄ datis similitudinibus, ponit causam quare habitādū sit in unū: ac si diceret: Ideo bonum est habitare in unū [ qm̄ illic ], i. in concordia habitatione [ mandauit dñs ], i. præcepit esse [ benedictionem ] uirtutum multiplicationem, [ & uitam usq; in seculum ] id est in æternum,

## IN PSALMVM CXXXIII.

Titulus Canticum graduum.

**E**cce nunc] In hoc psalmo materiā habet pariter & gradū p̄pheta, ad quā recte ex dilectiōe proximi ascēdimus. Si em̄ fratrem quē uidemus nō diligimus, deū quē nō uidemus quomodo diligemus? In prima parte ostēdit deum diligendū & in laude, & in operatione. In sc̄da, quæ incipit: Bñdicat tibi dñs ex Sion, ponit suā optationē benedictionis illis, qui dñm diligunt. Intendit nos inuitare ut hūc gradū ascēdamus, in quo erit nobis cōsummatio oīm aliorū.

1. Ioh. 4.

Eccli. 15

¶ Quasi ita moneret: Fratres quia iam in dilectione consistitis, [ecce] perficite quod restat uobis. .i. [benedicite domino]. .i. laudate dominum, quod in tali seculo facti estis: cuius laudis uerba ponit in sequenti psalmo, alleluia. .i. & hoc [nunc]. .i. sine mora: nec quoscumque moneo, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, sed omnes serui domini]. .i. qui domino in dilectione seruitis, benedicite domino. ¶ Vos serui benedicite, non qui ad horam seruitis, sed qui statis]. .i. perseveranter militatis [in domo domini:] & uos etiam qui estis [in atrijs]. .i. in introitu [domus dei nostri] id est, ecclesie, sed & imperfecti & nouiter conuersi laudent dominum. ¶ Postquam monuit ad laudandum, monet & ad benedicendum: quasi diceret: Non tantum moneo uos ad benedicendum, sed etiam [extollite manus] id est, eleuate operationes [uestras in sancta] sanctorum in caelestem, Hierusalem, .i. ad ipsum deum. .i. non operantes ad laudem hominum sicut hypocrite, uel ex ratione elemosynas facientes, sed pura intentione ad dominum uestra opera dirigite. Extollite dico [in noctibus]. .i. per totum huius uite, in qua semper in tenebris sumus ignorantia, ut per bona opera uestra digni sitis de his tenebris in ueram lucem perduci: [ & ] semper [benedicite domino] id est, laudate etiam eum de hoc, quod uos bene operari permiserit. ¶ Benedicat. Pars secunda. Cum huc usque locutus sit ad seruos dei pluraliter, hic conuertit se ad singularem personam, ut ostendat unitatem conseruandam esse in ecclesia. Continuatio: Tu homo benedicas dominum, & dominus benedicat]. .i. multiplicet [te] donis suis: dominus dico, ueniens [ex Sion] qui natus fuit ex Iuda, cuius benedictio magna est: quia licet magnus fuisset, tamen idem ipse est, [qui fecit cœlum & terram,]

IN



## IN PSALMVM CXXXIII.

Titulus. Alleluia.

**L**Audate nomen]. Hic habet propheta materia laudem domini. In prima parte monet nos laudare dominum, supponēs multa magnalia ipsius, per quæ ipse laudabilis appareat. In secunda, quæ incipit: Domus Israël benedicite domino: monet cōmuniter omnes ordines fidelium ad laudandum deum. Intentio est, nos hortari, ut domino alleluia decātemus, & exhortari ad assiduas laudes, qui nobis contulit prædictos gradus. ¶ Quasi ita diceret: Vos qui prædictos gradus accepistis, [ laudate nomē domini ]. i. nominabilem dominū facite: nec quoscunq; moneo, sed uos [ serui laudate dominum ]. ¶ Vos tales, [ qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri ] uos tales [ laudate dominū, quoniam bonus dominus ] antonomastice dictū, per seipsum est bonus, & alios bonos faciens, [ psallite nomini eius, quoniā suaue est ] & iucundum, & delectabile psallere ei. ¶ Ideo etiam debetis psallere ei, [ quoniam ] ipse [ dominus elegit iacob ] id est, luctatorem contra uicia [ in possessionē sibi ] scilicet, ut omnia cum iucunditate possideantur à deo. Vel, sibi, hoc est, ad seruitium suum: [ Israël ] autem, id est, uirum uidentem deum facie ad faciem, in illa uita elegit, non ut iam luctetur cōtra uicia, sed in possessionem sibi, id est, ut eum secum in gaudio positum, possideat. ¶ Ideo etiam laudate, [ quia ] ipse [ dominus est magnus, id est, omnipotens: & hoc quod magnus sit credite, quia [ ego cognoui ] per spiritum sanctum: [ & ] ipse idem [ deus noster ] est [ præ omnibus dñs ] quos ipse edificauit: non solum falsis dñs Gentium, imò ipsis angelis, & alijs dñs. ¶ Et uere ipse est præ omnibus illis dñs, quia [ omnia quæcunq; uo-

luit fecit in cœlo & in terra, & in mari] nauigabili, &  
 trāsmeabili, [ & oibus abyssis ] sicut in oceano. ¶ On  
 dit qdā mirabilia, q̄ ip̄e fecit ī terra: & hoc, s. [ Educēs  
 nubes ab extremo terræ ] : hęc oīa ad literam possu-  
 mus legere, tñ & allegorice legunt, sicut nubes. i. sctōs  
 p̄dicatores eduxit ab extremo terræ. i. de uilissimo ge-  
 nere huius seculi ( sicut Amos p̄pheta de custodia bi-  
 dentiū fuit acceptus, & Petrus, & alij plures ) sic & [ ful-  
 gura ] . i. cōminationes p̄dicationis eorū [ in pluuiā fe-  
 cit ] . i. fructificantē doctrinā, quantū ad illos, q̄ bñ do-  
 c̄trinā illorū receperunt. ¶ Ille hęc fecit, [ q̄ p̄ducit uē-  
 tos ] . i. sctōs apostolos, citissime decurrētes p̄ totum  
 mundū, [ de thesauris suis ] . i. de plenitudine sapiētīæ  
 & scientiæ, q̄bus repleuerat eos: [ q̄ percussit primo-  
 genita ] . i. p̄ctā originalia, [ Aegypti ] . i. ipsius mūdi,  
 q̄a hic mundus in tenebris ignorantīæ sp̄ consistit: &  
 hoc [ ab hoīe ] . i. rationabili, & sapiente, [ usq̄ ad pec-  
 cus ] . i. usq̄ ad brutos hoīes: q̄a & ī sapiētib⁹, & in alijs  
 interfecit originalia p̄ctā p̄ aquas baptisimi. ¶ Et misit  
 signa ] . i. minora miracula, [ & p̄digia ] . i. maiora [ in  
 medio tui Aegypte ] . i. in medio mūdi. In medio, quia  
 manifesta fuerunt oibus: misit dico [ in Pharaonē ] . i.  
 cōtra Pharaonē. i. dissipatorem. s. diabolū, [ & oēs ser-  
 uos eius ] . i. ministros eius. s. in minores diabolos, q̄a  
 p̄ illa signa sunt qdā ablati de potestate diaboli. ¶ Ille  
 misit [ qui pcussit Gentes multas ] . i. multitudinē uitā  
 orū, [ & occidit reges fortes ] . i. dæmones, & abstulit  
 eis potestatē eorū: fortes, q̄a potentes erāt impellere  
 hoīes ad facinora magna. ¶ Hos. s. reges, [ Seon regē  
 Amorræorū. ] Seon interpretat̄ tentatio oculorū: dia-  
 bolus nanq̄ transformat se in angelū lucis, & per hy-  
 pocrisim decipit hoīes: Amorræi, amaricantes: p̄ Seō  
 dæmonē illū intelligimus, qui tentat seducere oculos  
 hoīm,

Exo. 12.

Exo. 14.

Num. 21

hoim, qui est rex oim amaricantiu in pctis istius uite:  
 [ & ] etiã percussit [ Og regẽ Basan. ] Og interpreta- Iosu. 12  
 tur conclusio, Basan cõfusio: per hoc intelligimus dæ  
 monem, qui concludit confusos in peccato, ne uiam Num. 21  
 ualeant inuenire salutis: [ & omnia regna Chanaan. ]  
 Chanaan descensus interpretatur, & per hoc intelli-  
 gimus eos, qui declinant de bono ad malum. ¶ Et terrã  
 eorum hæreditatem ] id est, cœlestem patriam, quam  
 per suam superbiã perdidit dæmones, [ dedit hære-  
 ditatẽ Israël ] non cuicunq; Israël, sed [ populo suo. ]  
 ¶ Et quia hæc omnia fecisti, o [ domine nomen tuũ ] Iosu. 12.  
 id est, fama & laus tua, erit [ in æternum, & memoria-  
 le tuum ] id est, uerba tua o domine, quæ de te sugge-  
 runt nobis semper memoriam, erit [ in generatione  
 & generationem ] id est, usq; ad diem æternum, quia  
 cœlum & terra transibunt, uerba autem tua non trãs-  
 ibunt. ¶ Non transiet, & hoc erit memoriale in æter-  
 num, [ quia iudicabit dominus ] excæcando [ popu-  
 lum suum ] iusto iudicio suo, [ & in seruis suis ] fideli-  
 bus sibi, [ deprecabitur ] id est, deprecabilis erit. ¶ Si-  
 mulachra. Pars secunda. Continuatio: Tantus est de-  
 us noster, qui tanta mirabilia facit, sed [ simulachra  
 Gentium ] hoc non possunt, quia sunt [ aurum & argẽ-  
 tum, opera manuũ hominum ] in quo stulti apparẽt  
 qui ea colunt, & quasi creatorẽ uenerantur, quæ tñ et  
 ipsi condiderunt. ¶ Os habent & non loquentur, ocu-  
 los habent & non uidebunt, ] ¶ Aures habent & non  
 audiẽt ] ut supra exposuimus, In exitu Israël. Ideo hæc  
 instrumenta non exequentur officia, quia [ neq; em̃  
 est ] spiritus ] sanctus [ in ore ipsorum. ] ¶ Similes illis  
 fiant qui faciunt ea, & ] etiã [ oēs qui cõfidunt in eis. ]  
 ¶ Domus Israel benedicite. Hæc prædicta eueniant il-  
 lis qui colunt idola, sed [ domus Israel ] uos [ benedi-



cite domino] scilicet, communis ecclesia: & communem ecclesiam diuidit per partes, addens: & etiã [domus Aaron] id est, collectio sacerdotum [benedicite domino]. ¶ Et etiã domus Leui] id est, collectio ministrorum, benedicite domino]. Quid p̄ singula: uos omnes [qui timetis dominum benedicite domino.] ¶ Moneo uos alios b̄ndicere, & ego ex parte mea benedicam, dicens sic: [Benedictus dominus] est idem qui natus est [ex Sion] & [qui habitat in Hierusalē] id est, in uisione pacis. Alleluia.

## IN PSALMVM CXXXV.

Titulus Alleluia.

**C**onfitemini domino]. Hic propheta habet materiam misericordiam domini: & in prima parte ostēdit potētiam, scilicet, eum per misericordiam suam totius mundi creationem fecisse, præposita admonitione laudis. In secunda parte, quæ incipit: Qui percussit Aegyptum: ostendit quantas dominus misericordias fecit Israëlítico populo. In tertia, quæ incipit: Et dedit terram eorum hæreditatem: ostendit quæ beneficia faciat dominus populo Christiano: & per hæc omnia intendit nobis persuadere, alleluia cātandum esse domino. ¶ Quasi diceret: Vos omnes Gētes [confitemini domino] utroq; genere confessiōis, [quoniam bonus] est per seipsum, & alios bonos facit: item propter hoc confitemini, [quoniam misericordia eius] est [in æternum] quia in hac uita per misericordiam condonat peccata, & confert multa spiritalia bona, & in alia uita remunerat fideles longe ultra merita. ¶ Item [confitemini deo deorum] id est, qui creator est angelorum, & aliorum sanctorum, q̄s ipse iustificat & ædificat, [quoniam in æternum misericordia eius:] hunc eundem apponit singulis uersibus.

bus, norans oīa ex sola misericordia dei facta. ¶ Confitemini domino dominorum ] id est, quia ipse dominatur omnibus dominis, & principibus huius uitæ. In principio & in fine ponit Confitemini, & per totum medium possumus etiam repetere, sic dicentes: ¶ Confitemini etiam illi, [ qui facit mirabilia magna solus ] id est, sine adiutorio alicuius, qui etiã ipsos ministros fecit. ¶ Illi dico cōfitemini, [ qui fecit cœlos ] : & istud est pars mirabilium: pluraliter cœlos dixit, quia plures cœlos intelligit, licet nobis non sit diffinitū quot sint: & illos cœlos non fecit ad aliquod exemplar, sed [ intellectu ] prout in mente sua disposuit, sed per suam sapientiam, in quo intelligimus illos cœlos ornate & polite esse factos. ¶ Etiam cōfitemini illi, [ qui firmavit terram ] ad literam, [ super ] id est, iuxta [ aquas ] quia circumcūq; fluit oceanus. Vel per terrā accipimus ecclesiam, quam firmavit deus super aquas, id est, inundationes huius seculi: uel aquas baptismi, ut ecclesia superet istas inundationes, & nunquam dimergatur ab istis, sicut terra realis superat aquas, quæ nunquam dimergitur ab illis. ¶ Illi confitemini, [ qui fecit luminaria magna ] : & per hoc possumus significare sanctos angelos, quos creauit dominus in maxima claritate. ¶ Exponit illa luminaria, dicens: [ Solem fecit in potestatem diei ] quæ potestas diei apparet, quia illuminat aërem, & præbet nobis lucem. Allegorice per Solem sapientiam possumus accipere, quæ illuminat corda fidelium, & facit in eis lucere quandā diem. s. cognitionē ipsius diuinitatis. ¶ Fecit etiã [ lunā ] materialē. s. [ & stellas in potestate noctis. ] Per lunā possumus intelligere generalē ecclesiā, per stellas diuersa officia ecclesiæ: quæ ecclesia illuminat noctē. i. mundū istum plenum erroribus & ignorantis, sicut luna nocti præparat

Y y iij lumen.

lumen. ¶ Qui percussit. Pars secunda. Ideo etiam cōf-  
 temini illi, [ qui percussit Aegyptū ] .i. mundum istū  
 [ cum primogenitis ] .i. cum originalibus uitijs, & cū  
 Exo. 12. alijs maioribus. ¶ Qui eduxit Israel de medio eius ] .i.  
 uiro facto Israel, iam non dominabitur Aegyptus. s.  
 tenebræ huius mūdi, nec originalia peccata ¶ Eduxit  
 dico [ in manu potenti ] .i. potenti & inuincibili ope-  
 ratione, [ & brachio excelso ] .i. omnipotētia ex qua  
 processit, & effectum habuit potens operatio. ¶ Con-  
 fitemini quoq; illi, [ qui diuisit mare rubrum in diui-  
 siones ] ad literam: ideo pluraliter dicit, quia duode-  
 cim uitæ fuerunt. Per mare rubrū intelligimus bap-  
 tismum, qui rubet sanguine Christi consecratus: quē di-  
 uisit dñs, q̄a alijs est ad uitam, alijs ad damnationē, s.  
 contemptoribus, quia in hoc amplius transgressores  
 inueniuntur: & hoc in diuisiones, q̄a ibi incipiunt fide-  
 les initium uiarum suarū, per quas tendunt ad dñm.  
 Vel per mare rubrum mundum intelligimus, qui ma-  
 re dicit, quia semper in fluctu est, & plenus omni ama-  
 ricatiōe: rubens dicitur, propter sanguinem sctōrum  
 martyū: quæ diuisit in diuisiones, quia diuersis diuer-  
 sos dedit, quibus per hunc mūdum festinent ad dñm:  
 alius enim per ieiunia, alius per eleemosynas, alij per  
 alias uirtutes. ¶ Et eduxit Israel p̄ medium eius ] ma-  
 ris. i. per mediū huius mundi, quia nullis illecebris hu-  
 ius mundi potuit uir Israel factus impediri. Vel, per  
 medium baptismi, quia per fidem catholicam, quam  
 Exo. 14. in baptismo accepit, Israel eduxit. ¶ Et excussit Phara-  
 onem ] .i. diabolum, [ & uirtutem eius ] .i. ministros  
 ipsius, [ in mari rubro ] .i. in baptismo, in quo q̄libet  
 de potestate diaboli eicitur. ¶ Laudate etiā eum, [ q̄  
 traduxit populum suū ] de uirtute in uirtutem, [ per  
 desertum ] id est, mundum istum, per quem transeūt  
 sancti,



sancti, quasi peregrinantes, & ad ueram terram promissionis festinantes. ¶ Qui percussit reges magnos ] id est, uicia magna, quæ insidiabantur eis, & uolebant impedire iter regni cœlestis. ¶ Et occidit reges fortes ] id est, uicia illa, quæ licet non essent in omnibus magna, tamen in aliquibus erant fortia ad eijciendū propter consuetudinem. ¶ Hos fortes reges [ Seon regem Amorrhœorum, ] ¶ Et Og regem Basan ] ut supra expositum est. ¶ Pars tertia. [ Et dedit terrā eorum hæreditatem. ] ¶ Et terram eorum prius deditam uitijs huius seculi, cui dedit excolendam: illis p̄p̄tis & hoc est quod subdit: [ hæreditatē Israel seruo suo ], ut ipsi facti Israel, iam abijciant de se spinas, & bonum semen nutriant. Vel terram cœlestem, quam possederunt dæmones, dedit Israel: nō Iudæo cuiuslibet, sed seruo suo. ¶ Intelligens propheta se unum de illis, qui possidebant illam hæreditatem, dicit: Ideo hæc omnia nobis fecit, [ quia memor fuit nostri ] ueluti quando filium suū fecit incarnari, [ in humilitate nostra ] quæ nos ostendimus humiles, scilicet, cognoscentes, neque naturalem, neque scriptam legem nobis sufficere ad salutem. ¶ Et ] quia memor fuit, ideo [ redemit nos ] dato pretio sanguinis filij sui [ ab inimicis nostris ] dæmonibus, in quorum potestate captiui tenebamur. ¶ Etiam confitemini illi, [ qui dat escam ] id est, refectiōnem spiritualem [ omni carni ] id est, fidelibus de omni natiōe. Vel per omnem carnem, omne animal intelligamus, cui deus corporalem præbet escam. ¶ Et quia hæc omnia facit, ideo [ confitemini deo cœli ], i. quod superius dixit, deo deorū. ¶ Et item propter hoc confitemini, quoniam ipse dominatur omnibus potentibus: hoc est quod dicit: [ Confitemini domino dom inorū, quā in æternum misericordia eius: ]

ponens. Confitemini in principio, & in fine, indicat nobis totū psalmū in laude uersari ipsius dei. Alleluia.

IN PSALMVM CXXXVI.

Titulus Psalmus Dauid propter Hieremiam.

**S**Vper flumina Babylonis. ] Psalmus iste est Dauid, & est unus de captiuitatibus Hierosolymitarum: & hæc captiuitas facta est à Nabuchodono-  
 for rege Babyloniorū. Aliā uero quā narrat: Deus uenerunt gentes: fecit Antiochus rex eorundem Babyloniorū. Tertiā uero: Vt quid deus: reges fecerunt Romani, Titus & Vespasianus. s. iste est psalmus Dauid Hieremię de captiuitate Babylonis: alij psalmi Dauid tñ. Attēdens Ezdras prophetā Dauid in hoc psalmo deplorasse captiuitatē ciuium Hierusalē, non tam corporalē, q̄ spiritualem: & q̄ Hieremias deplorauit simul spiritualem cū corporali, quā uidit, & prophetauerat eis futuram, huiuscemodi titulum apposuit, qui sic legitur: Psalmus iste Dauid, in quo Dauid deplorat captiuitatem ciuium Hierusalem, est Hieremię, habitus de captiuitate Babylonis, quam deplorauit Hieremias non tantum corporalem, quā præsentē uidit, sed etiā spiritualem, quā in corporali significauit. Materia sunt in hoc psalmo ciues Hierusalem in Babylonia captiui. Sunt enim duę contrarię ciuitates, una q̄ dicitur Hierusalem. s. ciuitas fidelium: quia quę dicitur Babylonia, est ciuitas omnium malorum: est autē ciuitas fidelium captiua in hoc mūdo Babylonijs. i. à malis hominibus, qui semper fideles impugnant, & à dæmonibus, qui tentare fideles non cessant. Habent etiā uiri iusti & alium hostem. s. propriā carnem, quę semper pugnat aduersum hominem interiorem: Vnde  
 Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiri-  
 tus

Psal. 78

Psal. 73

Gala. 5.

tus autem aduersus carnē. In prima parte ostendit ci-  
 ues Hierusalē positos in captiuitatem Babylonię, nec  
 unq̄ rāmen obliuisci suę patrię. s. Hierusalem super-  
 nę. In secūda quę incipit: Memor esto domine filiorū  
 Edom: precatur uindictam de inimicis, & dicit, q̄ ip̄e  
 de parte uindicabit se. s. de Babylonis filia. i. de pro-  
 pria carne. Intentio est, admonere nos ad compassio-  
 nem, scilicet, ut de malis proximorum doleamus, &  
 maxime de spiritualibus, s. de damno animę. ¶ Vox  
 prophete, nō tantum in persona sui, sed etiam aliorū:  
 quasi ita diceret: Fratres deplorate nobiscum captiui-  
 tatem nostram, & ciuium nostrorum, quia nos capti-  
 uati per peccatū primi parentis à diabolo in Baby-  
 lone, id est, in confusione peccatorum sumus: nec tan-  
 tum iā sumus in fluminibus Babylonię, id est, in pro-  
 funditate uitiorū, quę ita demergunt hominē, sicut  
 quodlibet rapidissimum flumen, sed [super flumina  
 Babylonis] id est, iuxta magnam profunditatem ui-  
 tiorum, quia tot habemus inimicos in ciuibus Baby-  
 lonię, qui nos uolunt suę uoluntati conformare, q̄d  
 à profunditate nequitię Babyloniōrū demergimur,  
 & tñ supersumus, quoniā illis nō consentimus: & nos  
 habitātes [illic] id est, inter Babylonios, [sedimus]  
 id est, aliquantum erecti fuimus: quia etsi miserias in  
 hac uita, id est, in Babylone, sustinuumus, etiā per sug-  
 gestiones carnis ad aliqua manum extendimus illicita,  
 rāmen quia à grauioribus abstinuumus, erecti fuis-  
 se & sedisse dicimur: ideo tērtati unum uerbum posuir,  
 sedere: scilicet, quia si diceret, steterimus, præsumptio ui-  
 deretur: si uero iacuumus, ruinam pati uideremur: di-  
 co sedimus, [ & fleuimus ] de prolatione nostri incola-  
 tus, & miseriarū quas sustinemus: fleuimus dico, [dū  
 recordaremur tui] o [Sion] celestis, q̄ es uera terra



nostræ pmissionis. ¶ Quia flentes sumus, & in medio porcorum habitamus, ideo [suspendimus organa nra] id est, cessamus à uerbo p̄dicationis: nos dico existentes [in salicibus] id ē, inter illos, qui sunt infructuosi & steriles, sicuti salices: non enim seminandū est uerbum dei inter porcos: & hoc [in medio eius] Babylonie. i. in plenitudine cōfusions, quia undiq; circumdamur à ciuibus Babylonijs. ¶ Ideo suspēdimus, [q̄a illic [i. in hac Babylone, in qua captiuati tenemur, [interrogauerūt nos uerba cantionū] .i. diuine p̄dicationis, quæ erat nobis dulcis, sicut audienti iucūda est cantilena, & ludicra q̄si fabulæ: illi dico interroga uerūt, [q̄ captiuos duxerunt nos] .i. precipitauerūt in p̄ctā, aliquando reducentes ad conformitatē sui.

¶ Non tm̄ illi q̄ nos in malū precipitauerūt, uerba cātionū quæsierunt, sed [ & q̄ abduxerunt nos ] .i. q̄ de bono nos remoueri fecerūt, p̄ceperūt nobis dicētes: [cantate nobis hymnū] quantū ad uos, q̄ dicitis hoc esse laudē dei nostri [de cāticis Sion] .i. de laudibus illis, quas uos cantatis in Sion. i. in ecclesia. ¶ Ipsi monuerūt ut cātaremus, sed quia q̄si alieni erāt, et canes, & porci, nullo modo cātabamus eis; & hoc est: [quō cantabimus canticū dñi] seminantes uerbū diuinum [in terra aliena?] Terrā alienā uocat, in qua si uerbū dei seminatur, nō fructificat, sed spinis nequitie suffocatur. ¶ Illis qui sunt alieni nō cantabimus, sed o Hierusalem cœlestis, nunq̄ tui obliti sumus: & hoc est: [si oblitus fuero tui Hierusalem, dextera mea] .i. bona opatio mea [detur obliuioni] à deo. i. nullā de oībus bñfactis meis remunerationē accipiā. ¶ Nō tm̄ dico, si oblitus fuero, hæc mihi mala eueniāt, sed [si nō meminero tui] .i. si non semp habuero te in p̄senti memoria [adheret lingua mea faucib⁹ meis] .i. murus

fiam.

fiam. ¶ Et etiã [si non pposuero] te [Hierusalem in principio lætitiæ meæ]. i. si nõ eris tu principium & causa totius lætitiæ, adhæreat similiẽ lingua mea fauibus meis. ¶ Memor esto. Pars scda. Quia ego facio Hierusalẽ principiu lætitiæ meæ, ideo õ dñe memor esto psequentiũ nos, ad iudicãdũ in eis: & hoc ẽ, [Memor esto dñe filiorũ Edom. i. terrenorũ, siue sanguineorũ, q nostrũ effundunt sanguinẽ, & nos ad appetitũ terrenitatis ducere uolunt: tunc dico memor esto filiorũ [in die Hierusalẽ]. i. qñ apparebit claritas fideliu. s. in die iudicij. ¶ Qui]. s. filij Edom [dicunt] non uerbis, sed factis [exinanite exinanite]. i. totum euacuate quicqd iustitiæ in eis est: exinanite dico totum illud [usq; ad fundamentũ] qd est [in ea]. s. illud quod in eis apparet, euacuate. Fundamentũ istius Hierusalem Christus est, uel fides q remanẽte, ciuitas ista destrui nõ potest: & in hoc stulti apparent, qã remanẽte fundamẽto, cætera statim reedificabũtur. ¶ Filia. Precamur ut uindices in filijs Edom et nos ipsi uindicamus in parte: & hoc est: õ [filia Babylonis]. i. caro nra nata in cõfusione, & sp monẽs cõfusiõnẽ, & ideo [misera, beatus] ẽ ille [q retribuatur tibi retributionẽ, quã retribuisti nobis]. i. q p afflictiõne in pctis, ad q tu semp mones interiorẽ hoĩem, reddet tibi afflictiõnẽ, ieiunãdo, uigilãdo, & ceteris modis afflictiõdis te carnẽ Babylonis filiã macerãdo. ¶ Et etiã [beatus] est ille [q paruulos tuos]. i. suggestiões pctõrum, q̃s tu in hoĩe generas, q dicuntur paruuli dum insurgũt, & ad actũ non pducentur [tenebit] ne pcedant usq; ad actũ [ & ] etiã [allidet]. i. comprimet & cõfringet [ad petrã]. i. ad Chrm. s. p memoriã & cõformitatẽ ipsius Chri. Quãdo eĩm prauæ suggestiões, & illi motus illiciti subrepũt, tunc debemus ad memoriã reducere

cere, quæ uirili Christus in sua uita egit, & nos ei cõformare, ut ex toto ualeamus illos extinguere in nobis.

IN PSALMVM CXXXVII.

Titulus Psalmus ipsi Dauid.

**C**onfitebor. ] Propheta qui hic loquitur, materiam liberationẽ haber, factam per aduentum ipsius Christi. Nota quia psalmus iste miræ sanctitatis in ueteri testamẽto fuisse legitur. Legitur em̃ in Paralipomenon, quod cantãtes hunc psalmũ, misericordia dei, quasi miri odoris fumus circumfulsit in tabernaculo: nũc autem minoris sanctitatis minime esse credit, q̃ si pure cantatur, misericordia dei statim adest cãtantibus. In. I. parte se laudare deum, & se bñ operari promittit, positus inter angustias huius uitæ. In secunda, quæ incipit: Confiteãtur tibi domine: monet alios laudare, ppter aliã causam, ppter quã & ipse laudat. s. in consideratione liberationis: & in hac parte patet intentio. Intendit em̃ nos monere ad exultandum, & laudandum deum, pro liberatione facta per Christum, sicut in alio nos monuit de captiuitate Babyloniorũ dolere. ¶ Ac si ita diceret: Vos fratres confitemini domino exemplo mei, quod non sum tibi o[mn]i [domine] ingratus de beneficijs tuis, semp [cõfitebor tibi] in cõfessione laudis [in roto corde meo] ideo, [quoniam audisti uerba oris mei] quia misisti filium incarnari, ut nos eximeres de potestate diaboli, de qua ad te clamamus assidue. ¶ Et non tantũ confitebor, sed etiam [psallam tibi] id ẽ, bene operabor ad laudem tuã: & hoc [in conspectu angelorum]. i. in beneplacito eorum, iam em̃ angeli cognoscentes nos esse conciuēs suos, gaudent de operibus nostris bonis, & adiuuant nos, & adorabo ad templũ sanctũ tuum]. i. ad ipsam Christi humanitatem. i. ipsam de-  
bita



bita & om̄imoda ueneratione uenerabor, & diuinitatem specialiter in ipso habitantem adorabo: [ & ] etiã [ confitebor nomini tuo ] .i. laudabo te, ¶ Super misericordia tua & ueritate tua ] quia redemptionẽ per misericordiam facis, & promissiones, quas per prophetas promiseras, adimple per ipsum Christũ, uel de misericordia quam facis humano generi in p̄senti uita: [ & ] de [ ueritate tua ] complenda, quãdo fideles tuos, secũdum quod promisisti, remunerabis; misericordia & ueritate dico ideo exhibita, [ qm̄ magnificasti ] .i. magnum fecisti ] sanctum tuum ] singularem .i. Christum, [ super omne nomen ] .i. sup omne nominabile: Vnde Paulus: Donauit illi nomẽ, quod Philip. 2. est super omne nomẽ, ¶ Licet autem iustus iste in aduentu Christi liberationem accepisset, tamẽ quia mala imminere uider, auxilium contra hoc deprecatur: Cõtinuatio. Quia ita magnus es, ideo o' domine [ exaudi me in quacunq; die ] id est, in quocũq; tempore [ inuocauero te. ] Cum dicit, tota die, totum tempus iusti nominat, quia iustus semper ambulat in uera cognitione & illuminatiõẽ: dico exaudi, & securus sum, quoniã tu [ multiplicabis ] id est, multiplicem dabis [ uirtutem in anima mea ] per quam contra ingruentia mala possim resistere. ¶ Confiteãtur: Pars secũda. Hic intentionẽ suam aperit. Et quia confitebor tibi, ideo meo exemplo o' [ domine confiteantur tibi oēs reges terrã ] .i. omnes illi laudent te, qui terrenitatẽ suam bene regunt. Et nisi confessi fuerint, inexcusabiles erunt [ quia ] ipsi [ audierũt om̄ia uerba oris tui, ] quã ore tuo per filium tuum obseruari p̄cepisti, Psal. 18. ga in omnem terram exiuit sonus eorũ, &c. ¶ Et isti reges positi [ in uijs domini ] id est, in p̄ceptis eius, [ cantent ] .i. annũciẽt laudes domini alijs, ideo cãtẽt [ qm̄ magna

magna est gloria domini ] quæ & Iudæis & Gentibus est præposita. ¶ Et uere magna est gloria, [ quoniam dominus excelsus ] est super quamlibet creaturam [ & ] licet ita excelsus sit, tñ fideles suos non despiciet, sed potius [ respicit humilia ] id est, humiles oculo misericordie conferendo auxilia, & incrementa uirtutū, &c. Et cum posset dicere superbus, quandoquidem humilia tñcum respicit, ergo secure possum peccare, quia me nō uidebit: & hoc remouet sic: Humilia respicit [ & alta ] etiam, id est, superbos [ cognoscit ] sed hoc [ à lōge ] quia & hic eis gratiam subtrahit, & in iudicio separabit à suis, dicens: Discedite à me maledicti, &c. ¶ Et quod ille humilia respicit, in me apparet, quia [ si ambulauero in medio tribulationis ] tu deus [ uiuificabis me ] id est, lēto animo facies me tribulationes illas recipere [ & ] etiam [ super iram inimicorū tuorum ] id est, super inimicos, qui mihi ex ira, nō ex merito meo mala faciunt, [ extendisti manum tuam ] id est, operationem tuam, quia de quibusdam uindicasti, quosdam etiā conuertisti: [ & dexteram tuam ] .i. propitiatio tua [ saluū me fecit ] id est, illasum me custodiuit à conformitate eorum. ¶ Dominus ] iam extendit manū super inimicos, & adhuc [ retribuet pro me ] uindictam inimicis: & ipse iustus motus pietate sup proximos suos, uerit se ad ipsum deum, precādo eis misericordiam dei, sic dicens: O [ domine misericordia tua in seculū ] quia toti seculo exhibuisti misericordiam: & ideo o domine [ opera manuum tuarū ] id est, ipsos homines q dicuntur speciale opus tuum [ ne despicias ] .i. non subtrahas eis hic gratiam, propter quod damnarentur in alia uita.

IN PSALMVM CXXXVIII.

Titulus In finem psalmus David.

Dñe

**D**omine probasti me. ¶ Psalmus iste conuenit uero Dauid qui hic loquitur. Psalmus dico dī rigens nos in finē, id est, ad ipsius Christi conformitatem. In hoc psalmo Christus est materia secundum utramque naturam: pauca quidē tangens de diuinitate, sed plura quidem exequens de sua humanitate. Ostendit enim se humilia sustinuisse ad modum aliorū hoīm, ut humilitate ueram cōprobet suam humanitatem: ostēdit & altissima, ueluti in resurrectione, & cum per ipsum tenebræ huius mundi illuminatæ sunt, & alia magna, ut per hæc comprobaret se nō solum hominem: sicut & ibi: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: hoc autem uoluit propheta de ipso pronuciare contra sectas quorundā hæreticorum, qui eum negauerunt uerum hominē esse: altitudinem uero contra Iudæos, qui eum solum hominem, & non deū arbitrati sunt. In prima parte præmissa est summa, quam postea per psalmi tractatum ostēdit. scilicet scientiam dei de se Christo habitam, & per ipsum Christum mirabilem factam. In scda, quæ incipit: Quo ibo à spiritu tuo: ostendit tantam dei potentiam, quam nullus possit effugere: & propter quā tenebræ mundi nō potuerūt occultari, imo ipse per eā mundi tenebras illuminauit. In tertia, quæ incipit: Confitebor tibi, quia terribiliter magnificarus es: ostēdit se laudare deū pro beneficijs quæ sibi confert. In quarta, quæ incipit: Mihi autē nimis honorificati sunt: ostēdit per se bonos exaltandos, malos deprimendos ac damnandos: ponit in fine quandā cōclusionē, cum dicit: Proba me deus: tantā altitudinē Christi describens, intendit persuadere cū honorabilē, ut ei debitū exhibeamus honorē. ¶ Vox filij ad patrē [dñe] pater tu [probasti me] nō q̄ deo patri aliquid fuisset dubiū in Christo, uel

Psal. 40



Matt. 4.

uel in aliqua alia re, sed probasti dicit, id est, probatū alijs ostendisti per multa experimenta: uelut cū tentatus fuit ā diabolo, & ei nullo modo consensit, & propria morte se ueracem esse confirmauit: probasti dico, [ & cognouisti me ], .i. cognitum & placitum tibi me habuisti: [ tu ] domine [ cognouisti ] id est, approbasti, [ sessionem ] id est, requiem [ meam ], .s. mortē meam, in qua requieui ā tumultu huius seculi: [ & ] cognouisti [ resurrectionē meam ] quia & eā fecisti, & tibi gratam habuisti. In hoc uersu ubi dicit se probatum, sicut alij homines probantur, dicit se habere sessionem, id est, mortē: de se humilia loquendo, significat nobis uerā suam humanitatem: cū uero nominat suā resurrectionem, alta de se dicit: & sic in hoc uersu breuiter tangitur summa totius psalmi. Nota qa hic ueritur artificiali ordine: prius em̄ incipit ā glorificatione, deinde ā resurrectione & passione: ad ultimū ab utero, id est, ab incarnatione. ¶ Probasti dico, cognouisti, etiā [ intellexisti cogitationes meas de longe ] id est, multo ante q̄ cogitarem, quia ab æterno etiam [ inuestigasti ] id est, plane cognouisti [ semiras meas ], .i. occulta opera mea, & occulta uoluntatis, [ & funiculum meum ] id est, iudicium, scilicet, discretionem, quam ego habui inter bonum & malum: tu inuestigasti, id est, perfecte cognouisti, sicut perfecte inuestigata plene cognoscuntur. Alia translatio habet, directionem meā. Per funiculum uero directionem & rectum iudicium accipere possumus, quia in funiculo carpentarij, & alij operarij dirigunt opera sua. ¶ Et non tm̄ cognouisti, sed [ etiā omnes uias meas ], .i. omnia manifesta opera mea, [ præuidisti ] multo ante q̄ fierent: ideo sic dico intellexisti, præuidisti, & similia, [ quia non est sermo ] sine re. Vnde alia dicit transla-

translatio, nō dolus, [ in lingua mea ] : cum dicit se in lingua non peccasse, in qua grauius est stare, innuit se nec in alijs cecidisse: & per hoc se deo per omnia bene placuisse, quasi dixisset: Dum inuestigasti cogitatiōes Adæ primī parentis, semitas, iudicium, & uias, ac filiorum eius, quia dolosa cognouisti, displicuerunt tibi: me autem per omnia cognoscendo, nihil in me inuenisti, in quo offenderetur oculus tuus. ¶ Ecce ] quid enumerem per singula: [ tu domine cognouisti omnia nouissima ] scilicet, de humilitate mea, [ & ] oīa [ anti qua ] mea, ueluti de diuinitate mea, qua tecum habes consubstantialē tibi ab æterno: [ tu formasti me ] secundum humanitatem, & [ super me ] formatū hominem [ posuisti manum tuam ] id est, uerbum tuū, id est, filium tuum, quo operaris, induisti meæ humanitati. ¶ Dico tu me formasti, & ego scientiam tuam feci mirabilē: & hoc est: [ scientia tua ] id est, lex tua. s. Euangelica doctrina, in qua manifestatur uoluntas tua, [ est facta ] hominibus [ ex me ] id ē, ex mea prædicatione & operatione, [ mirabilis ] quia in ea cognoscūt remissionē peccatorū fieri p̄ Iesum, & uitā æternā iustis dari, & perpetuas pœnas impijs, & ideo illā scientiā admirant: & nō t̄m facta est p̄ me mirabilis, sed etiā p̄ me [ cōfortata est ] & nō titubat, sed ita firmit̄ est sita in cordibus hominū, ut nec periculo mortis possint ab ea dimoueri: ego sic mirabilem feci, sic cōfortauī, [ & ] tamen [ non potero ] secundum humanitatem, [ ad eam ] scientiam adæquari, id est, ipsi deo, in quo nihil est aliud scientia, q̄ ipsa diuinitas. ¶ Quō ibo. Pars secunda. Bene dico non potero ad eam adæquari, quia tāta est potestas in eadem quōd nullus potest effugere eam: hoc dicit: [ Quo ibo ] ego remotus [ a spiritu tuo ] id est, a spiritu sancto: [ & quo fugiam ]

remotus [à facie tua], .i. à præsenti & manifesta cognitiōe tua? Per faciem personā patris hic intelligit, quā ideo faciem nominat, quia omnia præsentia sunt ei, quasi in facie sita. ¶ Nusquā possumus faciem effugere, quia [si ascendero in cœlū] sicut uere ascendit, [tu illic es: si descendero ad infernum] quo uere descendit anima humana cum diuinitate, [ades.] ¶ Si pennas meas]. .i. opera diuinæ potestatis, quæ ego dimisi, ex quo ipse fui in potestate Iudæorum, quia nec feci miracula, nec etiam prædicauit, [sumpsit diluculo]. .i. in resurrectione facta diluculo, [ & habitauero in extremis maris] id est, in extremitate seculi, sed iam nō uiuens uita mortali. Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur. Quod autē ipse extra mundi uirram uiueret, significauit cum stetit in littore, discipulis nauigantibus in mari, quod significabat in eis, & adhuc uita mundi uiuerent. Antequā Christus resurgeret, cum discipuli nauigarent, ipse pedibus desuper mare ambulauit, significans in seipso, quod adhuc in mundo, pcelloso uiueret. ¶ Si ita sumpsit pennas, ades: & uere ades [etenim illuc]. .i. ut habitē in extremis maris. .i. ut sim extra uitā mortālē, [manus tua]. .i. operatio tua, [deducet me,] & etiam in immortalitate me perseuerare faciet: & hoc est: [ & dextera tua]. .i. filius tuus. .i. uerbum tuū mihi unitū [tenebit me.] ¶ Ego dico dextera tenebit, [ & ] etiam [dixi]. .i. deliberaui, [forsitan tenebræ.] Ironice, quasi diceret: Cum tanta sit ei potestas, & dextera sua ita me teneat, stultitia est, si quis putat, & tenebræ, id est, tenebrosi istius uitæ [me] ualeant conculcare: tenebræ non eum [conculcabunt] sed potius [nox]. .i. homines pleni ignorantia & peccatis in hac uita: uel etiam mortui retenti in morte inferni, facti [illuminatio mea] id est, illuminati

Rom. 6  
Mat. 14



nati à me, erūt [in delitijs meis] id est, in paradiso. Paradisus nanq; delitiæ interpretatur: illos enim quos inuenit apud inferos, duxit in paradysum. Hi autem qui uiuunt, iam spe sunt in paradiso, licet nondum re. ¶ Ideo erit facta illuminatio noctis, quia tu deus illuminabis tenebras & noctem: & hoc est: [quia tenebræ] id est, illi qui sunt tenebrofi propter ignorantia, [non obscurabuntur à te] id est, non permittes eos obscurari, sed potius illuminabuntur: [ & ] etiã [nox] id est, obscuro, & pessundati in peccatis, [illuminabitur] à te, & deinde erit [sicut dies] id est, sicut aliquis sapiens, qui nunquam in tanta profunditate peccatorum permāserit: dico nox illuminabitur, & [sicut tenebræ eius, ita & lumen eius] quia quanta cognoscēt aliqui peccata sua, tantam recipient illuminationem: Vnde Augustinus: Quatenus homo agnoscit, eatenus sibi deus ignoscit. ¶ Et hæc omnia ex hoc proueniunt, [quia tu possedisti renes meos]. i. fortitudinē & directionem meā. s. me fecisti fortē & immunem à peccato, et directum, non pronum ad illicita: non tm̄ dico possedisti, sed etiã [suscepisti me de utero matris meæ] sine uoluptate carnis me cōcipi uoluisti, & postea sine peccato cōseruasti. ¶ Confitebor tibi. Pars tertia. Et quia renes meos ita possedisti, p̄ me tenebras illuminasti, & cætera fecisti, ideo [cōfitebor tibi]. i. laudabo te: & merito, [q̄a magnificatus es]. i. magnus appares, & hoc [terribiliter] quantū ad malos, q̄ in futurā dānationē attendunt sibi in iudicio: ideo magnificatus, q̄a [opera tua] de reparatiōe humani generis, & cætera quæ facis, sunt [mirabilia, & anima mea cognoscet] illa opera [nimis]. i. ualde. Hic inuehitur cōtra illos, qui putant Christū solum corpus humanum, nec animam humanā accepisse. ¶ Non tantum sunt nota mi

hi opera tua, sed etiã inferioribus: & hoc est: [os me-  
 um] id est, ecclesia, [quod] os, tu [fecisti] quandoq[ue]  
 [in occulto] id ẽ, tempore prophetarum, qui per so-  
 las figuras corpus Christi esse iudicabant ecclesiã: os  
 illud meũ [non est occultatum a te] qa non occulta-  
 sti, imo manifestasti qđ erat de ossibus meis. Vel in oc-  
 culto. i. in baptismo, & dñici corporis cõsecratione, et  
 in alijs sacramentis ecclesiæ: [ & substantia mea] nõ est  
 occultata ita [in inferioribus terræ]. i. in Gentibus, q̄  
 sunt inferiores Iudæis, quia sine lege & sine cultu dei  
 prius erant. Cognoscunt em̄ substantiã Christi Gen-  
 tes, & eum uerum deum esse & uerũ hominem credũt.  
 Quod ecclesia os dicat Christi, habet figurã in creatio-  
 ne mulieris ex primo homine. Sicut em̄ os est sumptũ  
 de uiro ad creandã mulierẽ, & locus ossis carne reple-  
 tus est, sic Christus ecclesiæ suæ os suũ. i. robur & diui-  
 nitatem suã contulit, qa omnes fideles suos sancti spi-  
 ritus participes effecit, particeps effectus suæ illius hu-  
 manitatis: Vnde Apostolus, cum de uiro & muliere  
 disputaret, ait: Sacramentũ qdem magnũ est: ego aut̄  
 dico in Christo & ecclesia. ¶ Substantia mea nõ est oc-  
 cultata in inferioribus, sed [imperfectũ meũ]. i. com-  
 pletionem corporis mei, q̄ futura est in alia uita, quæ  
 nondũ est pfecta, [uiderunt oculi tui]. i. solus cogno-  
 uisti, [ & oēs] illi, q̄ in æterna uita, licet modo desint,  
 cõplebunt corpus tuum, uel meum, scilicet, [in libro  
 tuo scribentur] id est, in æterna memoria tua inde-  
 lebiliter permanebunt, & æquales erunt, [formabũ-  
 tur dies] lucentes, id est, cognitionem diuinam haben-  
 tes. Vel ut alia translatio habet, formabuntur dii, uel  
 dei. s. a diuinitate, quæ formabit eos de tenebris in lu-  
 cem: uel formabuntur, [ & nemo] formabit [in eis]  
 qa nulli poterunt conferre iustitiã: Vnde Apostolus:

Qui

Gene. 2.

Eph. 5.

Qui enim plantat aut qui rigat nihil est, sed deus qui incrementū dat. Vel possumus accipere imperfectū, qđ adhuc deest corpori Christi, nisi qui de ecclesia fuerit. Vel si dicatur: imperfectū meum. i. illos, qui in hac uita corpus meū perficient, uiderunt oculi tui. i. præuidisti: & sicut præuidisti, sic implebis, quia oēs illi quos præuidisti ad illam pfectionē, scribent in libro tuo. i. in memoria tua: uel in meipso, qui sum liber, ad cuius conformitatem scribuntur alij, & nemo in eis: nā nemo dicit: Ego sum Paulinus, uel Petrinus, sed Christianus. ¶ Mihi aut. Pars quarta. Illi quos præuidisti scribentur, illi aut qui iam sunt [amici tui] o [deus] uelut apostoli, iā [sunt honorificati] & hoc [nimis]. i. ualde: & hoc [mihi]. i. ad honorē meum, qđ per me est honor & [principatus eorū]. i. potestas, quā super reges terre habēt, [est nimis]. i. ualde, [cōfortatus] qđ adhuc apparet in successoribus Petri, & aliorū apostolorū. ¶ Dico principatus est cōfortatus, & illi nō pauci sunt, sed ego [dinumerabo eos, &] illi [multiplicabuntur] numero & uirtutibus [sup harenā]. i. ut multo digniores sint, q̄ sit arena. i. infructuosi hoīes: & hæc multiplicatio ex hoc pueniet, qđ ego [exurrexi, &] tñ [adhuc sum tecū] occultus sicut prius fui, quia nōdum est manifesta oībus mea potestas quæ tandē in iudicio omnibus cognita erit. Nota pmissionē factā Abrahamæ, hanc. s. Multiplicabo semē tuū super stellas cœli, &c. Per stellas fructificātes intelligimus, qđ licet numero pauciores sint, plures tamen sunt in uirtute & beneficijs dei: per arenam uero steriles accipimus. ¶ Amici tui sunt honorificati, &c. sed o [deus si occideris]. i. damnaueris [peccatores] ira dicens eis: [uir sanguinum declinate à me] per dissimilitudinē, ad quē potestis per solam similitudinē accedere. Vel itas

Gen. 22.  
& 26.



Vere sum tecum, quia & illos uiuifico, quos tu uiuificas: & illos occido, quos tu occidis: & hoc est, si occideris: & per hoc notat eum æqualem patri. ¶ Ideo discedite. [ quia dicitis in cogitatiōe ] hoc scilicet: [ accipiant ] Christiani illi. i. remoueat à nobis [ ciuitates suas ]. i. conuentiones suas, habitates [ in uanitate ]. i. inaniter, quia nubes & inania colunt. ¶ Si tu ita occideris, & ego occidā: & hoc est: [ nonne qui oderunt te dñe oderā ] .i. gratiam subtrahebā: oderā utiq; [ & ] etiam [ super inimicos tuos tabescebam ]. i. deficiebā dolore pro inimicis, & tuos & tuum nomen impugnant. ¶ Perfecto odio oderam illos. ] Perfecte odit, & qd malū est odit, & qd est ex deo. s. creaturā, diligit & quia sic oderā, sicut inimici tui, ita etiā [ inimici facti sunt mihi ] me habentes odio. Vel si sit in litera, accipiant in uanitate ciuitates, sic dicamus: Si occideris deus pētōres in pētis, & cōuertes ad iustitiā, ita dicens obstinatis ī malis: Viri sanguinū declinate à me, q̄a dicitis in cogitatiōe. i. murmuratis cōtra me: si sic occideris, illi occisi sic accipiant ciuitates suas .i. priores sectas suas in uanitate, quia uana reputabunt, quæ prius dilexerunt: tu dicis obstinatis, declinate, & nonne ego eosdem oderam? &c. ¶ Conclusio est ex prædictis, q̄si ita dicat: Quandoquidem ita me probasti, & hæc bona inde proueniunt, ergo o [ deus proba me ] .i. probatum ostende per aliquas tentationes, [ & scito cor meum ] .i. fac cognosci uoluntatem meā: & etiā [ interroga me ] .i. per maxima tormenta fac inquiri uoluntatē meam. s. per quæstiones: [ & cognosce semitas meas ] .i. fac cognitas & probabiles, strictiores & occultas uias meas. ¶ Et ] sic [ uide, si uia iniquitatis in me est ] .i. si in me apparēt uestigia diaboli: hoc dicit p̄ simile, q̄a sicut uestigia serpētis in lapide nō apparent, sed

sed in puluere, ita uestigia diaboli in forti uiro. s. Chri-  
sto, nō apparuerūt quātūcunq; à diabolo tētare: [ & ]  
cū uideris in me nullā esse iniquitatem, [ deduc me in  
uia eterna ] .i. in æternitatē, q̄ per me facta est peruia.

## IN PSALMVM CXXXIX.

Titulus In finē psalmus Dauid.

**E**Ripe me. ] Vox pphetæ, uel alicuius iusti, non  
tū in propria psona sua, sed ecclesiæ, & dirigit  
nos in finem. Materia est ipsa ecclesia, posita in  
pericula, & exteriora & interiora. In prima parte pre-  
catnr liberari à periculis exterioribus, q̄ faciūt damo-  
nes tentando, uel per ministros mala inferēdo, & etiā  
linguis hæreticorū. In secūda, q̄ incipit: Dixi dño deus  
meus es tu, precatnr liberari ab interioribus periculis. s.  
à desiderio interiori. s. ne fomes pētī instigatus aspira-  
tione diaboli, possit sibi dominari. In tertia, quæ inci-  
pit: Caput circuitus eorū: enunciat damnationem eo-  
rum, qui ecclesiam persecuūtur, & remunerationem  
eorum, qui patienter sustinent mala ipsorum: & per  
hoc intendit nos admonere ad fortitudinem. s. ut ui-  
rili animo & exterius & interius tentationibus resista-  
mus: per hoc securi, q̄ cū uultu dñi habitabimus. ¶ Et  
anteq̄ ponat pericula, petit liberationem, sic dicens:  
[ Eripe me dñe ] .i. fac cessare mala [ ab homine ma-  
lo ] .i. diabolo, quem dicit hoīem, quia cum ipse esset  
creatus spiritus, fecit se humili lutulentam per prauas  
concupiscentias: etiā [ à uiro iniquo ] .i. hoīe ministro  
diaboli, qui dicit iniquus, q̄a peccat sine causa in proxī-  
mū: uirū ideo dicit, q̄ hi tales sunt potētes & fortes in  
hoc seculo: à tali uiro [ eripe me ] .i. fac mala cessare,  
quæ ipsi mihi faciunt. ¶ Ostendit exteriora pericula, à  
quibus petijt liberari, quasi dicat. Ideo necesse est ut  
eripias, quia homo malus & uir iniquus cogitauit ad-

uersum me, [qui] perficiunt quæ [cogitauerunt in corde] id est, cum magna cura inquisierunt [iniquitates:] & non tñ cogitauerunt, sed etiã [cõstituebant p̃lia] contra me, & hoc [rota die] .i. assidue: quia nunquam est ecclesia sine impugnatione diaboli, & ministrorũ eius. ¶ Ostendit quæ p̃lia, quia hæretici prauis sententijs suis ecclesiam persequuntur: inde dicit: [acuerunt linguas suas sicut serpentes] scilicet, acutas & exquisitas sententias sibi p̃parauerunt, unde possent cito transfigere corda auditorum, sicut serpentes per linguam uirus mittētes, quia uenenosa & nociua erāt uerba eorum, sicut morsus serpentis: nec mirum si uerba erant uenenata, quia [sub labijs] id est, sub linguis [eorum] .i. in cordibus eorum: quæ dicuntur sub linguis, quia quæ in cordibus latent, per linguas manifestantur: erat [uenenum] id est, odium & inuidia contra ecclesiam, [aspidum] .i. incurabile, quia non poterat abstrahi ab eis per p̃dicatores dei, sicut nec uenenum ab aspide per incantatores. ¶ Dico eripe, ut cessent mala: interim aut̃ dum immittunt mala, [custodi me de manu] .i. de potestate [p̃ctōris] .i. diaboli, q̃ ē causa totius p̃cti: [ & ab hoĩbus iniquis eripe me dñe] ut cessent mala q̃ mihi faciūt. ¶ Qui] hoĩes iniqui [cogitauerunt supplantare gressus meos] .i. bona opa mea, q̃si facerēt foucã in uia, in q̃ me p̃cipitarēt: supplantat hæreticus gressum, qñ alicui habēti rectũ sensum scripturæ, apponit intellectũ suũ prauũ, & in eũ fidelẽ inducit: etiã [supbi] uelut hæretici, q̃ de se p̃sumunt, & p̃ se iustificari se intelligūt, [absconderunt] .i. latenter parauerunt [laqueũ mihi] .i. latentẽ deceptionẽ. ¶ Dico absconderunt laqueũ, & illũ multiplicem & fortẽ fecerunt: hoc dicit: [ & funes] .i. tortuosas sententias, & sibijnuicem connexas, q̃bus firmiter ligarent aliq̃s, quasi



Quasi funibus, [extenderunt] .i. extense & multiplici  
 ter parauerunt, ut si aliquā sententiam eorū euitarem,  
 inde inciderem in alias: extenderunt dico, [in laque  
 um] ut per funes illos illaquearēt me, & hoc [iuxta  
 iter] nō in uia .s. si fidelem possunt declinare à recta  
 uia, tunc possunt illaqueare: sed dū est in uia, nō com-  
 prenditur à laqueis illorū: & cū non potuerunt me  
 illaqueare occultis persuasionibus, [posuerunt scan-  
 dalum mihi] .i. manifestā impugnationem, qua me  
 sibi conformarent: & hoc quoq; iuxta iter, quia nulla  
 impugnatione potest nocere iusto, dum recta uia ince-  
 dit. ¶ Dixi domino. Pars secūda. Hic est diapsalmus:  
 & quia inter tot pericula me conseruasti, ideo [dixi  
 domino] id est, sic orauī ad dominū, q̄a [deus meus  
 es tu] .i. quē ego mihi facio familiarem: ideo [exau-  
 di domine uocē deprecationis meæ] contra interna  
 pericula, de quibus dicturus est. ¶ Dico exaudi, &  
 o [domine domine:] magnum declarat in geminan-  
 do suum affectum, quia tu es [uirtus] .i. qui mihi de-  
 disti uirtutē contra extranea pericula: uirtus dico [sa-  
 lutis meæ] id est, quæ me fecit saluum à suprāpositis  
 periculis, quia tu [obumbrasti] .i. id est, obumbratio-  
 nem tuam, ne aliquem æstum sentiret, posuisti [sup  
 caput meum] id est, Christū, & hoc [in die belli] hoc  
 est, in die passionis, in quo ipse cū diabolo pugnavit:  
 quo deuictō, genus humanū liberauit. ¶ Et quia be-  
 neficia iā mihi prerogasti, ideo o [domine ne tradas  
 me peccatori] .i. diabolo, à desiderio meo] .i. q̄ non  
 tantum accēdatur suggestionē diaboli fomes pecca-  
 ti, qui adhuc in carne nostra est, ut per hoc tradamur  
 in dominū diaboli: ideo opus est precari ne tradas,  
 q̄a [cōtra me cogitauerunt] diaboli & ministri eius,  
 sed tu domine [ne derelinquas me] subtrahendo gra-

tiam, [ne forte exaltetur] & glorientur, si me potuerunt sibi conformare. ¶ Caput. Pars tertia. Diapsalmus. Nec dignum est quod ipsi exaltentur, quia & [caput eorum]. i. diabolus, [est circuitus] qui nunquam recte incedit, sed semper circueundo: & [labor labiorum ipsorum]. i. mendacium, ad quod componendum est laborandum: qui enim uerum dicit, non laborat ueritas pro seipsam se ostendit credibilem: labor ipse operiet eos]. i. inuoluet & illaqueabit eos. Vel, ne tradas me peccatori, separatum a bono desiderio meo, quod desiderio ad te puenire uolo. ¶ Et quia tales sunt, ideo [cadent super eos]. i. conterent ipsos [carbones]. i. ardores mali concupiscentiarum, & tandem [deicies eos in ignem] eternum & hi tales possunt [in miseris] ueluti in igne procedente faciem iudicis, [non subsistent] quia inuoluentur illo igne, & inducentur in tenebras eternas: iusti uero increpati per illum ignem transibunt. ¶ Item ponit causam damnationis eorum commixtam & damnationem. q. d. Ideo non subsistent, quia linguosi sunt, & [uir linguosus]. i. qui inconsiderate loquitur, non attendens quid dicat, [non dirigitur] ad bona opera. Vnde Salomon in Paralipolis. In multiloquio non deerit peccatum [in terra]. i. in hac uita, saltem [uirum iniustum mala capient in interitu]. i. in fine. ¶ Bene dico, quod mala capient eos, quoniam ego per spiritum sanctum [cognoui, quod dominus faciet iudicium]. i. remunerationem iusto iudicio suo [in opis] ueri, [et] faciet [uindictam pauperum] quia damnabit eos, qui suos pauperes persequuntur. ¶ Mali in hac uita persequuntur pauperes, [ueruntamem] per medias eorum tribulationes [iusti confitebuntur nomini tuo]. i. laudabunt te, [et] ideo ipsi [recti habitabunt] eternaliter [cum uultu tuo]. i. in presentia tua, uidentes te facie ad faciem, & cognoscentes, sicut & cogniti sunt.

## IN PSALMV M CXL.

Titulus. Psalmus David.

**D**omine clamaui ] In hoc quoq; psalmo ,pphe  
 ra uel alius iustus de se & alijs iustis loquitur,  
 & sunt materia ipsi iusti, in periculis clamâtes  
 ad dominum. In prima parte clamat ad dñm, ne ma  
 le cogitet: uel etsi male cogitet, qđ cogitationes suæ  
 non prorumpēt in uerba: uel si male etiã loquatur, ne  
 suam defendat malitiã, ad quod uidet se pronũ, non  
 tñ ex natura carnis, sed etiã ex malorũ consortio, qui  
 hæc omnia faciunt: qui & male cogitantes, mala lo  
 quuntur, & suam defendunt malitiã. In secunda par  
 te, quæ incipit: Corripiet me iustus: ostēdit se potius  
 eligere correctiones iustorum, q̄ oleũ, .i. adulationē  
 peccatoris: ostēdens etiam, qđ cū mali non possunt p  
 dolum ꝑficere, faciunt etiã manifestas persecutiōes:  
 & contra hoc ponit suam deprecationē. Intentio est,  
 ut in tribulatione solum diuinũ auxiliũ eligamus re  
 fugium. ¶ Quasi ita diceret: Vos positi in tribulatiōe,  
 solum diuinũ uobis sumite auxiliũ, exemplo mei, qđ  
 ego in tribulatione ò [dñe] semp [clamaui ad te] &  
 ideo [exaudi me] clamaui & clamabo, & [cũ clama  
 uero ad te, intēde uoci meæ.] Dicēdo clamaui & cla  
 mabo, notat assiduitatem orationis. ¶ Dico intende,  
 & per illã intensionē [dirigatur oꝛo mea in cōspectu  
 tuo, sicut incēsum] quod positum sup ignem, reddit  
 bonũ odorē, ita oꝛo mea incensa igne cōpunctiōnis,  
 placeat tibi, & sit [sacrificium uespertinũ]. .i. in fine ui  
 tæ meæ: nec qualecũq; sacrificiũ, sed [eleuatio manu  
 um]. .i. directio [meæ] bonarũ operationũ. ¶ Dico  
 clamaui, & tu [dñe] placatus p hãc eleuationē ma  
 nuũ, [pone custodiã ori meo. .i. cordi meo, ne male  
 cogitē. Os ideo cor dñi, quia sicut os hiat ad refectio  
 nem



nē, ita cor inhiat & desiderat refici diuina gratia, [ & ostium circumstantiæ ] quod circumstet, quod obstruat labia, ne malū loquantur, pone [ labijs meis ]. ¶ Et etiam si prorumpunt uerba illicita aliquando, [ non declines cor meum in uerba malitiæ ] & quam malitiam intelligat, determinat. s. [ ad excusationes ] faciendas [ in peccatis ] ut peccata excusent: & quia sæpe uidet multiplices dari excusationes, addit, [ ad excusandas ] excusationes. In ueteri lege fiebāt matutina & uespertina sacrificia, sed uespertina dicebantur magis deo placere, mystice tamen: nam per matutinum significatur nostrum sacrificium, factum in aduentu Christi: per immolationem agni ad uesperam, significatur Christi immolatio in fine temporum. Eodem modo hæc dicitur matutina sacrificia .i. bona opera in iuuentute facta: uespertina uero, bona opera in fine. ¶ Quod si hoc fecero, ero [ cum hominibus operantibus iniquitatem ] .i. unus de illis, qui excusant peccata sua: sed combinabor ponit Hieronymus: sed non communicabo cum hominibus operantibus iniquitatem: & non tantū cum minoribus, [ sed & nō cōmunicabo cum electis eorum ] id est, cum potentioribus & prælatis in malitia, ut per eorum consortiū excusent peccata mea, sicut & ipsi faciunt. ¶ Corripiet me. Pars secunda. Non communicabo cum illis, sed potius [ corripiet me iustus, & increpabit me. ] Corripere, quantum ad hoc quod leuiter desistet: increpare, quantum ad hoc quod multis cōminatiōibus opus est: Vnde Apostolus: Argue opportune, impertune. Et iterum: Argue, increpa, obsecra: increpa dico [ in misericordia ] pia affectiōe, ut remoueat à malo, pposito: iustus corripiet, [ oleum autē peccatoris ] id est, adulatio uel blanditiæ, quæ mulcent & unguunt  
sicut

sicut oleum [non impinguet caput meum] id est, nō  
 faciet aliquam elationem in mente mea. ¶ Ideo opus  
 est ut iustus corripiat, & oleum non impinguet, quia  
 adhuc habeo de peccato aliquid: & hoc ē: [quoniā &  
 adhuc oratio mea in beneplacitis eorum] peccatorū,  
 quia adhuc placent mihi, quæ etiā ipsis placent, sicut  
 hæc terrena: ideo dico oleum peccatorum nō impin-  
 guet, quia [iudices eorum] peccatorum. i. sapientes,  
 [iuncti petræ] id est, Christo, & fundati super eum,  
 non ut rectam fidem habeant: sed quodammodo  
 dicunt bonum de ipso, non ut diligant eum, sed ut  
 alios decipiant, sicut hæretici. Alia translatio habet,  
 iuxta petram: et hi tales [absorpti sunt]. i. positi in vi-  
 tīs profundissimis. ¶ Oleum eorum non impinguet  
 caput meum, sed ipsi potius [audient uerba mea]. i.  
 prædicationem meam: quæ sunt audienda, [quoniā  
 potuerunt]. i. uera sunt: sed quamuis audierūt, tamē  
 nihil profuit illis, quia [sicut crassitudo terræ erupta  
 est super terram] id est, crassitudo exiēs de terra, cor-  
 rumpit aerem, & immittit cladē hominibus, sic [dissi-  
 pata sunt ossa nostra] ab illis, id ē, fortiores de eccle-  
 sia, scilicet, martyres: dissipata dico, [secus infernum]  
 id est, ad modum eorum, qui reputantur digni infer-  
 no, sed [quia ad te domine domine oculi mei] sunt:  
 & quia [in te speravi] ideo [non auferas] à me [ani-  
 mam meam] id est, quicquid sit de corpore, ne pmit-  
 tas auferri ab eis animam meam. ¶ Sed potius [custo-  
 di me à laqueo] id est, adulatione, & alijs occultis in-  
 fidijs, [quem] laqueum ipsi [mihi statuerūt] ut me  
 illaquearent, [ & ab scandalis] id est, à manifestis p-  
 secutionibus, [operantium iniquitatem, ¶ Me quidē  
 custodies, [pētōres] autem [cadēt in retiaculo eius]  
 iniquitatis, qui per suam iniquitatē illaqueantur, &  
 irretis

irretiti erunt, [ego] autē [singulariter sum] .i. incōbī  
natus, non cōiunctus illis, [donec trāseā] de hac uita,

IN PSALMVM CXLI.

Titulus Intellectus Dauid cum esset  
in spelunca, oratio.

1. Re. 24

**V**oce mea] Ex historia mittit nos ad allegoriā  
.s. quod sicut Dauid fugiens Saul, latens in spe  
lunca, orauit, Carnē mortālē per speluncam  
figuramus, quia quasi indigna habitatio diuinitatis  
erat ut ab historia nos remoueat, ponit intellectum.  
Ac si diceret: Psalmus iste dicitur intellectus. .i. quod  
dam secretum continens. .s. non de historia agens, sed  
de significato: qui Psalmus Dauid est oratio. .i. ipsius  
Christi: oratio dico habita, cum ipse Christus esset in  
spelunca. .i. in carne mortali. Hic psalmus ideo dicitur  
oratio, q̄a quicquid cōtinet, uel oratio ē, uel causa ora  
tionis inducitur, & p̄ hunc psalmū ad orandum infor  
mamur. Materia ē Christus, orās in tēpore fragilita  
tis suæ. In prima parte ponit orationē, & illud cōtra  
quoderat, scilicet, dolos Iudæorū. In secunda, quæ in  
cipit: Clamaui ad te dñe: ponit item orationē suam  
ad patrem, & petit ut anima sua ab inferno eripiatur,  
in quo pendet om̄is expectatio fidelium. Intētio est,  
nos exemplo sui informare ad orādum. ¶ Quasi dice  
ret Christus qui hic loquitur: Fratres inter mala hu  
ius uitæ positi, nolite cessare ab oratione, exemplo  
mei instructi, qui positus in spelunca fragilis carnis,  
[clamaui ad] patrem [dñm] & hoc [uoce mea] q̄a  
non dissentiūt opera mea ab oratione: quia quod uo  
ce rogat, comprobatur opere dignum esse, ut sibi fiat: di  
co clamaui, & nō ad horam, sed ad dñm [deprecatu  
sum]. .i. assidue oro, & hoc [uoce mea] ¶ Dico clama  
ui, & adhuc [effundo]. .i. cū magna copia p̄fero [ora  
tionem



tionē meā ] mansurā [ in cōspectu eius ] .i. in bñplaci  
 ro ipsius [ & ] etiā [ tribulationē meā , pñcio ] ira qđ  
 sic [ ante ipsum ] deum .i. in bñplacito ipsius . ¶ Dico  
 effundo orōnem , & hoc cū omī humilitate : hoc dicit  
 [ in deficiēdo ] .i. in derelinquēdo [ spm̄ meū ] non di  
 ro à deo datū , imò q [ ex me ] est .i. ex natura huma  
 nitatis , q nunq̄ bonus est , sed semp aliquā mouet ela  
 tionē : sed qa sic dereliqui spm̄ illū , ideo [ tu ] dñe [ co  
 gnouisti ] .i. ap̄ p̄bati [ semitas meas ] .i. operatiōes  
 meas . ¶ Postra oratione , ponit illud cōtra qđ orabat̄  
 qđ .i. d. Ego sic orauī , & in tanta humilitate , & [ in hac  
 uia in qua ambulabā , absconderut superbi ] .i. Iudæi ,  
 [ laqueum mihi ] .i. occultā mortem , & quæcūq̄ oc  
 culta mala . ¶ Ipsi quæsterunt mihi mortē inferre , &  
 tunc ego [ cōsiderabam ad dexterā ] .i. in potiozem  
 partē .i. discipulorū , [ & uidebam ] eos [ & non erat ]  
 inter eos , [ qui cognosceret me ] deum esse , cum pri  
 us dixisset ei Petrus : Tu es Christus filius dei uiui . Itē : Mat. 16.  
 Si oportuerit me mori tecū , non te negabo : & signifi Mat. 26  
 cat hic tempus illud suæ passionis , qñ apostoli abie  
 runt retro , relicto eo . ¶ Illi non cognouerunt me , sed Ibidem.  
 fugierūt [ à me ] uero [ perijt fuga ] .i. nō fugi , sed po  
 tius p̄misi me in mortē dari , p̄ liberatiōe aliorū [ &  
 nō est ] tunc inuētus alijs [ q̄ requirat animā meā ]  
 .i. qui uellet passionē meam imitari . ¶ Clamaui ad te  
 domine . Pars secunda . Ab alijs auxiliū non habui , sed  
 cognoscens te unicum meū refugium [ clamaui ad te .  
 dñe ] pater omī deuotione , [ dixi , tu es spes mea ] ue  
 luti cum in cruce dixit , Pater in manus tuas cōmēdo Luca. 23  
 spm̄ meum . Magnā nobis cōmendat Christus suā hu  
 militatē q̄ sp̄ ad deū patrē clamauit : ei suū cōmendat  
 spm̄ , cū sibi haberet eandē unitā diuinitatē ad quā cla  
 marer , cui spm̄ posset cōmēdare : et in hac humilitate  
nos

nos uoluit sibi conformare, ut nihil in nobis confidamus, sed omnia à deo expectemus: dixi tu es spes mea, & dixi tu es [portio mea in terra uiuentium] quasi unus quero esse de illis, qui uiuent in cælesti terra.

Philip. 2. ¶ Dixi tu es spes mea, & tu domine in quē spero, [intende ad deprecationem meam] de remotione malorum factam, [quia humiliatus sum nimis] quia exinanitui me ipsum, formam serui accipiens. ¶ Sic quidē intende, [libera me à persecutibus me] & opus est [quia confortati sunt super me] quātum ad corpus, quod permissum est eis à deo in mortem dare. ¶ Ita dico libera me, scilicet [educ animā meam de custodia] id est, de inferno, ubi animæ illorum fidelium à diabolo retinentur, & custodiūtur. educ dico, [ad cōfitēdum nomini tuo] id est, de mea eductiōe laudēt nomen tuū, & à me, & ab alijs liberatis p me: & necesse est ut educas, quoniam [me expectant iusti] liberatorem suū, [donec retribuas mihi] dando resurrectionem pro mea obedientia. Alia translatio habet, educ de carcere.

## IN PSALMVM CXLII.

Titulus. Psalmus Dauid, cum persequeretur eum filius suus Absalon.

2 Reg. 15

**D**omine exaudi orationē meam] Psalmus iste conuenit Dauid, id est, cuiq; uero pœnitenti, factus quādo filius eius .i. carnalis motus, & alius quilibet malus actus, q̄s sibi homo p suā culpā genuit: persequeretur eum. .i. affligebat multis angustijs, & eiciebat eū de regno .i. de illa dignitate, in q̄ homo creatus est, sicut Absalon persecutus patrē suū fuit, & de regno eiecit. Materia est hic uerus pœnitēs: & sicut in alijs pœnitentialibus, ita etiam hic bonum finē ostendit pœnitentis. In prima parte ponit orationem

tionem concessiuam, non excusando culpam suam, et narrat suas miseras, ut iudicem ad misericordiam commoueat. Ostendit etiam se bene ad ipsum iudicem conuersum, ut sic dignus uideatur, super quem iudex pia affectione moueatur. In secunda, quæ incipit: Velociter exaudime: precatur cito exaudiri, & in uiam rectam deduci, & affirmat quod sic fiet sibi. Et hic psalmus est unus de septem poenitentialibus, qui numerus aliquid nobis notat: sed quia cum sint septem dies, per quos uniuersum tempus agitur, sic septem psalmi poenitentiales per singulos dies nobis necessariam esse poenitentiam ostendunt. Intentio est, nos ad poenitentiam inuitare exemplo sui. ¶ Quasi diceret: Dum superbus fui, & peccare mihi placuit, non fuit iustum ut me exaudires, sed quia iam doleo de peccatis, & deinde cessare studeo, ideo [ domine exaudi orationem meam, & obsecrationem meam ] id est, obsecrationem per crucem, & per natiuitatem, & similia, quæ quidem facienda est, ubi magna incumbit necessitas: illam misericordiam, obsecrationem non dicam exaudi, sed [ auribus percipe ] .i. diligenter attende: & hoc [ in ueritate tua ] id est, ut uerus appareas in promissis, quia promissisti exaudicurum illum, qui se humiliauerit, dicens: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos: & hoc est: [ exaudi me in tua iustitia ] id est, hoc exigit tua iustitia, ut promissa tua compleas: bene dicit in tua iustitia, quia intelligit iustitiam dei semper in misericordia esse. ¶ Dico exaudi, [ & non intres in iudicium cum seruo tuo ] id est, ut secundum merita me iudices, [ quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens ] quia respectu sui, nullus inuenitur iustus, neque propheta, neque apostolus, neque angelus etiam. ¶ Ideo precor ut non intres in iudicium, [ quia inimicus ] id est, filius

Zach. 1.

Aaa meus



meus, scilicet, carnalis motus, [est persecutus] prauis  
 suggerendo [animam meam] id est, rationem meam,  
 & [humiliauit] id est, depressit, [uitam meam in ter-  
 ra] id est, ut terrenis ipsa anima adhereret. & etiam  
 [collocauit me in obscuris] id est, in profunditate ui-  
 tiorum, [sicut mortuos seculi] id est, quoslibet infide-  
 les, quos peccatis irretitos prorsus seculum possidet:  
 [ & ] ideo [spiritus meus anxius est super me] id est,  
 de me, hoc est, compunctionem & dolorem habui de  
 peccatis meis, & [cor meum] id est, ratio mea, [con-  
 turbatum est in me] quia ex me nesciebam, quomo-  
 do de hac captiuitate possem exire. ¶ Et in hac turba-  
 tione [memor fui dierum antiquorum] id est, in qui-  
 bus alijs pœnitentibus misericordiam exhibuisti, [me-  
 ditatus sum in omnibus operibus tuis] id est, omnia  
 opera tua reduxi in meditationem, ut ex eis mihi pa-  
 rarem aliquam consolationem, [ & in factis ] quæ di-  
 cuntur, [manuum tuarum] scilicet, in factis, quæ mi-  
 sericorditer fecisti antiquis, Abrahamæ & Israelitico po-  
 pulo, & alijs iustis, faciens & mihi, cum me tibi humi-  
 liarem, & in huiusmodi factis, [meditabar.] ¶ Et nõ  
 tantum meditabar, sed etiam [expandi] id est, cleua-  
 ui, [manus meas] id est, operationes meas, non ad ui-  
 sum hominum, id est, non ad fauorem populi, sed [ad  
 te] obtinendum. Quid plura? [anima mea sicut terra  
 sine aqua tibi] quia sicut terra sine aqua hiæ, & deside-  
 rat infusionem aquæ, ita anima infusionem spiritua-  
 lis gratiæ: & per hoc ostendit se dignum, cui parcat iu-  
 dex. ¶ Velociter. Pars secunda. Quia ita sitiuit anima  
 mea, & quia sic expandi, ideo o [dñe uelociter exau-  
 di me:] & debes facere, quia [defecit spiritus meus]. s.  
 ille spiritus, qui ex hoie est. s. spiritus superbię. ¶ Et quia  
 defecit spiritus præsumptionis. s. quia me humilio tibi,  
 ideo

ideo [ ne auertas faciē tuā à me ] .i. cognitionem tuā  
 atq; præsentia: & si auerteris faciē, nulla distantia erit  
 int̄ me humilē, [ & ] alios superbos: sed potius [ ero si  
 milis ] illis supbis [ descēdentibus in lacū ] .i. in, pfun  
 dū inferni. ¶ Nō auertas dico, sed potius [ fac mihi au  
 ditā misericordiā tuā ] .i. pie auditā sentēriam tuā de  
 remissioe pctōrū, & hoc [ mane ] .i. in principio meæ  
 illuminationis & cōpunctionis: audiunt qdam miseri  
 cordiā, sicut Dauid p̄ Nathan, pphetam de adulterio  
 cōdonato: aliq; per angelū, aliq; per puritatē suæ consci  
 entia, se suorū pctōrū habere remissionē intelligunt; 2. Re. 3a  
 ideo auditā fac misericordiā, [ qa in te speraui. ] ¶ Et  
 per auditam misericordiā [ notam fac mihi uia in qua  
 ambulē, qa ad te leuaui animā meam. ] ¶ Et cū in uia  
 ambulauero, si aliq; inimici uenerint, q me uelint im  
 pedire, tu [ dñe eripe me de inimicis meis ] quia ego  
 [ cōfugi ] nō ad aliquod humanū refugiū, sed [ ad te ]  
 ideo [ doce me facere uoluntatē tuam ] qd debes face  
 re, [ qa deus meus es tu ] cui familiarē me facio. ¶ Di  
 co eripe, notā fac uiam, & facies, qa [ spiritus tuus bo  
 nus deducet me ] p̄ semitas iustitiæ [ in terrā rectam ]  
 .i. in terram uiuentiū, quam soli recti possidebunt, &  
 interim [ uiuificabis me ] ad explēda mādata tua [ p  
 pter nomen tuum dñe ] quia lesus dixeris. i. salutaris,  
 quia non pro meritis, sed pro misericordiā tua: & hoc  
 [ in æquitate tua ] quia hoc exigit æqtas tua, ut uiuifi  
 ces & deducas illum, q se tibi humiliat. ¶ Viuificabis  
 me, & [ educes animā meā de tribulatione ] .i. de sug  
 gessione pctōrū, [ & in misericordia tua disperdes ]  
 oēs [ inimicos meos ] .i. illicitos motus, q̄ in me insur  
 gunt. ¶ Disperdes, ut iam cōtra me nō insurgant, [ &  
 oēs q̄ tribulant animā meam ] tam malos hoīes, q̄ dæ  
 mones, [ perdes ] randē, [ qm̄ ego seruus tuus sum. ]

Titulus. Psalmus Dauid aduersus Goliã.

**B**enedictus. ¶ Psalmus iste conuenit Dauid prophetae, qui hic loquitur, habitus aduersus Goliã, id est, diabolum. Loquitur enim psalmus de uictoria, quam fecit Christus de diabolo, per quã uictoriã sancta ecclesia de potestate inimici eripitur: & hãc Christi uictoriam intelligit significari Dauid à sua uictoria, quã ipse habuit de Golia. Materia est ipsa Christi uictoria, per quam facta est ipsa liberatio nostra. In prima parte gratias agit de sua uictoria, quam tamen inducit gratia significatæ uictoriæ Christi, & petit ut incarnetur, & ueniat ille, qui deuincet Goliã, & nos de potestate ipsius Goliæ liberet. In secunda, quæ incipit: Deus canticum nouum cantabo tibi: dicit propheta tam in persona sui, quã in persona oim liberatoris, quod ipse cantabit dño & in nouo, & in ueteri testamento, pro liberatione quam fecit ei dñs & suis similibus de diabolo & malis hominibus, & multã describit eorũ malitiam. Intendit nos inuitare, ut dño gratias referamus de uictoria nostræ liberationis, sicut ipse propheta gratias agit, & de sua ppria uictoria de Golia, & maxime de uictoria Christi, per quã, ppheta seipsum cum alijs iustis liberari intelligit. Hunc psalmũ ultimũ ponit de oibus illis, in quibus p historias aliqd significabat, uel ubi ad patientiã, uel ad cæteras similes uirtutes admonebat. Cæteri uero sequentes septẽ laudes Dauid dicunt, ideo quia hic ponit uictoriã nostræ liberationis: per hoc innuens, qd si quis cætera in alijs psalmis pmonita bene custodierit, in hac uictoria Christi, de Golia liberationẽ inueniet. ¶ Ac si alios inuitaret, dicẽs: Fratres si uos à diabolo liberati estis, nolite uobis ascribere, sed in dño gratias agite, & hoc exẽ  
ple



plo mei, q nihil per me contra Goliã, sed oĩa per dñm  
 egi, & inde fit [ benedictus dñs deus meus, qui docet  
 manus meas ] .i. operatiões, [ ad præliũ ]: per me em̄  
 nescissem cõtra Goliã præliari, [ & digitos meos ] .i.  
 cõsilia mea, docet [ ad bellum. ] Ideo per digitos vo-  
 luit intelligi cõsilia, q̄a sicut digiti de manu procedũt,  
 ita de corde cõsilia, q̄si quadã ratione exeunt: docuit  
 enim deus consiliũ bonum, ueluti quõ eminus contra  
 Goliã pugnaret, item qñ docuit eum, ut fundã secũ  
 portaret, & in hoc q̄ lapillos electos secum portaret  
 in pera pastorali. ¶ Ponit item alia dei beneficia, ad cu-  
 mulationẽ gratiarũ actionis, quasi ita diceret: Ideo fit  
 benedictus & exaltatus deus, quia docet manus: item  
 quia ipse est misericordia mea, q̄a longũ esset enume-  
 rare oĩa quæ sibi fecit: paucis uerbis multa dei benefi-  
 cia cõprehẽdit, sic: [ misericordia mea ] .i. qui mihi fe-  
 cit misericordiam: hãc uult intelligi misericordiam,  
 quia elegit de omnibus fratribus eum, qui lõge uide-  
 bantur digniores, & fecit eum inungi in regẽ. Prima  
 unctio facta est in domo patris sui Isai à Samuele, sub  
 specie futuri regni: [ & ] ipse deus est [ refugium me-  
 um [ ad quẽ refugi, deponẽs arma omnia, q̄bus fuerã  
 indutus: ne in cõgressu suffocarer à Golia, ut tanto põ-  
 dere armorũ pressus, consilium aliter pugnandi apud  
 deum inueni: per quem securus fui contra Goliã:  
 [ susceptor meus ] quia ipse deus in tãta dignitate me  
 suscepit, q̄ cum essem pastor quidam, homo parui ge-  
 neris, fecit me generum Saulis, [ & ] quasi parem ipsi  
 regi: [ liberator meus ] quia ab omni persecutiõe Sau-  
 lis, me liberauit. ¶ Protector meus ] qui oẽm impu-  
 gnationem ipsius Saulis cessare fecit, ueluti in morte  
 Saulis: [ & ] hoc ideo fecit, q̄a [ in eo speraui ] .i. oẽm  
 spem meam in ipso collocaui, [ qui subdit populum  
 Aaa iij meũ ]

1. Re. 17

1. Re. 16

meum] .i. de quo ego unus eram. s. Israeliticum, [sub  
 me] q̄a me regē eorū constituit. ¶ Ostendit q̄ ipse his  
 p̄dictis beneficijs indignus erat, & pariter ois homo  
 liberatione, quam ponit, factam ex uictoria Christi.  
 Continuatio: Hæc oia beneficia mihi fecisti, sed ego  
 his oibus eram indignus: & o [dñe quid est] .i. q̄ uilis  
 est res [homo] cui tam mirabile q̄d fecisti, [quia in-  
 notuisti ei:] innotuit deus hoibus per p̄p̄riã præsentĩ  
 am in aduētu Christi: innotuit prius Dauid interna p̄  
 uisione, quid .i. q̄ cara & pretiosa res est hō: & hoc ideo  
 eo, q̄a innotuisti ei p̄ assumptã humanitatē, q̄ per se  
 uilissimus erat: dico q̄d est hō, [aut filius hois] .i. quã-  
 tã dignitatis, q̄ per se nihil penitus: & hoc ideo: [quia  
 reputas eū] .i. magni pretij facis, quia participē facis  
 eterne beatitudinis. Cū dicit hō, intelligit primū parē-  
 tē, hoīem, q̄ non carnali cōcupiscentia creatus fuit, q̄a  
 deus de limo terræ eū formauit. Cum autē dicit, filius  
 hois, uilitatē oīs generatiōis oñdit, ac si diceret: Qua-  
 liscunq̄ esset hō, uel in carnali cōcupiscentia natus, uel  
 nō, per se nihil erat. ¶ Ideo dico q̄d est [homo] quia  
 [similis factus est uanitati] .i. leui, uanæ, & cito trans-  
 itoria rei: factus ideo dicit, quia creatus fuit in p̄fecti-  
 one & stabilitate, sed ipse uiolans obedientiã, fecit se-  
 ipsum uanū, mortale & transitorium, & de malis suis  
 non inculpat creatorē: bene dico uanitati, q̄a umbra si-  
 milis factus est: & hoc dicit: [dies eius sicut umbra p̄-  
 tereunt.] ¶ Modo ostendit quō deus, qui erat tantæ  
 dignitatis, innotuit, q̄a descēdit, & carnē nostrã assum-  
 psit. Cōtinuatio: Homo uanitati similis factus est, sed  
 tu [dñe] uerbū, [inclina cælos tuos] .i. humilia cœ-  
 lestia, ueluti angelos sanctos, quos deus humiliauit,  
 cum humanitatem nostram eis præfecit, & eos q̄ pri-  
 us erant soliti adorari ab hominibus, fecit seruitores  
 homi-

Gene. 1.

hominum: inclina dico, [ & descende ] id est, carnem nostram tibi adiūge: de quo descensu Apostolus ait: **Philip.** Cum in forma dei esset, ex inaniuit semetipsum, formam serui accipiens: descende dico, & sic [ tange mōtes ] id est, potentes & superbos huius uitæ, aspira interius, [ & fumigabunt ] id est, gemitus magnos & lachrymas ex igne piæ compunctionis emittent. ¶ Dico descende, & etiam [ coruscationem ] id est, dicta prophetarum, & aliam diuinam scripturam, quæ in se ipsa est lucens & coruscās [ fulgura ] uel fulgora, utriūque enim dicitur, id est, manifesta, [ & ] per hoc [ eos ] id est, montes prædictos [ dissipabis ] id est, à massa peccatorum separabis, quia aliqui ex illis saluabuntur, [ emitte sagittas tuas ] id est, apostolos tuos, qui corda hominum transfigunt amore dei, [ & conturbabis eos ] montes ad bonum, quia mouebuntur ad penitentiam. ¶ Conuertit se ad patrem. Tu domine fili dico descende, & tu dñe pater [ emitte manum tuam ] id est filium tuum, per quem tu omnia operaris, [ de alto ] .i. de sublimitate, in qua es, & [ eripe me ] de potestate diaboli, [ & libera me de aqs multis ] .i. de inundantia malorū, [ & de manu ] .i. de potestate [ alienorū filiorū: ] alieni dicuntur à nobis filij diaboli. Ideo opus est ut eripias ab eis, quoniam ipsi sunt, [ quorum os locutum est uanitatem ] .i. quamlibet contra diuinam sententiam: [ & dextera eorum ] .i. operatio eorum, quæ melior uidetur eis, est [ dextera iniquitatis. ] ¶ Deus canticū nouum. Pars secunda. Dico eripe, & si hoc feceris, [ cantabo tibi canticū nouum ] .i. annuntiabo per baptismū peccata remitti, ueramq; esse refectiōē corpus & sanguinē Christi, & cætera quæ pertinet ad nouum testamentum: & etiam [ psallam tibi ] .i. bene operabor [ in psalterio ] .i. in spiritali operatione de



superioribus resonare: Psalterio dico [ decachordo ]  
 .i. decem chordis resonante. decem. s. præcepta legis  
 adimplente. ¶ Tibi dico, [ qui das salutem regibus ]  
 id est, remissionem peccatorum. s. fidelibus, qui benere-  
 gunt seipsum: tu dico, [ qui ] inter alios reges [ redemi-  
 sti ] me [ David seruum tuum de gladio maligno ]. i.  
 de potestate diaboli, uel de hæretica persuasione. Vel  
 per David ipsum Christum possumus accipere: q̄ pre-  
 tium sanguinis sui à mortalitate atq; passibilitate redẽ-  
 ptus est: & tu qui pretiũ dedisti p̄ nobis, [ eripe me ]  
 de illo eodem gladio maligno. i. de potestate diaboli,  
 qui dicitur gladius, quia malos à bonorum societate  
 discernit. ¶ Et erue me de manu filiorum alienorum,  
 quorum os locutũ est uanitatem, & dextera eorum  
 dextera iniquitatis. ] ¶ Quorũ filij. Hic describit ma-  
 litiam eorum, quorum in hoc dextera eorum dexte-  
 ra iniquitatis, quia illum solum iudicant beatum, qui  
 abundat his bonis temporalibus. Possumus tamẽ sic  
 allegorice legere: [ Filij quorum ] .i. discipuli sunt [ si-  
 cut plantationes ] quia firmiter adhærent sententijs  
 magistrorum: [ nouellæ ] quia non recipiunt fidẽ pa-  
 triarcharum & prophetarum, sed in suis hæresibus no-  
 uellas sequuntur sectas, & ipsi tales semper perseverant  
 [ in iuuentute sua ] quia ad antiquitatem ueritatis prio-  
 rum patrum nunq̄ redeunt, sed semp nouas sectas se-  
 quuntur, & inueniunt alias nouas. ¶ Filia eorum. ] .i. co-  
 gitationes & prædicationes eorum, quas ex seipsis ge-  
 nerant: quas ideo uocat filias, quia sunt instabiles, nec  
 habent radicem ueritatis: hæ tales filia sunt [ compo-  
 sitæ ] id est, artificiose inuentæ & factæ: & etiam [ cir-  
 cumornatæ ] quia undique rhetoricis coloribus sunt  
 stipatæ, & alijs artibus, [ ut similitudo templi ] ut sint  
 similes templo. i. habitationi dei: similes ideo bene di-  
 cir,

tū, quia ipsi non sunt habitatio dei. ¶ Promptuaria  
 eorum ] i. corda eorum, de quibus ipsi promunt ma-  
 las sententias, sunt [ plena ] id est, redundātia multis  
 malis artibus [ & eructantia ] quia ex nimia plenitu-  
 dine proferunt sententias, sed illæ sunt instabiles, q̄a  
 si impugnētur ab aliquo, illi fugiūt [ ex hoc in illud ]  
 id est, ex ista ratione ad aliam, & item in aliam, & sic  
 instabiliter per multas faciunt diuerticula rationes.  
 ¶ Et opus ē ut me liberes ab eis, ideo, q̄a [ oues eorū ]  
 id est, inferiores, & minus sapiētes, sunt [ fœtosæ ] q̄a  
 multos statim habēt discipulos, q̄a nullus adeo infir-  
 mus inter eos, q̄ nō statim haberet multos sequaces:  
 sed illi tales sunt [ abūdātes in egressib⁹ suis ] q̄a quā-  
 to magis in hærētib⁹ suis multiplicātur, tanto à con-  
 sortio sanctæ ecclesiæ semouētur [ boues eorum ]. i.  
 fortiores & magistri aliorū, sunt [ crassæ ] id est, tem-  
 poralibus desiderijs impinguatæ. ¶ Maceriæ ]. i. ali-  
 cuius artis, uel munitionis eorū [ non est ruina ] quā-  
 tum ad opinionem eorū, qui non æstimant, ut aliquo  
 modo eorum rationum ualeat firmitas impugnari,  
 [ neq̄ trāsitus ] iterum quantū ad eos [ neq̄ clamor ]  
 uerbi dei est [ in plateis ] id est, in laicis desiderijs [ eo-  
 rum. ] ¶ Quia enim per latū huius seculi desiderium  
 defluunt, nō resonat inter eos uerbum diuinum, sed  
 potius [ dixerunt beatum populū cui hæc sunt ] quæ  
 prædicta sunt. i. quæ habent tales filij omēs, &c. Ipsi  
 huiusmodi populū dicunt beatum, sed ego q̄ uerā  
 teneo sentētiā, dico ex mea parte, quia [ populus ]  
 ille est [ beatus, cuius ] est [ dominus ] ille qui ē [ deus  
 eius ] id est, qui creatorem suum elegit sibi dominum  
 cui seruiat. Cum dicit ad literā, oues eorū sunt fœto-  
 sæ, ut eorū notet stultitiā, subdit: abundātes in egressi-  
 bus suis. i. non sunt stabiles huiusmodi oues, sed cito

egrediuntur de uita. i. oēs hōi diuitiē instabiles sunt.  
IN PSALMVM CXLIII.

Titulus Laudatio ipsi Dauid.

**E**Xaltabo ] Hic laudatur ipse Dauid. i. Christus, à propheta qui loquitur, & ipsa laus Christi est materia. Modus: In prima parte dicit se laudaturum deum: In secūda ponit nouem modos, quibus laudet eum, quæ incipit: Generatio laudabit opera tua. In tertia, quæ incipit: Miserator & misericors dominus: explanat modos illos, respondens illis singulis modis laudis. Intendit inuitare ad laudem dei, exemplo sui. Hos septem psalmos, qui sequuntur, cōtinue ponit de laude dei, innuens per hunc numerum, qui ē par numero dierum, per quos totum tempus uoluitur, ut in singulis diebus laudem domino dicamus.

¶ Quasi ita alios inuitaret: Laudate dñm exēplo mei, quia ego [exaltabo te deus meus rex] scđm essentiā annuntiabo alijs dignitatē tuæ essentię, in quantū poterō eā notificare, [ & benedicā nomini tuo ] .i. magnificabo nomē tuū, & hoc [in seculū] p̄sens, [ & in seculum ] subsequentiū huius [seculi] in quo sancti maxime deum laudāt: & sicut monuit nos orare, monet & nos laudare. ¶ Et hoc non semel in uita, sed [p̄ singulos dies benedicā tibi] scđm essentiā [ & laudabo nomen tuū in seculū, & in seculum seculi ] qđ ideo faciendum est, quia ipse [dñs] est [magnus] scđm potentiā [ & laudabilis ] scđm opera & bñficia, q̄ facit filiis suis: & hoc nimis q̄a nullus satis digne potest laudare deum: [ & ] sicut laudis eius non est finis, ita [eius magnitudinis non est finis] q̄a nullus sufficienter potentiā eius enunciare p̄t. ¶ Gñatio. Pars scđa. Ego laudabo, nec ego solus, sed [gñatio] Iudæorū, [ & gñatio ] Gentiū [laudabūt opera tua] .i. ipsū.



attendentes ipsa opera sua: & item ppter potētiā: hoc dicit: [ & potētiā tuā pronuntiabunt ] & hic est alius modus laudandi deū. ¶ Itē [ magnificentiā gloriæ loquentur ] .i. gloriā magnificam: & gloriæ dico [ sanctitatis tuæ ] .i. habitæ de tua sanctitate: & hic est alius modus laudādi, qđ planius ponit Hieronymus, dicens: gloriā maiestatis suæ, & sc̄t̄itatis tuæ loquent [ & mirabilia tua ] id est, miracula quæ fecisti, ueluti in diuisione maris Rubri [ uarrabunt ] & hic est alius modus, & alia causa laudandi. ¶ Et uirtutem terribilium tuorū dicent ] .i. illam tuā uirtutē, in qua tu terribilis appares, ueluti illa quæ facta est in Aegypto de Pharaone & suis: & hic ē alius modus: [ & magnitudinē tuā ] in essentia [ narrabūt ] . ¶ Et hic ē alius modus. [ Memoriā abundantiae suauitatis tuæ eructabunt ] .i. memores de suauissima & abundanti dulcedine tua, ut de reparatione humani generis p gratiā, eructabunt, & p̄nunciabunt eam alijs: & hic est alius modus [ & iustitia tua exultabūt ] .i. cum exultatiōe annūtiabūt. ¶ Et hic est alius modus. Misericors. Pars tertia. Et respōdit ad hoc qđ prius dixit, laudabit opera tua: & explanat quomodo ppter opera laudādu sit deus. Continuatio: Ad proximum ideo debent exultare, eructare, quia [ dñs ] qui in natura sua [ misericors ] est, ipse est etiam factus [ miserator ] .i. exhibēs nobis multas miseratiōes, uelut in priā creatiōe, & maxie in recreatiōe: ad hoc qđ dixit, potētiā tuā, p̄nūtiabūt, cū multas posset oñdere alias dei potētiās, ueluti qđ tenet terrā ita in uacuo, & similia: unā tñ potius elegit, scđm qđ p̄ctōres expectat & cōdonat p̄ctā. ¶ Vñ dicit [ patiēs ] qđ non statim punit, imō expectat cōuersionē [ & multū misericors ] qm̄ quātūcūq; sint magna p̄ctā, & q̄ innumerabilia, ipse tñ cōdonat illi,

qui

qui se humiliat, & ad eum conuertitur. ¶ Contra hoc  
 q̄ dixerat, magnificentiam gloriæ loquentur, respon-  
 det, dicēs illam magnificam gloriā suauem esse ex-  
 plorātibus eam. Continuatio: Dominus est patiens,  
 & cætera q̄ dicta sunt, & ipse [dominus] est suauis ]  
 id est, dulcis & iucūdu[s] [uniuersis] gustātibus ipsum  
 Psal. 33. sicut & alibi dicit: Gustate & uidete, quā suauis est  
 dominus [ & ] in tantum est suauis, q̄ [miserationes  
 eius] sunt [super omnia opa eius] quia præ oībus be-  
 neficijs eius & uirtutibus operat̄, dat nobis alias mise-  
 rationes, id est, remuneratiōes æternę uitæ: opera aut̄  
 quæ à nobis habentur, à deo punientur: diabolus etiā  
 secundum substantiam quia creatura dei est & opus,  
 hanc habebit miserationem, quia in æternū substan-  
 tia non peribit, sed propter nequitiam suam æternis  
 affligetur incendijs: & quia suauis est, sic facit misera-  
 tiones super omnia opera sua, ideo apparet, quod ma-  
 gnificētia eius sit gloria. ¶ Confiteant̄ tibi domine.  
 Ostendit sanctitatem, cum quibusdam iniustus uidea-  
 tur dominus, cū permittat malos in hac uita prospere-  
 rari, & iustos multis incommoditatibus perturbari:  
 q̄ si ita diceret: Quia talia facis [confiteantur tibi do-  
 mine omnia opera tua] id est, causa sint, cur rationa-  
 biles creaturæ te laudent [ & sancti tui benedicant ti-  
 bi ] attendentes sanctam ac laudabilem dispositiōē  
 in tuis operibus, ueluti si fiat serenitas, cum nos plu-  
 uiam expectamus, uel ecōuerso, attendunt hoc à deo  
 sanctificari, & certa dispositione fieri. ¶ Ad hoc respō-  
 det quod supra dixerat, mirabilia narrabunt: & ostē-  
 dit illa mirabilia. Continuatio: Dico sancti benedicēt  
 tibi, & [gloriam regni tui dicent] id est, mundū istū,  
 & firmamentum in quo tu regnas, ostendent glorio-  
 sum & ornatum cum seipso [ & potentiam tuam lo-  
 quent̄

quentur] quia ostēdent te ppria potentia hæc omnia  
 gubernare. ¶ Responder ad hoc: & uirtutem terribi-  
 lium tuorum. Continuatio: Potentiā tuam loquentur,  
 & gloriam regni tui dicent [ur notā faciant filiis ho-  
 minum potentiam tuam] ueluti Petrus & Iohānes,  
 cum claudum sanassent, & omnes mirarentur, dixe-  
 runt non esse opus suū, sed domini Iesu Christi: [ & ]  
 etiam notam faciant [ gloriam magnificentiae regni  
 tui ] id est, q̄ gloriosum, & q̄ magnificum sit regnum  
 tuum. ¶ Ad hoc responder: & magnitudinem tuā nar-  
 rabunt. Continuatio: Bene dico magnificentiam regni  
 tui, quia [ regnum tuum ] est [ regnū omnium secu-  
 lorum ] quia æternū, & in illo regno tuo habes æter-  
 num dominiū [ & ] hoc dicit: [ dominatio tua in omni  
 generatione & generatione. ] ¶ Responder ad hoc  
 abundantiae suauitatis tuæ. Continuatio: Dominatio  
 est in omni generatione, & ipse [ dominus fidelis in  
 omnibus uerbis suis ] id est, uerax, quia fideliter adim-  
 plet, quicquid ipse promisit, [ & sanctus in omnibus  
 operibus suis ] id est, irreprehensibilis, licet uideatur  
 à stultis quædam iniuste disponere. ¶ Per hoc etiam  
 apparet abundantia suauitatis, quia [ omnes qui cor-  
 ruunt ] .i. illi qui proni sunt ad peccandum, [ alleuat  
 dominus ] quia si uelint consentire ei, non perducūt  
 ad actum uoluntatem eius, [ & omnes illisos ] id est,  
 illos, qui iam deciderunt in actū peccati, [ erigit ] con-  
 donādo eis, si uelint pœnitere dādo gratias. ¶ Respō-  
 det ad hoc: iustitiā tuam exaltabūt: & ostendit ipsam  
 dei iustitiā. Continuatio: Quia eleuas, & quia eri-  
 gis, iam [ oculi omnium ] intentiones [ in te sperant do-  
 mine, & tu das escam illorum ] id est, siue spiritualē,  
 siue corporalem, ueluti Danieli in lacu leonū. & hoc  
 [ in tēpore opportuno ] quia etsi nō statim q̄n petitur,  
 digni

Actu. 3.

Dani. 6.



digni aliquid adest, tñ dat quando iudicat opportunum. ¶ Et in hoc etiam iustitia tua apparebit, quia [aperis tu manum tuam .i. large dispensas beneficia tua [& imples omne animal] seruiens tibi ratione & studio [benedictione] .i. in incremento uirtutum. ¶ Iustus] est [dominus in omnibus uis suis] id est, in omnibus dispensationibus [ & sanctus in omnibus operibus suis] id est, in omnibus effectibus ipsarum dispensationum, ¶ Quomodo deus iustus sit, iustus inter bonos, ostendit. Continuatio: Dominus in predictis bonis iustus est, & in hoc apparet quod iustus est, quia ipse [dominus prope est omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum] dico [in ueritate] In ueritate inuocare est, pura & immaculata intentione causa salutis, anime suæ ad dominum clamare, & non superflue, sed id petere, quod anime salutem ualeat conferre. Sed quia Paulus superfluo rogauit, quia remotio stimuli carnis ad anime salutem non erat idonea, ideo non est exauditus a domino: sic inuocantibus prope est dominus, id est, pro misericordia complens quod ipsi petunt. Hypocritæ autem, qui fauorem populæ quarunt, in ueritate deum non inuocant. ¶ Et uere prope est, quia ipse [faciet uoluntatem timendum se] .i. complerit, & si ipsi taceant [ & deprecationem eorum exaudiet] facta uoce continua [ & ] tandem [saluos faciet eos] in æterna saluatione. ¶ Visq; nunc ostendit quomodo deus iustus sit in bonos, nunc deinceps communiter quomodo in bonos & in malos, dicens: [Custodit dñs omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.] ¶ Conclusio supradictarum laudationum. Et quia dñs hæc omnia faciet, quicquid alij faciant [laudationem domini loquetur os meum, & ] exemplo mei [benedicat omnis caro nomini sancto eius] & hic patet intentionior

2. Co. 12

tio. om̄is inquam caro, scilicet, serui & liberi, pueri & senes: & hoc nō ad horam, sed [in seculum] præsens, [ & ] etiam [in seculum] subsequentiū huius [seculi.]

## N PSALMVM CXLV.

Titulus. Alleluia.

**L**Auda anima mea dominum. ] In hoc psalmo est materia laudatio dei, & intendit nos inuitare ad laudem dei exēplo sui. Modus: In prima parte monita anima sua ad laudādum deum, monet alios ne cōfidāt in principibus, id est, uel in dæmone, uel in homine, qui nec sibi, nec alijs salutem possunt præstare. In secūda, quæ incipit: Beatus cuius deus Iacob: ostendit sperandum esse in dño, describēdo eum ralem, qui digne remuneret sperantes in se. ¶ Quasi ita diceret: Superior ratio regens & premēs carnalitatem suā, o [anima mea] .i. animalitas, q̄ mihi debes seruire [lauda dñm] anima autē bene cōfortata dicit: [laudabo dñm in uita mea] .i. in alia uita, q̄ mea propria & felix erit [psallam] .i. bñ operabor [deo meo quā diu fuero] .i. p totum tēpus istius uitæ. ¶ Et eodem mō uos alij psallite exēplo mei: illud consiliū qd mihi tribuo debetis in seq. .i. [nolite cōfidere in principibus] .i. in dæmonibus, q̄ sunt principes istius mūdi: Vnde in Euāgelio: Ecce princeps huius mūdi eijcitur foras [neq; in filijs hoīm] .i. in hominibus, [in q̄bus] tam principibus q̄ hoīb; [non est salus] q̄a se ipsos saluare nō possunt, nedū alios saluarent: uel si ne neq; sic dicitur: Nolite confidere in principibus. .i. in potētib; hoīb; huius uitæ, q̄a ipsi sunt filij hoīm: & hoc est, in filijs hominū, &c. ¶ Benedico qd in illis non est salus, quia [spūs eius] hoīs [exibit] a corpore, [ & ] ille homo secundum corpus [reuertetur in terram

Iohā. 13.

terram ] ut cinis fiat: terram dico [ suā ] unde ipse fue-  
 rat factus, & exordium duxerat: & [ in illa die ] quādo  
 sic exhibit spiritus, [ cogitationes eorum ] quia sibi di-  
 uinitas parandas, & maxima regna substernenda puta-  
 uerant, ut rex angelorum, [ peribūt. ] ¶ Pars secūda.  
 In filijs hominum non est sperandum, cum nec se, nec  
 alios iuuare possunt, sed in illo sperādum est, qui dat  
 beatitudinem, & facit cetera quæ sequuntur: & hoc  
 est: Ille est [ beatus, cuius ] est [ deus iacob ] id est, qui  
 sibi facit deum eum, quem habuit iacob deum: & ille  
 deus est [ adiutor eius ] ad bene operādū: ideo quoq;  
 est beatus, q̄a [ spes eius ] est [ in domino deo ipsius ]  
 in quo sperandum est bene, quia ipse est [ qui fecit cœ-  
 lum & terram, mare ] ad literam, & ut remoueat erro-  
 rem quorundā, qui dicebant quasdam bestias factas  
 esse à diabolo, dicit, [ & omnia quæ in eis sunt ] fecit  
 ipse deus: dicunt namq; rustici, q̄ diabolus caprā fecit,  
 aliq; bufonem: & cum omnes laudationes dei trahan-  
 tur à supra dictis in alio psalmo nouem modis, istud  
 respicit ad opera. ¶ Ideo etiam sperandum est in eo,  
 quia ipse est [ qui custodit ueritatē ] id est, implet p̄-  
 missionem suam, [ in seculum ] id est, per omnia tem-  
 pora istius seculi: & illud pertinet ad hoc quod supe-  
 rius dixit: abundantiae suauitatis: & ipse [ facit iudiciū  
 iniuriarum patientibus ] quia quandoq; iudicauit eos,  
 [ dat escam esurientibus ] & spiritualem, & corpora-  
 lem: non em̄ dat spiritualem refectionem nisi esurien-  
 tibus, id est, desiderantibus. s. sitiētib; iustitiam: &  
 hæc duo pertinent ad iustitiā. ¶ Iste etiam [ dominus  
 soluit cōpeditos ] ligamine peccatorū, uel obsessione  
 dæmoniorum. s. dæmoniacos: uel ad literam compe-  
 ditos, sicut Petrum in carcere [ dominus ] etiam [ illu-  
 minat cecos ] id est, ignorātib; dat cognitionem <sup>sui</sup>  
 uel



uel ad literam, sicut Tobiam, & alios multos. ¶ Dominus erigit elios ] condonando peccata, [ dominus diligit iustos ] quia roborat in uirtutibus, ¶ Dominus custodit aduenas ] id est, illos qui in hoc mundo manentem ciuitatem non quærunt, sed inquirunt æternam, quos custodit à perpetracione, & iniquorum cõformitate, [ pupillum ] id est, illum, cuius pater mortuus est diabolus, & mater uoluntas secularis: [ & uiduam ] id est, illos q̄ sunt desolati à subsidio huius seculi, [ suscipiet ] in æterna tabernacula, [ & ] econtra [ uias peccatorum disperdet ], .i. inutiles faciet. ¶ Hæc quæ modo dicta sunt, abundantiam suauitatis ostendunt. Continuatio: Dominus disperdet uias peccatorum, & iste [ dominus regnabit in secula: ] & determinat quem dominũ regnare dicat, sic, o [ Sion ] id est, o ecclesia, iste est [ deus tuus ] qui sic regnabit [ in generatione ] hac, [ & in generatione ] futura.

## IN PSALMVM CXLVI.

## Titulus Alleuia,

**L**audate dominum, quoniã. ] Item in hoc psalmo materiam habet propheta laudationẽ dei: hanc scilicet, quod deus congregat ecclesiam suam in unionem fidei de uniuersis partibus mundi. Nota quod in titulo huius psalmi apponunt Aggæi & Zachariæ: isti enim in captiuitate Babylonix detenti, reditum post septuaginta annos futurum prophetauerunt, plus intelligentes spirituales reditum ad cælestem Hierusalem, quã corporalem ad suam patriã. Modus: In prima parte monet religiosos & perfectiores de ecclesia ad laudem domini, ostendens qd deus ecclesiam suam de dispersis per totum mundum ædificet, & multa beneficia eis conferat. In secunda, quæ incipit: Præcinite domino in confessione: monet

Bbb alios

alios adhuc negligentes ad laudandum deum, & offe-  
 dit eis, quod in humilibus beneplacat domino, in su-  
 perbis uero non: & per hęc intendit ad laudem dñi in-  
 uitare. ¶ [Inde dicit: [ Laudate dominū ] uoce & ope-  
 ratione, [ quoniam psalmus ] id est, huiusmodi lauda-  
 tio cum bona operatione [ est bonus ] & utilis alicui  
 sic laudanti, [ deo nostro ] qui nō est talis quales sunt  
 dij Gentium, [ sit laudatio: ] non qualiscunq; sed [ iu-  
 cunda ] .i. pura intentione facta, non pro temporalī  
 commodo, sed pro solo deo promerendo, [ decoratq;  
 fit ] id est, ex pura conscientia, quæ non propter pectā  
 facientis uilescat. Audistis enim, quia non est speciosa  
 laus ī ore peccatoris. Alia distinctio potest fieri ī hoc  
 psalmo, sed nō habetur ex autoritate, sic: Laudate do-  
 minum, quoniam bonus est psalmus, sit deo, sed iucū-  
 da laudatio. ¶ Ideo dico laudate, quoniam [ dominus  
 ædificans Hierusalem ] id est, ecclesiam suam, quæ &  
 hic iam pacem sequitur, & tandem deum in omni pa-  
 ce uidebit, & [ congregabit ] in ea ecclesia, non locali-  
 ter, sed spiritualiter, & in unitatem, uel unanimitatē,  
 & in eandem [ dispersiones congregabit Israelis ] fi-  
 dem .i. uiros quos ipse facit Israel dispersos per omēs  
 partes mūdi. ¶ Ille cōgregabit, [ q̄ sanat cōtritos cor-  
 de ] .i. illos, q̄ habēt cōtritū cor & humiliatū cōtritos  
 corde bene determinat, q̄a q̄buscunq; modis corpus  
 affligat, si cor eleuet, nō curat deus afflictiones ipsius:  
 cōtritos uero corde sanat dominus condonando pec-  
 cata, [ & omnes contritiones eorum ] id est, ipsos cō-  
 tritos, & priuatos uera dignitate [ alligat ] dominus,  
 id est, cōsolidat, ut reducat ad pristinam dignitatem.  
 A similitudine medici dicit, qui fracta ossa colligat,  
 ut redintegrentur, & ad antiquam sospitatem perdu-  
 cantur. Alligat autem nos fascia misericordiæ deus, et

cōfert gratias suas, quibus reformat nos antiquo uultui, quem perdidimus peccato primi parentis. ¶ Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat. ] Si ad literam dicatur, magna tamen potentia intelligitur. Possumus tamen allegorice sic dicere: Dominus sanat & alligat contritiones, & sic facit eos stellas lucentes in ecclesia, & multitudinem illarum stellarum numerat, id est, omnes illos numero comprehendit, quia nullum abijcit, sed omnibus prouidet necessaria, & omnibus eis nomina uocat, uel uocans est, unumquenque cognoscit per suam proprietatem, uidelicet, istum cognoscit simplicem, uelut Dauid: illum mansuetum, uelut Moysen: ita & alios per suas proprietates, quas ipse idem in eis operatus est, has tales proprietates significat per nomina: quia sicut aliquis per nomen distinctam cognoscit personā, ita dominus per has proprietates distinctas cognoscit personas. ¶ Et quia talia facit, ideo [ magnus ] est [ dominus: ] non dico dominus quem gentiles suum faciunt, sed [ noster: ] hic intelligitur persona patris: [ & magna uirtus eius ] intelligitur persona filij, quem uirtutem dei nominat, quia per ipsum deus potenter oīa regit, & omnibus dominatur: [ & sapientiæ eius: ] hic quoq; filius intelligitur: [ non est numerus ] quia infinita & incōprehensibilis est illa dei sapientia. Vel, nō est numerus, quia unica & singularis est: uel, sapientiæ, id est, filij non est numerus, id est, non potest numerari diuersus à patre, quia idem cum patre, secundū Augustinum, qui dicit in hoc sermone: Legimus in sancto Moyse, ideo non est numerus sapientiæ eius, nulla enim alia sapientia potest huic comparari: sed sapientiæ Platonis, & aliorum philosophorum, possunt

Bbb ij alia



aliæ multæ comparari: ipsum filium sapientiam dei dicit, quia per ipsum dominus omnia sapienter fecit & disposuit. ¶ Dico hæc prædicta facit dominus, & hoc non quibuslibet, sed mansuetis: hoc dicit: [ suscipiēs ] in gloria [ mansuetos dominus, humilians autem peccatores usq; ad terram ] id est, ad appetitum terrenitatis. ¶ Præcinite. Hic habet alia translatio, incipite: in quo intelligimus hoc dictum esse non perfectis, sed negligentibus. Continuatio. Quia dñs suscipit māsuetos, & alios repellit, ergo [ præcinite ] id est, nolite esse negligentes, & expectare iudicium, sed statim præcinite [ domino in confessione ] id est, cōfitendo peccata: [ psallite ] etiam deo nostro in cithara ] .i. operibus corporis, scilicet, in actiuauita. ¶ Qui operit cælum ] id est, diuinam scripturam, quæ continet arcana dei, [ nubibus ] id est, quibusdā ænigmatibus, uel obscuris figuris prophetarum, ut non pateant omnibus secreta cœlestia, [ & ] tamen in nubibus illis [ parat terræ ] id est, ecclesiæ, [ pluuiam ] id est, spiritualē doctrinam: parat bene dicit, quia deus ita aliquādo aperit scripturas, ut fideles sui inde reficiantur. ¶ Ipse qui dem aperit, [ qui producit in montibus ] id est, altioribus uiris, ueluti sanctis apostolis, [ fœnū ] id est, solidatum cibum, ad sustentationem maiorum & fortiorum: [ & herbam ] id est, teneriorem cibum, scilicet, suauem & humilem doctrinam, sicut dicit Apostolus: Sapientibus sapiētiā loquor. Et alibi: Lac uobis dedi potum, non escam. Vel per montes potentes huius seculi intelligimus, in quibus deus præparat ad opus prædicatorum, & quorumlibet seruientium sibi, fœnum, id est, asperiores cibum: & herbam, id est, mitiorem: quia quandoq; dat prædicatoribus suis panem tantum & aquam, aliquando bonos pisces: & hæc oīa

[ serui-

1. Cor. 2.  
& 3.

[seruituti hominum] id est, seruatoribus hominū. s. prædicatoribus, & cæteris ministris ecclesiæ, q̄ reuera seruiunt hominibus, dum nocte dieq̄ deum pro ipsis orando interpellant. ¶ Qui dat] etiam [iumentis] id est, mansuetis, qui iam non recusant onus diei portare, [escam ipsorum] id est, eis conuenientem, tam spiritualem, quàm corporalem, [ & pullis coruorum ] .i. filijs gentiliū, qui sunt corui, id est, denigrati in peccatis: non similes malis patribus eorum, sed [inuocantibus eum] .i. degenerantibus à nigredine patrum: sicut etiam deus ad literam pullos curuorum, quos patres deserunt, pascere à rore aëris dicitur, quandiu albi sunt, & donec sibi assimilantur. ¶ Et iste dominus [non habebit uoluntatem] id est, beneplacitum, [in fortitudine equi] id est, in superbis [nec in tibijs uiri] contumacis, id est, in gambis gracilibus & habilibus ad bene calceandum. s. in cultu corporis, quæ per unā partem. s. per crura significat, [beneplacitum erit ei] Alia translatio habet, in tabernaculis uiri: & per hoc notamus conuentus superborū. ¶ In talibus non est beneplacitum domino, sed [beneplacitum est domino super timentes eum:] & quia timent eum, ideo cessant à malo, [ & in eis qui sperant: ] non in meritis, sed [super misericordia eius] & ideo bene operantur.

## IN PSALMVM CXLVII.

Titulus. Alleluia Aggæi & Zachariæ.

**L**auda Hierusalem dñm. ] Ecclesiam quam superius ostendit de dispersione istius seculi à domino congregari, iam congregatam, & in cœlestibus collocatā, monet in prima parte deum laudare de tāta pace, & tanta securitate. In secunda, q̄ incipit: Qui emittit eloquium: oñdit multa beneficia, q̄ deus fecit nobis in hac uita, ut p̄ hoc nos securos reddat de

securitate æterna. Intendit aut, ut etiã in alijs, monere nos ad laudẽ dei. ¶ Vnde dicit: [Lauda Hierusalẽ dominũ] quæ iam es posita in securitate æterna: & o [Sion] quæ iam specularis, [lauda deũ tuũ.] Eandẽ uocat Sion & Hierusalẽ: sed Sion inquantũ diuinã p̄sentiam contẽplãt, Hierusalẽ inquantũ cum deo regnat, & in pace & in trãquillitate p̄petua collocatur. ¶ Ideo lauda, [qm̄ cõfortauit seras portas tuarum] .i. te collocauit in securitate: portas d̄r habere æternas Hierusalẽ, p̄pter aditũ: cõfortatas d̄r habere seras, q̄a nullus post diẽ iudiciũ intrare poterit in eam: seras inq̄ cõfortauit, [ & filijs tuis in te ] existẽtibus, [benedixit:] oĩmoda b̄ndictiõẽ. ¶ Benedixit ille, [qui posuit fines tuos pacẽ] q̄a etiã inter eos qui erunt in ultima mansiõẽ, erit pax & exultatio: [ & satiat te adipe frumẽti ] .i. ipsa diuinitate Christi. ¶ Qui emittit eloquiũ. Pars secunda. [Qui emittit eloquiũ suum] .i. filiũ suũ: [terrã] .i. in mundum: & [sermo eius] eloquiũ, uel ipseus dei. s. prædicatio, [currit uelociter] .i. diffunditur per totum mundũ. ¶ Qui [etiã] [dat niuẽ] .i. frigidos & induratos in p̄t̄is, [sicut lanã] ut alios doct̄ina sua calefaciant, & [nebulã] .i. excæcatos multa ignorantia, [spargit] .i. illuminat & diuidit à massa perditõr, [sicut cinerẽ:] q̄a sicut cinis infusus sup̄ terrã, impinguat eam, & facit fructiferã, sic ipsi qui prius erant nebula, illuminant alios, & faciũt fructificare. ¶ Mittit etiã [cristallũ suum sicut buccellas] .i. illos qui p̄ multos annos erant frigidi, & obdurati in p̄t̄is, sicut buccellã panis, ut sint alijs refectio hominibus, sed [ante faciẽ frigoris eius] .i. ante illos, q̄s deus iusto iudicio suo in p̄t̄is obdurat, [quis sustinebit?] .i. qs poterit persistere, quin statim cõsentiãt eis: sicut ante Pharaõnẽ Moyses uix potuit p̄sistere, q̄a eius cor erat induratum.



eum. ¶ Nullus inq̄ poterit sustinere ante faciē frigidis, sed deus [emitter uerbum suum] prædicationis, [ & ] p̄ eam [liquefaciet ea] niuem scilicet, & crysallum, & alia quæ prædicta sunt, [spiritus eius] .i. spiritus sanctus, [flabit] super eos: [ & ] etiam [fluent aquæ] id est, doctrinæ multæ exhibunt de populo illo. Vel hic ostendit authoritatem, quia deus mittet uerbum in Iudæa, quia sic fuit prænūtiatum. ¶ Ipse emitter spiritum, [qui] per præsentiam corporis [annuntiat uerbum suum] id est, prædicationem & doctrinā suam, [Iacob] populo illi, & annuntiat [iustitias] .i. quomodo fiant homines iusti, [ & iudicia sua ] id est, quomodo tempore omnia disponat: quo iudicio alios eligit, alios reprobat, [Israel] populo illi per præsentiam corporis. Vel, annuntiat uerbum suum per apostolos, & alios prædicatores: & iustitias & iudicia sua Iacob & Israel, id est, illis qui faciunt se similes Iacob, id est, luctatores: & Israel, id est, illis qui sunt uidentes deum. ¶ Hæc fecit Iacob, [non] autem [fecit] taliter omni nationi] scilicet [iudicia sua non manifestauit eis.]

## IN PSALMVM CXLVIII.

Titulus Alleluia Aggæi & Zachariæ.

**L**Audate dñm de cœlis. ] Hic iterum habet ppheta materiam laudem dei. Modus: In prima parte monet cœlestes creaturas ad laudem dei. In secunda, quæ incipit: Laudate dominū de terra: admonet terrestres creaturas ad laudem ipsius dei, que laus in alia uita plenius & perfectius fiet: & omnes ad laudē inuicare est sua intētio, dicens: ¶ Vos creaturæ [de cœlis] .i. cœlestes creaturæ, [laudate dñm:] & nō tñ uos inferiores, sed etiam uos qui estis [in excelsis] .i. Cherubim & Seraphim [laudate eū:] nō ideo inuicat

angelos ad laudem dei, ut aliquādo cessent, uel eo momento magis laudent, sed sic admonendo, ostendit affectum suum, scilicet quod sibi grata est laus eorum. ¶ Laudate eum omnes angeli eius ] id est, uos quos ipse mittit ad legationem suam in mundum: & uos [ omnes uirtutes eius ] scilicet, qui nuntij non estis, [ laudate eum. ] ¶ Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ, & ] quid per singula: uniuersum [ lumen ] laudet eum. Si sol dicatur habere spiritum, & luna, & cæteræ stellæ, per se possunt deum laudare: si non, bene te laudant, quia sunt materia quare te laudamus. Nō quia uirtutes unius sunt, & tamen quandoque pro omnibus ponuntur, ut hic: quia longum est sibi omnes enumerare. ¶ Laudate eum cœli cœlorum ] propter hoc dicit, quod multos intelligit, [ & aquæ quæ ] in rei ueritate [ sunt super cœlos ] unde nobis pluuia descendunt per cataractas cœli, [ laudent nomen domini ] id est, materia nobis sint laudandi deum, attendentes inter cætera, quod cum illæ aquæ quæ spissi corporis sunt, teneantur subtilissimo corpore cœli, ualde mirari possumus, & à laude dei cessare non debemus. ¶ Ideo laudate, [ quia ipse dixit ] id est, uoluit, [ & facta sunt ] omnia, id est, ordinata de compositione quatuor elementorum: & etiam ipsam materiam fecit: & hoc est: [ ipse mandauit ] id est, firmiter statuit, [ & creata sunt ] etiam ipsa elementa, unde postea cætera ordinauit. In hoc uersu bene ait contra illos, qui dicunt mundum deo coæternum. ¶ Ipsa elementa inter cætera ordinauit, postea ea quæ fecit, [ statuit ea ] permanens in seculum ] id est, per totum tēpus præsentis uitæ, [ & in seculum ] subsequentiū huius [ seculi ]. Cum dicatur in euangelio: Cœlum & terra transibunt, & hic dicantur permanere, non tamen sunt cōtraria, quia nō dicuntur

dicuntur transire secundum substantiam, sed p̄ solas  
 qualitates: & illis ita staturis [præceptum posuit, &  
 non præteribit] præceptū illud, quia sicut disposuit,  
 sic adhuc permanēt. ¶ Laudate dominum. Pars sc̄da.  
 Vos cœlestes sic laudate, & etiā uos [de terra] id est,  
 terrenæ creaturæ [laudate dominum.] Eligit qual-  
 dam nonas creaturas, in quibus uidet multos homi-  
 nes accusare deum, & iniustū reputare, & proponit  
 nobis, quia si quis dispositionem dei cognoscat, in eis  
 eum intelligit, sicut in alijs esse laudandum: & inde di-  
 cit [dracones] laudate dominum, per q̄s ut uidemus  
 deus punit hostes suos ex meritis. Vel secundum Au-  
 gustinū, dracones. i. uia illæ subterraneæ, q̄bus dra-  
 cones incedunt, & maxime in quibus est aqua, quia  
 igneæ naturæ sunt, & ibi refrigerant ardorem suum:  
 [ & omnes abyssi ] id est, profunditates maris, in qui-  
 bus deus punit inimicos, laudate dominū. i. præbete  
 nobis materiā laudis, &c. & quicquid sit in hac uita,  
 licet iniuste uideatur esse facta, in alia quidem, q̄n̄ co-  
 gnoscemus quo consilio dei sint facta, erūt nobis ma-  
 teria laudis. ¶ Ignis ] etiā. i. combustio solis maxima,  
 & [ grando ] quæ contundit segetes, & multis mo-  
 dis nocet [ nix ] etiā, & [ glacies, spiritus procellarū ]  
 id est, magnus uentorū impetus, qui dimergit naues  
 in mari, & uindicat deum de nautarū iniquitate, præ-  
 beant nobis materiam laudandi deum: quamuis hæc  
 omnia uideantur stultis à deo iniuste facta, tamē de-  
 bent nobis in hoc præbere materiam laudādi [ quæ  
 faciunt uerbum eius ] id est, per omnia seruiunt uolū-  
 tati eius dei. ¶ Montes & omnes colles, ligna fructi-  
 fera & omnes cedri ] præbeant nobis materiā laudis.  
 ¶ Bestiæ ] id est, leones & ursi, & cætera indomita ani-  
 malia, s. crudeles bestiæ, [ & uniuerſa pecora ] ut bo-



ues & cætera animalia domita. s. præbeant laudē deo per rationalem creaturā, [serpentes & uolucres pennatæ] Supradicta omnia ad literā intellecta, hoc mō, ut dictum est, laudent deum. s. q̄ præbeant nobis materias laudādi deum: possunt etiam allegorice sic discuti. Per dracones namq; & abyssos, & cætera prædicta, significantur mali secundum diuersa genera malorum quæ sunt in eis. Dracones, id est, crudelissimi homines: abyssi, id est, profundissimi in uitijs: ignis. i. illi q̄ in ardore cōcupiscentiarum sunt: grando, id est, illi, qui contundunt sanctos suis tribulationibus: nix, id est, frigidus in peccatis: glacies, id est, congelati frigore infidelitatis: spiritus procellarum, id est, homines facientes procellas. i. persecutiones in sanctos, fugando de loco ad locum: qui omnes faciunt uerbum dei, cum redeūt ad fidem & ad legem dei. Montes, id est, superbi: & colles, id est, minus superbi: ligna fructifera, id est, fructum bonorum operum reddentes: cedri, id est, odorem spiritualium uirtutum in se habentes. Bestiæ. i. syluestres. s. rudes & imperiti: & pecora. i. mansueti serpētes. i. uenenati hoīes, ut hæretici & uolucres. i. philosophi, q̄ habent pēnas. i. sapiētias diuersorum librorū, per quas dicūtur uolare. i. excellentiores alijs esse: isti oēs mali conuersi laudant dñm. i. de his omibus eligit sibi dñs aliquos q̄ in futura uita in quiete collocati laudabunt dñm. ¶ Reges terræ & omnes populi] sicut consules, [principes & omnes iudices terræ.] ¶ [iuuenes & uirgines]. i. diuersi sexus [senes cū iunioribus]. i. diuersæ ætates, [laudent nomē dñi, quia exalratū est nomē eius solius] sicut ait Apostolus: Donauit illi nomē, qd est super omne nomē. ¶ Quid per singula? [cōfessio eius] dei. i. laus debita ipsi deo, est [super cœlū & terrā] q̄ nec cælestes, nec terre

terrenæ creaturæ possunt eū sufficiēter laudare [ & ] ille deus [ exaltauit cornu populi sui ] .i. altitudinē: quia licet in hac uita altitudinem aliquā habeat, tñ ipsa altitudo p̄ multas aduersitates deprimitur: sed in alia uita ita exaltata erit, q̄ nulla aduersitate poterit deprimi. Et [ omnibus sanctis eius ] sic exaltatis, est [ hymnus ] .i. laus cū cantico, q̄ sine intermissione laudat dominum: sanctis dico. s. [ filijs Israēl ] & non dico carnalibus filijs, sed [ populo appropinquanti sibi ] deo scilicet, facienti se similem ipsi deo.

## IN PSALMVM CXLIX.

Titulus. Alleluia.

**C**Antate dño canticū nouum. ] Hic est itē materia laus dei. In prima parte monet sanctos iā in æterna quiete habitantes laudare deum. In secunda, quę incipit: Exultabunt sancti: describit gaudium & potestates quas ipsi sancti in alia uita habebunt: & inuitat nos ad laudem, sic dicens: Vos Israel iā uidentes deū in illa æterna Hierusalē, [ cantate ] illi [ dño ] de creatione cœli & terræ &c. [ canticū nouū ] .s. de reparationē quā fecit deus p̄ incarnationē filij sui: nec moneo omnes ad laudem eius, quia non est speciosa laus in ore p̄ctōris, sed sit [ laus eius in ecclesia ] in collectione [ sanctorū. ] Non tñ moneo cātare, sed etiā letetur Israel .i. perfectiores, in eo qui fecit eū [ quia iam eo præsente fruitur: [ & filix Sion ] id est, fragiliores illi & minores, [ exultent in rege suo ] quem præsentem habent, & quo reficiuntur. Vel filix dicitur ut utrūq; sexū cōprehendat: cōtra illos, q̄ dicūt fœmineum sexum non esse redemptū. ¶ Laudēt ] etiā [ nomen eius in choro ] id est, in cōcordia, & [ psallant ei in tympano & psalterio ] non quia in superna patria his instrumentis utantur, sed gaudebunt de remuneratione quam habebunt de eo, quod hic fuerunt

Ecclī. 19

tympanum & psalterium. Per psalterium intelliguntur illi, qui spiritali operatione deo seruiunt, sicut contemplatores. Per tympanum, quod fit per corium mortui animalis, intelliguntur illi, qui seipsum morti tradunt pro ueritatis testimonio, sicut sancti martyres. Nota quia chorus est uariarum uocum placens concordia, quae concordiam charitatis significat, in qua laudandus est deus, ut ait Apostolus: Omnia uestra in charitate fiant. Vel chorus est musicum instrumentum, cuius chordae compares uoces, nec discordes reddunt: & possumus hic notare principales uirtutes: fidem, cum dicit: Laus in ecclesia sanctorum: spem, cum dicit: Latetur Israel: charitatem, cum dicit: Laudent nomen eius in choro.

¶ Cōtinuatio: Ideo psallite, &c. [quia beneplacitum est domino] in habitatione illa [in populo suo] quia nihil inuenit in eo, unde offendatur [ & ] propter hoc etiam psallant, quia [exaltabit mansuetos in salutem] aeternam. ¶ Exultabunt. Pars secunda. Item [sancti] illi sic exaltati [exultabunt in gloria] & [laetabunt] non exteriori canore, sed [in cubilibus suis] id est, in conscientijs. ¶ Et non tantum interiorius exultabunt, sed etiam exteriorius: & hoc dicit: [exultationes dei]. id est, laudes dei cum exultatione factae, erunt [in gutture eorum] id est, in corpore & ore [ & in manibus ] id est, in potestatibus [eorum] erunt [gladij accipientes] id est, uerbum dei, quo ipsi incident, & separabunt bonos a malis: qui gladij sunt accipientes, quia utraq; parte incident, ueteri .s. & nouo testamento: uel quia in hac uita separant uitia & a corpore, & ab anima. Gladij pluraliter dicit, quia singulae personae utentur gladio illo. ¶ Ad quid erunt gladij in manibus? [Ad faciendam uindictam in nationibus] id est, in illis, qui legem non habuerunt: & ad faciendas [increpa-

1. Co. 16

Matt. 13  
& 25.



crepationes in populis ] qui male usi sunt. ¶ Et [ ad al-  
ligandos reges eorum ] populorū [ in compedibus ]  
id est, in æternis pœnis, ex quibus nullo modo pote-  
runt se exoluerē [ & nobiles eorū ] id est, nobiliores  
de omnibus [ in manicis ferreis ] quia punientur ma-  
nibus eorum, quibus in præsentī uita malum & iniu-  
rias intulerunt. ¶ Quid singula enumerē? Ad hoc gla-  
dium habebunt in manibus [ ut faciāt in eis ] regibus  
& populis [ iudicium cōscriptum ] id est, iudicēt eos  
secūdum hoc quod in prophetis & alijs libris scriptū  
est: ueluti cum dicent: Discedite à me maledicti in  
ignem æternum: & [ hæc gloria ] non est tantum  
sanctis apostolis uel summis sanctis, sed [ omni-  
bus sanctis eius ] erit, quod habebunt hanc potestatem  
consentiunt enim diuinæ sententiæ, ut quotidie fit  
in sancta ecclesia. Excōmunicat quidem episcopus, ut  
os ecclesiæ, cui consentit ecclesia tota, dicens, amen.

Mat. 25.

## IN PSALMVM CL.

Titulus. Alleluia.

**L**Audate dominum in sanctis ] Hic iterum inui-  
rat propheta ad cantandū alleluia, non adhuc  
tendentes ad patriam, sed iam positos in thala-  
mo regis, iam gaudētes nuptijs, iā conformatos ima-  
gini dei, ad quod admonuerat à principio libri. Ma-  
teria est laus dei, iam quidem nuptialis. ¶ Et ostēdit  
unde debeāt laudare dominum, & quomodo, dicēs:  
[ Laudate dominum in sanctis eius ] id est, in conside-  
ratione sanctorum, quos ipse misericorditer iustifica-  
uit, & mirabiliter remunerauit [ laudate eum ] etiam  
[ in firmamento ] id est, in consideratione firmamen-  
ti, s. q̄ nos ita firmauit, & in tāta requie collocauit, q̄  
iam nullus, neq̄ homo, neq̄ diabolus poterit aliquo  
modo nocere firmamēto [ uirtutis eius ] dei. s. quod  
ipse

ipse deus cum magna uirtute fecit, Ad hoc enim ut nos  
 in illa requie collocaret, & imagini suae conformaret,  
 fecit filium suum incarnari, & etiam mortis tormēto affligi  
 ¶ Laudate etiam [eum in uirtutibus eius] .i. de hoc  
 quod ipse tradet regnum deo patri: & habet alia transla-  
 tio, in potentatibus eius: [laudate] quoque [eum secun-  
 dum multitudinem magnitudinis eius:] sicut magni-  
 tudo dei sine fine est, ita sine fine laudate eum: in hac  
 uita enim, quae breuis est, & finem habet, non potest  
 laudari deus secundum suam magnitudinem. Ostenso unde  
 fit laudandus deus, ostendit quomodo fit laudandus, dicens:  
 [laudate eum in sono tubae.] Per tubam, quae hortat homines  
 ad bellum, uel ad festiuitatem, intelliguntur sancti praedica-  
 tores, qui nos hortantur ad pugnam contra uitia, & deo  
 festiuitatem celebrare: quasi ita diceret: Vos sancti praeco-  
 nes laudate deum de premio uestrae tubae, & uestrae ex-  
 hortationis: [laudate eum] similiter [in psalterio &  
 cithara] .i. de remuneratiōe psalterij. i. contemplatiue,  
 & pro premio actiue uitae, quae per citharam significatur,  
 sicut ante ostensum est. ¶ Laudate eum in tympano &  
 choro] .i. de premio uestrae mortificatiōis, sicut sancti  
 martyres, qui per tympanum habentur: & pro mercede con-  
 cordiae & unanimiuitatis quam in hac habuistis: quae concor-  
 dia per chorum intelligitur, in quo fit conformis sonus  
 [laudate eum in chordis & organo] Per chordas, quae  
 multum attenuantur & extenduntur, & dulcem sonum red-  
 dunt, intelliguntur illi qui seipsum attenuant affligendo  
 per ieiunia, per uigilias, & alijs modis, & ad deum se  
 semper extendunt, nihil facientes pro favore, sed omnia  
 amore dei, & opibus suis dulcem & iucundam proferunt  
 deo cantilenam. Per organum, in quo multae fistulae unam  
 concordiam reddunt, intelliguntur illi, in quibus multa genera  
 uirtutum ad unum tendunt, & concordia charitatis colli-  
 gantur

gantur. q. d. Laudate eum de premio uestræ attenua-  
tionis, & de p̄mio cōcordiæ, quā in multis habuistis.  
¶ Laudate eū in cymbalis bñ sonātibz, laudate eū in  
cymbalis iubilatiōis. ] Per cymbala ubi duo simul p-  
cuniūtur, intelligūtur illi, q̄ se inuicē exhortātur, ut bñ  
resonēt deo i actiua uita: uel ut iubilēt. i. tārā mēte cō-  
cipiāt lætitiā, q̄ nō sufficiāt uoce exprimere. q. d. Lau-  
date deū, p̄muneratiōe ur̄æ bonę exhortatiōis. qd  
plura? [ oīs spūs laudet dñm ], i. uos oēs facti spūales  
& corpore spūali & subtili. Bñdictus deus. Amē. Lau-  
date eū. ¶ Gloria p̄ri. Iste uersiculus post unūquęq̄  
psalmū cātatur, ideo. s. q̄a unusq̄sq̄ psalm⁹ siue sit ex-  
hortatorius, siue de laude dei tractet, de historia, uel  
q̄cunq̄ mō fiat, semp̄ sit cogitatione trinitatis. Sic igit̄  
exponat̄: [ gloria ], i. fama cū laude frequēter cantet̄  
& p̄feratur a nobis, [ patri, & filio, & spiritui sctō ] ut  
in oībz opibz nostris sp̄ honorificet̄ deus & laudet̄,  
sicut Ap̄tus hortat̄: Siue manducatis, siue bibitis, siue  
aliud facitis, oīa in gloriā dei facite. Tūce q̄dem glo-  
rificat̄ deus in oībz opibz nr̄is, qñ declinat̄es in ma-  
lis actiōibz nr̄is siue cogitatiōibz bñ uolum⁹, & bñ  
opamur: nō terrenorū appetitu, sed cœlestiū affectu:  
& q̄cqd boni agimus, totū diuinæ misericordiæ ascri-  
bimus: nec tñ ideo dico ut gloria sit p̄ri, ut nūc tñ ha-  
beam causas nouas, q̄bus admoneā eū glorificari, sed  
[ sic ], i. p̄ his causis offerat̄ gl̄a [ ut ], i. p̄ q̄bus [ erat ]  
offerēda & reddēda gl̄ia [ in principio, i. añ mūdi cō-  
stitutionē, [ & nūc ], i. in p̄senti, [ & sp̄ ] erit, [ & ] erit  
[ in ] futura [ secula ] cōstātia multis [ seculis, amē ], i.  
fiat, & itē sit. Semp̄ em̄ fuit deus misericors, licet ali-  
quādo nō essent q̄bus misereret̄, sed om̄ipotēs semp̄  
benignus, & qd̄ fuit est & erit, quia immortalis est &  
æternus. Pro his igit̄ oībz & dignū & iustū est ut sp̄ a  
creatur.

1. Co. 10



creaturis honorificetur & magnificetur. Benedictus deus, amē. Sciēdum, q̄ triplex ē modus cogitationū nequam: Vnus earū, quæ deliberatione & proposito peccandi, mentem contamināt: alius earum, quæ delectatione quidem peccandi mentem perturbāt, nec tamen ad consensum peccati pertrahūt: tertius earū, quæ naturali motu mentem percurrentes, non tamē hanc ad patrāda peccata illiciunt, quam à bonis, quæ cogitare debuit, impediunt: ueluti cum phantasmata rerum, q̄ aliquando superuacue gesta uel dicta nouimus, ad memoriā reducimus, q̄rū crebra retractatio quasi importuna muscarū improbitas oculos cordis circūuolare, ac spūalem eius aciē inquietare magis, q̄ excæcare cōsuevit. A cunctis aut̄ his cogitationū neq̄

Pro. 14.

generibus castigari monuit Salomon, cū dicit: Omnia custodia serua cor tuū, qm̄ ex ipso uita p̄cedit: cuius monita sequētes, agamus solícite, ut si q̄d consensu p̄petrādi facinoris in animo deliquimus, cito hoc cōfessione, & dignis p̄nitētiæ fructibus abstergamus. Si delectatione peccādi nos tētari senserimus, noxiā delectationē crebris precibus ac lachrymis, crebra recordatione p̄petuæ amaritudinis pellamus: & si nos solos ad hanc p̄pulsandam sufficere non posse uiderimus, fratrum queramus auxilia, ut q̄d nostris uiribus nequimus, illorū consilio & intercessione sumamus. Multum enim ualeat deprecatio iusti assidua: & sicut

Iacobi. 5

idem p̄misit. Oratio fidei saluabit infirmū, & alleuabit eū dñs, & si in p̄ctis sit, dimittētur ei, q̄a superuacuis cogitationibus ad integrū carere nō ualemus. Has inquitū possumus intercessiōe bonarū cogitationū, & maxie frequēti scripturarū meditatione fugemus.

FINIS COMMENTARII  
IN PSALTE RIVM.

Canti-

## Canticum Esaiæ prophetæ.

Esaiæ. 12

**C**onfitebor. ] Hic ascribitur titulus, Canticū Esaiæ prophetæ, quia Esaias in præcedentibus suæ prophetiæ uerbis casum hominis, & iram dei mitigatam, & hominem ad pristinam dignitatē reparatum per filium incarnatum prophetat. Materia est Christi aduentus. Modus, & ostendit quæ bona ex illo aduētu hominibus proueniant. Intentio est, hortari ad laudem pro incarnatione filij. ¶ Vox filij prophetantis: [ Confitebor tibi domine ] id est, laudabo te, [ quoniam iratus es mihi ] id est, toti humano generi, culpa parentis, & [ conuersus est furor tuus ] id est, ira tua dimittendo peccata, [ & consolatus es me ] spe æternæ beatitudinis: non ideo confitetur, & iratum fuisse intelligit, sed quia de ira ad misericordiam conuersus sit. ¶ Ecce ] ira consolatus es me, & [ deus ] iratus prius, modo factus es [ saluator meus ] ab originali peccato mundans, ideo deinceps [ agam ] id est, promouebor in uirtutibus [ fiducialiter ] id est, securus sum de præmio, si quid boni gesserō, [ nō timebo ] diabolum, uel peccatum quod habitat in mortali corpore, quia iste saluator refrenabit utrumq;. ¶ Ideo non timebo, [ quia dominus fortitudo mea ] est contra illa, [ & est laus mea ] id est, faciet me laudabilē in æterna uita: [ & ] hæc omnia ideo sunt mihi, quia creator [ factus est ] ualens creaturæ [ mihi in ] æternam [ salutem. ] ¶ Haurietis. Conuertit se ad illos, qui erant in tempore incarnationis: quasi dicat, Ego in ænigmatē prophetico spiritu saluādum me uideo, uos autem aperte [ haurietis aquas ] doctrinæ & baptismatis [ in gaudio ] spirituali, [ de fontibus ] id est, de multiplici abundantia [ saluatoris, & ] alter alteri [ dicetis ] & ad-

Ccc mone-

monebitis alios [in illa die] incarnationis, [confite-  
mini domino, & inuocate nomen eius] .i. præparate  
uos dignos ad inuocandum. ¶ Notas facite. Hoc etiã  
dicetis: [Notas facite in populis] prædicando [adin-  
uentiones eius] .i. saluationem, & omnem uiam sapi-  
entiæ & scientiæ, quam inuenit & ostendit fidelibus  
suis: & ne uelit nomen dei usurpare uobiscum sicut  
Adam fecit, sed semper [mementote quoniam excel-  
sum est nomen eius] & punit superbos. ¶ Hoc etiam  
dicetis: [Cantate] isti [dño, qm̄] in his [magnifice fe-  
cit] & dignus est laude: & dicetis etiam: [annunciate  
hoc] .i. hanc saluationē, [in uniuersa terra] ubiq; Gē-  
tium, ista salus oēs colligit. ¶ Exulta. Quasi omnibus  
iã est annuntianda, sed tu o [habitatio Sion] .i. o uos  
Iudæi principaliter, [exulta & lauda] ideo, [quia san-  
ctus Israel] id est, ille q̄ sanctificat Israel, est [magnus  
in medio tui] de uobis natus, inter uos conuersatus.  
Canticum Ezechix regis Iuda cum ægrotaret, &  
de infirmitate sua conualuisset.

Esa. 38,

**E**Go dixi. ] Canticum istud est ab Esaia scriptū,  
tamen non nomine eius intitulatur, sed nomi-  
ne Ezechix, qui ab Esaia loquens inducitur.  
Ezechias cum in multis deo deseruaret, in hoc peccã-  
uit, quod excelsa non abstulit, unde à deo graui infir-  
mitate percussus, ab Esaia meruit audire: Dispone do-  
mum tuam, quia morieris tu, & non uiues. Ille ergo gra-  
ui compunctione conuersus ad parietem, peccata de-  
fleuit, & rursus ab eodem Esaia audire meruit, quod  
deus poenitentia illius placatus, quindecim annos ui-  
tæ superinduxit. Postquam igitur Ezechias de infir-  
mitate conualuit, hoc deo canticum liberatori suo ce-  
cinit, in quo & peccati sui & infirmitatis meminit, ut

ex



ex opposito tribulationis, gratior appareat modus liberatiōis. Materia est ipse Ezechias in infirmitate positus, & ab infirmitate liberatus. Modus est, quod ostēdit quare in illam infirmitatem corruerit, propter peccata sua, & qualiter in infirmitate se habuerit, scilicet, quā grauiter pœnituerit, & q̄liter per pœnitēriam purgato peccato, conualuerit. Intentio est, hortari ad pœnitentiam. Norandum est, E saiam in uerbo domini loquentem, & uicinam mortem annuntiantem, Ezechiaē non esse mentitum, quamuis ille conualuit. Dominus enim sub conditione solet loqui, quia dicit: **Morieris, nisi pœnitueris.** ¶ Verba Ezechiaē, recolentis qualiter in infirmitate se habuerit: [Ego] dum infirmarer [dixi] id est, deliberaui, [Vadam ad portas inferi in dimidio dierum meorum] quia dies meos non consummaui in studijs bonorum operum. ¶ Quæsiui, & ideo, quia uidi propter peccata mea, & ante consummatam uitam me in inferno ponēdum, [quæsiui] a domino precibus & compunctiōe cordis, [residuum annorum meorum] ut prolongato uitæ spatio, quod in me imperfectum erat, cōsummarem. ¶ Ideo quæsiui bona, ut perficerem, quia si non perficerē, [dixi]. i. deliberaui, [non uidebo dominū deum in terra uiuentium.] Solebam mihi aggratulari in circuitu illius, qui reparatus est quietem quam Adam perdiderat, sed nō uidebo ultra inter illos, qui sunt terra uiuentiū. ¶ Non uidebo. Expositio præcedentis uersus. Vere non uidebo, quia [non] ad salutē [ultra aspiciā] si modo moriar, [hominem] quē intelligo in humanitate uenturum, [ & ] nō aspiciā ip̄m eundem [habitatore] qui erit habitatio [quietis] Quasi diceret: Veniet quidē ad loca ingertudinis, sed

ramen erit habitator quietis, ultra non moriens. ¶ Generatio mea ablata ē: ] quasi diceret: Et si moriar inconsummatus, ut non perficiam bona, tunc ille egregius de semine meo nasciturus erit, à salute mea ablatus. Vel, generatio piorum & electorum à me est elongata: mea, id est, inter quos me futurum intellexeram, [ & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastoris ] Per simile loquitur, quasi tanta uelocitate remota est à me societas sanctorum, si inconsummatus moriar, quam cito conuoluuntur tabernacula, hoc est, tentoria pastoria, quando mutant pascua. ¶ Præcisa est. Ideo non aspiciã, quia [ uita mea præcisa est ] id est, non perfeci bona, quæ debui, [ uelut à texente. ] Per simile dicit illius textoris, qui priusquã perficiatur tota tela, præcidit partem quam texuit. Et textor meus, scilicet, deus, [ succidit me: ] non dicam, cum iam aliquid texuissem, sed [ dum ordiret adhuc ] id est, dum ad bene agendum me præpararem, succidit me: & præcisam uitam dicit, non quod mortuus esset, sed præ nimia grauitate infirmitatis, quia parum defuit à morte. ¶ De mane usq; ad uesperam finies me. ] Quasi ideo succidit, & quasi mortuum me fuisse, quia præ nimia infirmitate singulis diebus dicebã: O domine de hoc mane usq; ad uesperam finies me: & uesperis [ sperabam ] & dicebã, [ usq; ad mane ] finies mane. ¶ Ideo sic sperabam, quia infirmitas à deo immissa, [ sic contriuit omnia ossa mea, quasi leo ] confringit omnia quæ rapuit. ¶ De mane. Propter oppositam similitudinem de leone, repetit. Et quia similis erat leoni infirmitas, ideo dicebam: [ De mane usq; ad uesperam finies me. ] ¶ Hactenus dictum est de grauitate infirmitatis: & quia propter peccata scilicet contigit, hic de pœnitentia

tia peccatorum incipit, quam in ipsa infirmitate habuit. quasi diceret: Video quidē propter peccata hęc infirmitatem euenisse, sed ad dominū [ sic clamabo ] tota mentis intentione [ sicut pullus hirundinis ] qui maxie os aperit in clamore, & sic etiā [ meditabor ut colūba ] clamando pctā ingemiscā. ¶ Attenuati sunt. Quia pponēbā clamare & gemere, ideo [ oculi mei ] id est, affectiones meę, [ sunt attenuati ] id est, remota crassitudine terrę clariores & subtiliores effecti, & per hoc [ suspicientes in excelsum ] scilicet, in deum directi. Domine. Oculi dico dicētes, [ domine uim ] infirmitatis [ patior ] à simili illius, qui in causa deprimitur, & aduocatum quærit. inde dicit: sed tu [ respōde pro me ] id ē, sis aduocatus meus. ¶ Quid dicam? Quasi admitatus peccata sua, & iustitiam illius, quę inuocat, dicit: Inuoco te ut liberares me, sed [ quid dicam ] ex hoc quod inuoco te? [ aut quid respondebit mihi ] ipse deus? Quomodo fiet ipse deus aduocatus, [ cum ipse fecerit ] hanc mihi infirmitatem propter peccata mea? Quasi diceret: Quāuis intelligo iratū, & pœnam inferentem mihi propter peccata mea, tñ per cordis compūctiōē scio placatum, & me ab infirmitate sanaturum. ¶ Recogitabo. Quasi diceret: Et si responderis pro me & ab infirmitate me suscita ueris, [ recogitabo tibi oēs annos meos ] recōpensando bona p singulis bonis, quę feci in pteritis annis meis, [ in amaritudine animę meę ] .i. in graui cordis cōpūctiōe. Dñe. Proponit infirmitatē carnis nō causa excusatiōis, sed causa facilius impetrandi [ Dñe si sic uiuitur ] & in tāta carnis fragilitate, quę peccatis non potest resistere [ & ] si [ in talibus ] pctis est [ uita spūs mei ] .i. sensualitatis meę, qđ mea caro nihil do-



cer & suggerit nisi p̄ctā, q̄d reuera est: quādiu hō in car-  
 ne subsistit, tūc iuste [corripies]. i. correptū & emen-  
 datū [me] facies per istā infirmitatē, & spatiū emendā-  
 di tribues, [ & ] deinceps [ uiuificabis me ] iustū & san-  
 ctum efficies: & uere debeo corrigi & emendari, si spa-  
 tium prolongatum fuerit, quia [ ecce modo hoc reco-  
 gnosco, quod [ in pace ] dum populus totus pacē ha-  
 bet, & tutus est ab inimicis, est ista [ mea amaritudo ]  
 infirmitatis [ amarissima. ] Dum totus populus me-  
 cum in bellis periclitaretur, non poteram meam cul-  
 pam ita attendere, sed per hoc q̄d solus punior popu-  
 lo incolumi, ideo cōperio hoc ex p̄ctis meis cōrigisse.

¶ Tu autē. Ecce incipit ostendere quō conualuit: quasi  
 diceret: Amaritudo est mihi, [ tu autē eruisti ] indulgē-  
 do spatiū uitæ, [ animā meā, ut non periret: ] & p̄ hoc  
 eruisti, quia [ proiecasti post tergum tuum oīa peccata  
 mea ] obliuioni dedisti cōdonando: ¶ Quia ideo me  
 eruisti, ut ereptus cōfiterer, q̄a aliter nō possem cōfite-  
 ri, q̄a [ non infernus confitebitur tibi, ] Nullus postq̄  
 in inferno est positus, potest te laudare, sic nec ego si  
 ibi ponerer exigentibus p̄ctis, [ neq̄ mors ] .i. aliquis  
 in peccatis mortuus, etiam in hac [ laudabit te ] sicut  
 decet, sic nec ego si in peccatis perseuerarē: & illi [ qui  
 descēdūt in lacū ] .i. in infernum, uel profundū uitiōꝝ,  
 [ non expectabunt ueritatē tuam ] .i. in carne filij tui  
 p̄missam sibi utilē non intelligūt: sic nec ego, si in pec-  
 catis morerer, uel si in p̄ctis perseuerarē, incarnationē  
 filij tui futurā non intelligerē mihi profuturā. ¶ Vi-  
 uens. Illi non confitebuntur, sed [ uiuens ] .i. solus in  
 uirtutibus [ uiuens ] in præsenti, & in beatitudine post  
 mortē, [ ipse ] solus [ cōfitebitur tibi: ] & ideo me uiua-  
 ficasti, ut tibi cōfiterer. ¶ Confitebit̄ tibi dico, & aliq̄s  
 illoꝝ

illorum uiuificator factus [ pater ] & doctor alijs, [ fa-  
 ciet filijs ] quos docet [ norā ueritatem tuam ] .i. pro- Ezec. 18  
 missiones tuas, q̄ non uis mortem peccatoris, sed po-  
 tius ut conuertatur, & uiuat: [ sicut & ego hodie ] no-  
 tifico per infirmitatem & sanationem meam. ¶ Et ut  
 possim cōfiteri [ domine ] sicut cœpisti, deinceps [ sal-  
 uum me fac ] & alios, [ & ] communiter [ psalmos no-  
 stros cātābimus cunctis diebus uitæ nostræ in domo  
 domini ] non in excelsis, sicut hucusq; promissisti.

Canticum Annæ.

**E**Xultauit. ] Anna diu perpeffa opprobrium ste-  
 rilitatis ab æmula sua Fenenna & filijs eius, tan-  
 dem fœcūdata, & Samuele filio suo, sicut mos  
 erat, in templo adducto, quasi pro gratiarum actio-  
 ne cecinit hoc canticum domino, in quo etiam pro-  
 phetat salutem, quā dominus tempore ipsius Samu-  
 elis, & per ipsum Samuelem facturus esset Israelitico  
 populo. Per Annam prius sterilem, postea fœcunda-  
 tam, significatur gentilitas, quæ prius despecta à Iudæ-  
 is, postea conuersa, Iudæis est prælata: per Fenennam  
 Iudaicus populus, qui ante à deo acceptus, postea est  
 repudiatus: per Samuelem, Christus, qui futurus erat  
 salus Iudaici populi, id est, omnis credentis. Materia  
 est filius Annæ à deo datus. Modus est, quod ostendit  
 qualiter ipsa Anna pro filio sibi dato se habuerit, sci-  
 licet, q̄d deo datori gratias retulit, & quid per ipsum  
 Samuelē contigit, scilicet, salus populi, & destructio  
 hostium. Intentio est, hortari ad laudem dei, pro im-  
 petratione alicuius beneficij. ¶ Vox Annæ, de acce-  
 pro filio congratulantis: [ Exultauit cor meum in do-  
 mino ] q̄d dedit mihi filium, [ & cornu meum ] .i. de-  
 fensio mea cōtra improperiū sterilitatis, [ exaltatū.

Ccc iij est

est in deo meo ] non in me superbiui, sed in omnibus  
 me gratam exhibui deo. ¶ Et ipsum filium [ os me-  
 um ] quod mihi prius improperantibus respondere  
 nō audebat, mō [ est dilatātū super inimicos meos ]  
 quia habeo quid respondeā æmulæ & filijs eius: ideo  
 exaltata sum, quia lætata sum in salutari tuo ] id est,  
 in filio, quē prouideo salutarem populi tui, per te da-  
 to. ¶ Non est sanctus. Et quia dedit salutarē, per hoc  
 apparet, quod [ non est ] aliquis [ sanctus ut est dñs ]  
 qui tantūdem ualeat. Vere non est æque aliquis san-  
 ctus, [ neq̄ em̄ est alius extra te. ] Nullus est sanctus,  
 nisi per [ te, & nō est ] aliquis [ fortis ] in dandis bene-  
 ficijs, potens [ sicut deus noster. ] ¶ Ergo [ nolite ] tu  
 æmula & filij Philistæi, quos intelligo deuincēdos in  
 sacerdotio filij mei, multiplicare loq̄ sublimia ] sicut  
 usq̄ huc [ gloriantes. ] Non tm̄ noua non multiplice-  
 tis, sed etiā [ uetera ] quæ solebatis p̄ferre, [ recedāt  
 de ore uestro ] ideo recedant, [ quia deus ] om̄ia præ-  
 uidens, cū uos exitum rei non intelligatis, iactantiæ  
 uestræ pœnam præparabit: hoc dicit: quia [ deus scien-  
 tiarum dominus est, & ipsi præparātur ] id est, anteq̄  
 fiant, cognoscuntur [ cogitationes ] hominum. ¶ Et  
 quia nouit cōscientias uestras superbas, & meam hu-  
 militatem, ideo uos deposuit, & nos exaltauit: hoc di-  
 cit: [ arcus ] id est, potestas, [ fortiū ] id est, æmulæ &  
 & filiorum, & Philistinorum, [ superatus est ] p̄ meā  
 fœcunditatē, & per fortitudinē Iudeorū, [ & infirmi ]  
 ego et mei, uel etiā Hebræi, modo p̄ istum filiū [ sunt  
 accincti robore. ] ¶ Et illi, qui [ prius repleti ] fuerant  
 pt̄ate & diuitijs, modo [ p̄ panibus ] quibus saturarē-  
 tur, [ se locauerūt ] & seruiēt ut mercenarij, [ & ] pri-  
 us [ famelici ] ut ego ipsa uel Iudæi, [ saturati sunt. ]

¶ Donec



¶ Donec. Ego paulatim tatum creui, & aduersarij de creuerunt, donec ad maximam uilitatem deuenērūt: hoc dicit: [donec sterilis] id est, ego uel Iudæa potius, impotēs resistere Allophilis, [peperit plurimos, &] illa æmula [quæ multos habuit filios] uel Allophili, qui multos habebāt bellicosos, [infirmata est,] ¶ Et hoc quod ego sum saturata, & illi infirmati, hoc est p [dominū] qui quos uult [mortificat, &] quos uult [uiuificat] & mortificatos [deducit ad inferos] ut ibi perpetuo remaneant, [ & ] quosdam [reducit] quæ præuidebat iustos in Christi resurrectione reducendos. ¶ Dominus] etiam [pauperem facit & dicit] In diuitijs, [humiliat & subleuat] in potestati- bus. ¶ Ipse dico [suscitans de puluere] id est, de inferiori gradu [egenum] sicut me, uel meum populum, [ & de stercore ] id est, de magno opprobrio & abiecti- one [pauperem erigens] in magnam dignitatem. ¶ Ad hoc erigens, [ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat] sicut imperator. ¶ Et ipse potest, [domini enim sunt cardines terræ] hoc est, ultimi fines terræ [ & posuit orbem ] hoc est, te firmamentum [super eos] cardines ¶ Dominus etiam ipse postquā exaltat sanctos [seruabit] ne peccēt [pedes sanctore suorum] id est, fines ipsorum, quia ad bonum finem perducet eos, [ & ] exposito, [impij cōticescent] nō audentes mutire, nec habentes bonum quod pferāt, positi [in tenebris] inferni, iam cōticescent: & [quæ] ille tantum qui [uir] est, [roborabitur] in futuro, & hoc robur erit [non in sua fortitudine] sed dei. ¶ Vir quidem fortis apparebit, sed [aduersarij eius] exper- tes diuinæ fortitudinis [formidabūt] & timidi appa- rebunt ante [dominū, &] ipse existēs [in cælis, tona- bit]

bit ] per tubā archangeli horribiliter [super ipsos] dñs  
 cens: Ite maledicti in ignem æternū. Vel anteq̄ ueni-  
 at ad illud iudiciū, in hoc p̄senti intonabit in cœlis. i.  
 per apostolos, q̄ eis prædicādo annuntiabunt futurā  
 miseriam. ¶ Et nō mirū si formidauerint, quia [do-  
 minus] in illo iudicio [iudicabit omnes fines terræ] id  
 est, cuiuscunq̄ modi homines, & hoc per filium: &  
 hoc dicit: [ & dabit imperiū regi suo ] Christo, [ & ]  
 in illo iudicio [cornu] id est, altitudinē, quod in qui-  
 busdā depressum uidetur, [sublimabit] ut huius hu-  
 manitati omnia subiiciantur, [Christi sui]. i. filij, per  
 Samuelē significati. ¶ Allegorice potest psalmus ita  
 totus legi. Vox ecclesiæ de Gentibus: Exultauit cor  
 meū in domino, q̄a assumpta sum ad fidem: & exalta-  
 tum est cor meū in deo meo, q̄a defensionem habeo  
 cōtra impropertes Iudæos. ¶ Dilatatū est os meum  
 sup̄ inimicos meos, q̄a habeo quid eis respōdeā, ipsos  
 iā excæcatos p̄ meā illuminationē, q̄a lætata sum in  
 saluari tuo, q̄a fidē filij tui saluatoris iusepi. O Iudæi  
 nolite sup̄ me multiplicare loqui sublimia gloriātes.  
 ¶ Et recedāt uetera, quę impropere solebatis. Ideo  
 recedant, quia arcus. i. potentia fortii Iudæorū, est su-  
 peratus p̄ nos, q̄ modo plus intelligimus quā ipsi:  
 & infirmi, id est, nos accincti sumus robore scientiæ.  
 ¶ Et alij Iudæi prius repleti sapientia, modo pro pa-  
 nibus se locauerunt, effecti sunt lumen gentilium, ut  
 panem uitę intellectus acciperent: & famelici genti-  
 les, prius deum ignorantes, saturati sunt scientia.  
 ¶ Tandiu creuit, donec gentilitas prius sterilis, pepe-  
 rit plurimos in fidē: & illa Iudæa, quæ prius multos  
 habebat filios, in cultum dei instructos, infirmata &  
 excæcata est. Et nō mirū si gentilitas ita creuit, quia  
 dñs

Matt. 25

Eccli. 15

dñs hoc fecit, mortificat exceçãdo, et illuminãdo uiuificat: deducit ad inferos mortificatos, reducit uiuificatos. ¶ Et idẽ dñs paupes facit Iudæos, & dirat gẽtles, & humiliat superbos Iudæos, & sublimat gẽtiles humiles. ¶ Suscitãs de puluere, id est, de ignorantia egenum gentilem, & de stercore idololatriæ ipsum pauperem erigens. ¶ Ad hoc, ut sedeat cum principibus, id est, cum apostolis, & solium gloriæ teneat in æterna beatitudine. ¶ Domini enim sunt cardines terre: sicut expositum est usque in finem.

## Canticum Moysi ad filios Israel.

**C**Antemus domino. ] Filij Israel per mare rubrum eductis, quasi pro gratiarum actiõne can- Exo. 15.  
rauit Moyses domino, q̄ inimicos eorum submerferat hoc canticum laudis, & filios Israel cantare docuit, Maria sorore sua præeunte & citharizante, in quo præfigurauit lætitiã sanctorum, qui per baptismum submersis uitijs, euaserunt, & deo gratias referunt. Materia est transitus filiorum Israel per mare Rubrum, & submersio inimicorũ. Modus est, quod ostendit se pro sua liberatione, & hostium submersione deo gratias reddere, & per qd transitus iste contigerit, scilicet, per dexteram & fortitudinem dei: & prophetat etiam quid in ipso itinere post transitum euenturum sit, scilicet, qualiter eos deus ab omnibus in uia obsistentibus liberabit, donec inducat in terrã p̄missionis. Intẽtio est, hortari ad laudem dei p̄pter ipsum transitũ. ¶ Vox Moysi de liberatione applaudẽtis: Cantemus dño, gloriose em̄ magnificatus est ] cũ in Aegypto operatus sit multa, in hac submersiõne hostium clarior apparuit, quia [ equum ], i. totam pompam



pam & superbiam, [ & ascēforem ] id est, ipsum Pharaonē & milites eius [ deiecit in mare. ] ¶ Fortitudo mea. Determinat quis sit ille, qui ita gloriose magnificatus est, scilicet, [ dominus ] quasi ille q̄ ita magnificatus ē, est [ fortitudo & laus mea ] q̄ facit me fortē & laudabilē [ & ] ipse factus est mihi in salutē ] submersis hostibus ¶ Iste ] idē est [ deus ] creator [ meus, & ] ideo [ glorificabo eū ] & nō nouus de⁹, sed [ deus p̄ris mei ] Abrahā & aliorū, [ & exaltabo eū ] & ideo est laudandus. ¶ Dominus. Et potuit proijcere, & esse in salutē, & ipse [ dominus ] est [ quasi uir pugnator ] contra inimicos fortiter pugnans: & si nescitis quis sit, ego dico uobis, [ omnipotens nomē eius: currus ] hic determinat quem equum, & quem ascensorem superius intellexerat: quasi diceret: & quia ē pugnator & omnipotens, ideo proiecit [ currus Pharaonis ] & ipsum Pharaonem cum superbia & pompa sua. & nō ipsum tantum, sed [ exercitum eius ] id est, totum comitatū eius, [ proiecit in mare. ] ¶ Et non tm̄ quoslibet, sed [ electi principes eius submersi sunt in mari rubro ] & quia potuissent submergi, & iterum emergere, addit [ abyssi ] id est, profunditates aquarū [ ope ruerunt eos, de scenderūt in profundum quasi lapis ] id est, ad similitudinem lapidis ad inferiora descēdentis semper. ¶ Dexterā tuā domine. Incipit determinare per quid submersionem illam fecerit, scilicet, p̄ fortitudinem dextræ, id est, operationis suæ: hoc dicit: O [ domine ] ita illi submersi sunt, & in hoc est [ dextera tua ] hoc est, operatio tua [ magnificata est in fortitudine ] id est, in hoc forti opere. Vel, magnificata est in fortitudine, quasi recognita est fortis esse: & uere dextera tua est fortis, quia [ dextera tua ] id ē, operatio

tio & uirtus tua, non casus uel mutatio elementi [p-  
 cussit inimicū] Pharaonē, [ & in multitudine gloriae,  
 tuę ]. i. i. multiplici gloria deposuisti aduersarios meos ]  
 totā familiā Pharaonis. ¶ Misisti irā tuā. Adhuc oñdit  
 q̄liter operatus sit, tu [ misisti irā tuā ] super eos [ quę  
 deuorauit eos ] in aqua, tam cito [ sicut ] ignis uorat  
 [ stipulā, & in spiritu furoris tui ] in turbine uēti, quę  
 iratus immisisti, [ congregatę sunt aquę ] super eos.  
 ¶ Sed priusquam illi ingrederentur, [ stetit unda ]. i.  
 diuisa est aqua, quod est mirū, quia ipsa est in sua na-  
 tura [ fluens: ] & non tm̄ iuxta ripam diuisa est aqua,  
 sed etiam [ in medio mari congregati sunt abyssi ] q̄si  
 murus à dextris & à sinistris, abyssi, id est, profunda  
 res aquarum: & ideo quia uidit aquam stantem, [ di-  
 xit inimicus: Persequar & comprehendam, diuidam  
 spolia ] meis militibus, quę ipsi rapuerunt ab Aegy-  
 ptijs, [ implebitur anima mea ] illis spolijs, uotū me-  
 um satiabo. ¶ Et super ipsos [ euaginabo ] non retra-  
 ham ab occisione [ gladium meum: & interficiet eos  
 manus mea. ] ¶ Ipse ita disponebat, sed [ spūs tuus ]  
 uel turbo, [ flauit ] immisus, [ & operuit eos mare,  
 submersi sunt quasi plumbū in aquis uehementibus. ]  
 ¶ Et quia ita fortiter egisti, o [ domine qs̄ similis tui  
 in fortibus ] id est, inter fortes: & præter fortitudinē,  
 [ quis magnificus ] est [ similis tui in sanctitate: ] &  
 quia ita est [ terribilis atq; laudabilis, & faciens mira-  
 bilia ] sicut tu: ¶ Et in illa submersione [ extēdisti ]. i.  
 magnificasti [ manum tuā ] id est, operationem tuā,  
 & deuorauit eos terra [ id est, spes terre, quia uidebāt  
 terram nudā. ] ¶ Dux fuisti. Hic incipit ostendere p-  
 phetando ex parte, qualiter eos per desertum tradu-  
 xit usq; in terram promissionis: & populo traducto,  
 [ dux

dux fuisti in misericordia tua populo quē redemisti ]  
 ¶ Et portasti eū in fortitudine tua ad habitaculū san-  
 ctum tuū ] .i. in Hierusalē, ubi sanctificaris. ¶ Et inte-  
 rim dū transirent p̄ desertum, [ ascenderūt populi ]  
 in occursum, & nocumētum eis, [ & irati sunt ] quod  
 trāsirent fines eorum: & determinat qui populi, sci-  
 licet, [ dolores obtinuerūt habitatores Philistiim. ]  
 ¶ Et [ tunc conturbati sunt principes Edom ] .i. Idu-  
 maorū, qui de Esau descenderunt: [ robustos Moab  
 obtinuit tremor ] illis transeuntibus, [ obriguerūt ]  
 timore [ omnes habitatores Chanaan. ] ¶ Irruat sup̄  
 eos. Prophetando dicit, quasi diceret: Ipsi timebunt  
 & hoc cōcedo, [ irruat sup̄ eos formido ] mentis, [ &  
 pauor ] corporis [ in magnitudine brachij tui ] in ma-  
 gna fortitudine. ¶ Et oro ut contra Israel [ fiant im-  
 mobiles q̄si lapis donec pertranseat ] .i. per loca eorū  
 trāsseat [ populus tuus dñe ] & non tm̄ per loca quæ-  
 dam, sed [ donec ] om̄ino [ pertranseat populus tuus  
 iste quem possedisti ] usq; in terrā promissionis. ¶ Et  
 sicut oro, ita fiet, quia tu [ introduces eos ] in terram  
 promissionis [ & ] firmiter [ plantabis in mōte hære-  
 ditatis tuæ ] q̄ mōtana Iudææ scilicet, in [ firmissimo  
 habitaculo tuo, quod operatus es dñe ] quod tu illis  
 præparasti. ¶ Et illud habitaculū quod tu illis dedisti,  
 est sanctuariū tuū dñe ] quia ibi sanctificabis [ q̄d fir-  
 mauerūt manus tuæ ] ut quādiu obedirēt tibi, firmis  
 illud tenerēt: & iste [ dñs ] qui ista om̄ia operatus est,  
 [ regnabit in æternū ] .i. quantū aliq; potest cogitare  
 [ & ultra ] quā aliq; potest cogitare. ¶ Et possumus  
 certi esse, quod hæc omnia, quæ adhuc restāt, opera-  
 bitur: q̄d potest uideri per principiū operis, ut exhibi-  
 tio p̄teritorū sit certitudo futurorū: hoc dicit. [ Ingres-  
 sus



sus est enim Pharao cū curribus & equitibus eius in  
 mare, & reduxit sup eos dñs aquas maris ] ¶ Filij autē  
 Israel ambulauerunt per siccū in medio eius. ¶ Alle-  
 gorice potest legi. Vox fidelium in baptismo purifi-  
 catorum, & de diabolo, & uitiorum destructiōe deū  
 glorificantium: Nos purgati in baptismo cātemus  
 domino, gloriose em̄ magnificatus est in hac nostra  
 recreatione, plus quā in prima creatione: ideo can-  
 temus, quia equum, id est, totam superbiam diaboli,  
 & ipsum diabolum ascensorem huius equi, deiecit in  
 mare, quia potestatem quam exercebat super totum  
 humanum genus, in baptizatis perdidit. ¶ Fortitudo  
 mea & laus mea dominus, sicut expositum est: & ipse  
 cum sit creator omnium, factus est creatura, ualens mi-  
 hi in æternā salutē. ¶ Iste deus meus, & glorificabo  
 eum, deus patris mei Abrahę & aliorū: uel caput Chri-  
 sti, qui est pater baptizatorū: Vnde dicit Apostolus:  
 Caput Christi deus. Dominus quasi uir pugnator o-  
 mnipotens nomen eis. currus. s. determinatio est, q̄  
 sit ascensor currus, id est, illos malos, qui multi cōgre-  
 gantur in eadem militia, ad portādum Pharaonem,  
 id est, Beelzebub principem dæmoniorum, & omnē  
 exercitū eius, id est, minores diabolos, proiecit in ma-  
 re, quia iam non habent tantam efficaciam nocendi  
 in baptizatis. ¶ Electi principes eius submersi sunt in  
 mari rubro, in sanguine Chri. ¶ Dextera, Quasi dice-  
 rer: Per filium tuum hæc omnia operatus es: dextera  
 tua percussit inimicum, id est, diabolū: & in multitu-  
 dine glorię tuę. i. in multiplici gloria natiuitatis, pas-  
 sionis, resurrectiōis, deposuisti aduersarios meos ma-  
 lignos spiritus. ¶ Misisti. Adhuc oñdit quomodo de-  
 posuit & submersit: misisti iram tuā, quæ deuorauit  
 eos

I. Co. II.

eos sicut stipulã : & in spiritu sancto ministratore tu  
 furoris, sicut est minister gratiarum, præter ablatam  
 potestatem in baptismo, congregatæ super ipsos ma  
 lignos spiritus & multiplicatæ sunt aquæ, id est, tri  
 bulationes, quod erit in futuro, quãdo torquebuntur  
 in inferno. ¶ Sed interim ante diẽ iudicij stetit unda,  
 & prolõgata est, unda fluens, id ẽ, pœna inundans, quã  
 nondum torquentur. Adhuc augmẽtat pœnam re  
 seruata, dicendo, abyssi, id est, illæ profundissimæ pœ  
 næ, cõgregatæ, id ẽ, reseruata & multiplicatæ in me  
 dio mari. ¶ Et ideo, quia uidit diabolus in hoc præ  
 senti pœnam dilatam, dixit: Persequar istos quos ui  
 deo mihi subtractos, & comprehẽdam per peccata:  
 diuidam spolia, id est, uirtutes auferam: implebitur. i.  
 satiabitur, anima mea, id est, desiderium meum, quia  
 nolo ut in loco unde cecidi, substituatur. ¶ Et si non  
 potero deceptiõibus proficere, euaginabo per meos  
 ministros gladium meum, ut terrore moueantur, &  
 interficiet eos manus mea corporaliter. ¶ Flauit. Ipse  
 ita disponebat persequi & interficere, sed spiritus ru  
 us sanctus flauit & conturbauit eos, et potestatẽ eiu  
 imminuit, & operuit eos mare, aqua baptisimi: & ita  
 operuit, ne rursus resurgerẽt in pristinam potestatẽ:  
 hoc dicit: submersi sunt quasi plumbum in aquis ue  
 hementibus, quæ magnã potestatem habẽt. ¶ Quis  
 similis tui in fortibus domine: sicut expositũ est. ¶ Ex  
 tendisti in baptismo, ita potestate priuasti: & quantũ  
 ad diem iudicij, extendisti, id est, dilarasti, & amplifi  
 casti manum, id est, uindictam tuam, quam illis infe  
 res. ¶ Et illis ita subuersis, & ad maiorem pœnã desti  
 natis, dux fuisti per desertum huius uitæ: post bap  
 tisimũ populo quẽ redemisti pretio sanguinis, in mise  
 ricor-

ricordia tua, id est, in multiplici gratiarum largitione.  
 ¶ Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum  
 sanctū tuum, usque in æternam beatitudinem. ¶ Ad  
 quam beatitudinē dum tenderet, ascenderunt ut eos  
 detinerent populi, id est, multitudo uitiorum, uel ma-  
 lorum hominum, & irati sunt contra eos tribulando.  
 Exponit per partes, malorum: quasi diceret: Et quia  
 uincere non potuerunt, ideo dolores obtinuerūt ha-  
 bitatores Philistiim: Philistiim interpretatur, potiōe  
 cadens, & significat ebrios terrenis, qui sanctos uolūt  
 peruertere: quod quia non possunt, dolent. ¶ Tunc con-  
 turbati sunt principes Edom, id est, sanguineus, qui  
 sanctos psequitur: robustos Moab obtinuit tremor.  
 Moab lege abutens interpretatur, & significat ince-  
 stuosos, & alijs uitijs obnoxios: qui omnes dolent de  
 perseuerantia bonorum, & timent pœnas, quæ p eos  
 annuntiantur: omnes habitatores Chanaan. Chana-  
 an, id est, descensus, & significat in infima uitiorum  
 detrusos, qui dolent, quod non possunt detinere. ¶ Ir-  
 ruat. Quasi diceret: Isti mali ita uolunt sanctos peruer-  
 tere, sed irruat super eos formido & pavor in magni-  
 tudine brachij tui, id est, filij. ¶ Fiant immobiles quasi  
 lapis donec pertranscat populus per hanc uitam, usque  
 ad cœlestem uitam, populus tuus iste quem possedi-  
 sti. ¶ Et ita fiet: introduces eos, & plantabis in monte  
 hereditatis tuæ, id est, in cœlestem beatitudinem, sci-  
 licet, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es do-  
 mine timentibus te. ¶ Illud opus dico, sanctuarium  
 tuum domine, quia nihil coinquinatum intrabit in il-  
 lud. Cætera per se patent.

Oratio Abacuc prophetae pro  
 ignorantijs.

Ddd Domi-



Abac. 3.

**D**omine audiui. ] Abacuc inter cetera prophete suae uerba etiam Christi natiuitatem propherauit, de qua, quoniam magnam utilitatem prouenturam intellexit, hoc canticum exultationis deo cecinit, in quo materiam habet ipsam Christi incarnationem & passionem. Modus est, quod enumerat & determinat bona, quae per ipsam natiuitatem hominibus sunt impensa. Intentio est, hortari ad laudem dei pro incarnatione filii. ¶ Domine audiui ] per internam locutionem [auditionem tuam] id est, illud quod de te audiri facis ab alijs, scilicet, incarnationem filii, [ & timui ] quia rem contra naturam intellexi. ¶ Domine. Quasi diceret: Res quidem mirabilis est, sed iam ulterius inde mirabor, quia intelligo te potentem, ut facias contra naturam: hoc dicit: [opus tuum domine] est [istud] id est, tuae omnipotentiae congruum: & hoc opus tuum domine [uiuifica] id est, uiuidum & potens ostende, & efficax, & pluribus notum: quod quidem tempore meae sterilitatis non contingeret, sed [in medio annorum] in plenitudine temporum, quando erit quasi cor annorum. ¶ In medio annorum. ] Quasi diceret: Et sicut ego oro, ita tu [facies notum] illud opus, id est, illam incarnationem, [recordaberis] in operis adimplerione, [misericordiae] primo homini positae, sed propter peccatum subtractae, & quasi obliuioni datae, [cum] prius [iratus fueris] homini ipsi. ¶ Deus. Quia occulte locutus erat in aenigmate, ideo aperte determinat quod opus, & quam auditionem intellexerat. [Deus ab austro] id est, ab Aegypto, unde auster flat, [ueniet] ad terram Israel defuncto Herode. Vnde dicit: Ex Aegypto uocaui filium meum: [ & ] ipse idem [sanctus] ueniet [de monte Phara.] Phara.

Mat. 2.

Osce. 11.

Pharan locus est in Aegypto, qui Pharos dicitur, turris in ora maris: unde reges terræ illius Pharaones dicuntur. Deus, ex natura patris: sanctus, ex humanitate. ¶ Operuit cælos. Et ille cū deus & sanctus sit, [gloria eius operuit cælos] id est, illos qui maiores sunt, obtenebrat sua claritate: & etiam illuminat minorem lucem illorum, maiori lumine suffundens, [ & terra] tota [plena est laudis eius] id est, terreni laudant eum, uel per eum laudabiles fiunt. ¶ Splendor eius. Ecce de passione: & postquam [splendor, eius] per totū mundum [ur lux erit] tunc [cornua] crucis erūt [in manibus eius.] ¶ Et quamuis ita magnus, tamen poterit crucifigi, quia [ibi] id est, in tempore passionis, [abscondita est fortitudo eius] quando se totum tradidit in potestatem crucifigentium: & ex hac crucifixione magna utilitas proueniet, quia illo resurgēte [ante faciem] id est, præsentiam [eius, ibit mors] & destruetur, quia per eum facultas resurgendi omnibus datur. ¶ Et per eius resurrectionē [egredietur diabolus] fortis armatus de domo quam prius possederat, [ante pedes eius,] ubicūq; ipse per inspirationē inceserit: & diabolus perdens ius suum, [stetit, &] erectus in immortalitatem, & impassibilitatem, [mensus est terrā]. i. per mensuram, quos uoluit, de terra accepit: quos noluit, reprobauit. ¶ Et [aspexit]. i. merita singulorum pensauit, [ & dissoluit gentes] à frigore infidelitatis, [ & montes seculi]. i. potētiores & superbiores in hoc mundo, [sunt contriti]. i. recognoscendo peccata, humiliati & ualde compuncti. ¶ Et etiā [colles mundi]. i. seculari potentes, [sunt incuruati] ad pœnitentiam, [ab itineribus æternitatis eius] per itinera, q̄ facit æternitas in mūdo, prædicando p̄ ipsam

Ddd ij huma-

22

Lucæ. 11.

humanitatem Christi, & per eius apostolos. ¶ Vidi etiam. i. id est, prophetico spiritu intellexi, qđ tētoria Aethiopiæ] hoc est, illi, qui nigri sunt in uitrijs, & in tētorijs morantur assidue, in illis militantes, turbabuntur per pœnitentiam [pro iniquitate] sua præterita: & etiam [turbabuntur] per pœnitentiam [pelles] id est, militantes in tentorijs, quæ fiebant de pellibus: pelles dico [terræ] id est, possessę a terrenis, qui sunt [Madian] id est, declinantes iudicium, id est, non credentes se puniri propter peccata. Madiã est populus, qui obstitit Israeli ingredienti terram promissionis, & significant illos, qui sanctis tendentibus ad beatitudinem, impedimenta parant. ¶ Nunquid, Determinat per quid ista cōuersio fiat, scilicet, per doctrinam & baptismū, quod sic dicit: [Domine] qui prius uindictam tuam in aquis diluuij exercuisti, & aquas Aegypti in sanguinem conuertisti, & aquas maris super Aegyptios inuertisti, [nunquid] adhuc [iratus es in fluminibus] scripturarum, ut conuertas eas in sanguinem, id ē, in falsum intellectum literalem, ut potatos occidat: quasi diceret: Non est amplius iratus, sed iam est uerus & salubris intellectus: [aut] nūquid est adhuc [furor tuus] id est, continuatio iræ tuæ, sicut prius exercuisti iram tuam, ita modo exerceas continue [in fluminibus] iram tuam: quasi diceret: Non, sed sicut prius cōtinue iram tuam exercuisti per aquas, ita modo cōtinue per doctrinas scripturarum misereris: [uel] est adhuc [in mari indignatio tua?] Non est, sed sicut in mari Pharaonem & suos occidisti, ita ex opposito hoīes in baptismo modo saluos facis. ¶ Qui ascendis. Ecce quomodo facis scripturas salubres: qđ si ita dico: [qđ ascendis super eqs tuos] .i. sup apostolos

tuos,

Gen. 7.  
Exo. 14.



tuos, qui te per mundum ferunt, [ & quadrigæ tuæ saluatio ] scilicet, quatuor euangelia, sunt saluatio populi tui. Euangelia quadrigæ dicuntur propter quatuor de Christo prædicata, natiuitatem, passionem, resurrectionem, & ascensionem. ¶ Et per eos equos [ suscitans suscitabis ] continue [ arcum tuū ] id est, ueterem legem, quæ prius erat inutilis ad literam intellecta: modo per legem nouam intendisti, & quasi chordam in arcu posuisti, & ad notitiam multorum direxisti: & etiam suscitabis [ iuramenta ] id est, firmas promissiones, [ quæ locutus es ] non uni tantum, sed multis [ tribus ] sicut Isaac & Iacob, & alijs, dicendo: In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, uel oēs Gen-  
 tes. ¶ Fluuios scindes. Et per illam doctrinā legis suscitātā [ scindes ] id est, falsificabis, [ fluuios terræ ] id est, abundantes doctrinas terrenorum, qui uolunt negare partum uirginis, & alia huiusmodi: & cum ira scindes, [ uiderunt te aquæ ] id est, in multisona sapientia affluentes: [ & ] ipsi quidem dicti [ montes ] præsuperbia, [ doluerunt ] pro falsificata mortificata sapientia: & illis infirmatis, [ gurges aquarum transit ] id est, abundantia impetus tuæ doctrinæ per omnes illorū caullationes inuiolata transit, usq; ad terminos mundi. ¶ Et in illo trāsitu [ abyssus ] in seculari scientia, profundissimi, ad detinendū [ dedit uocem suam ] id est, falsam disputationē: & cum per fallaces disputationes non posset uincere [ altitudo ], .i. superbi & potentes, [ leuauit manus suas ] percutiēdo. ¶ Sed tamē [ sol ] id est, ipse Christus, [ & luna ] .i. ecclesia, contra illos impugnantēs firmiter [ steterunt in habitaculo suo ] in soliditate mentis suæ: & per hoc quod ita steterunt, [ ibunt ] Gentes ad fidem [ in luce sagittarū tuarū ], .i.

Gen. 22

apostolorum, & maxime ibunt [ in splendore fulgurantis hastæ tuæ ] id est, per prædicationem Christi, qui fuit quasi fulgurans hasta ad comparationem sagittarum. ¶ Et hoc mitibus & pacificis uerbis illi noluerunt conuerti, tu uero [ conculcabis ] & conuincendo cōuertes [ terram ] id est, illos terrenos, [ in fremitu ] id est, in fremēte & uiolenta prædicatione. [ & obstupescies ] id est, stupidas & immobiles quantum ad priora opera reddes illas [ Gentes ] gētilitati deditas, [ in furore ] id est, in furenti & comminanti prædicatione, quando comminaberis infernales pœnas.

¶ Et tum bene poteris facere, quia cum tu prius esses in occulto, paucis cognitus, modo per incarnationem filij [ egressus es in salutem ] multorum, ualēs in salutem [ populi tui, in salutem cum Christo tuo ] quasi diceret, p Christum dabis illam salutem. ¶ Populo tuo es in salutem, sed [ caput ] id est, diabolum, [ percussisti de domo impij ] id est, de cordibus malorum : [ & ipsum fundamentum eius ] .i. illos in quibus fortiter erat fundatus, [ denudasti ] ab illo diabolo [ usque ad collum ] ipsius diaboli uinciendum & puniendum æternaliter: per simile loquitur, sicut aliquis captiuus, qui ad pœnam ducitur per collum ligatus. ¶ Et interim tamen dum nō dimittis ita æternaliter [ maledixisti sceptris eius ] .i. minuisti potestatem eius, quam prius exercebant in omnes: & maledixisti [ capiti beliatorum eius ] id est, illis principibus, qui inter bellatores & persecutores sunt capita & maiores: capiti dico & sceptris [ uenientibus ad dispergendū me ut turbo ] mare concurrit. ¶ [ ipsi ueniunt ad dispergendum, sed nihil lucrabuntur: quia si occidunt corpus, animā occidere non possunt: hoc dicit: [ exultatio eorum ]

perfe-

persequentium me, [sicut] exultatio [ipsius, qui deuorat pauperem in abscondito] loco: & cum ille prius credidisset illum esse diuitem, & per mortem illius se habiturum diuitias, illo interfecto, recognoscit pauperem esse, & ideo nihil esse lucratum. ¶ **Viam.** Vere exultatio eorum inanis est, quia per medium eorum persecutorum [fecisti equis tuis] id est, sanctis te ferentibus, [uiam] & transitum [in mari] id est, in mundo, scilicet, [in luto aquarum multarum] in loco ubi sunt aquae multae, carnales concupiscentiae, quae generant lutum, in quo pedes affectionum infiguntur, sed sancti bonarum planta affectionum lutum huiusmodi egrediuntur. ¶ **Audiui.** Quasi diceret, sancti transeunt, sed tamen in hac uia tribulantur grauiter: hoc dicitur [audiui] quid in hac uia contra transeuntes machinetur, [ & uenter meus] id est, infirmitas carnis meae, [conturbatus est] ex fragilitate carnis meae, & [labia mea contremuerunt] id est, in timore carnis annunciauerunt uerbum dei [a uoce] illorum audita, id est, intellectis quas illi praeparabant. ¶ **Ingradiatur.** Caro timuit, sed tamen non ideo cessabo, potius [ingradiatur putredo] etiam subter me corruptio [in ossibus meis] usque etiam ad ossa: [ &] ipsa putredo etiam [subter me scateat] hoc est, ante permitterem me ita affligi, ut uermes de corpore meo effluerent. ¶ **Idco patior,** [ut in die tribulationis] quando illi persecutores torquebuntur in inferno, [requiescam & ascendam] in caelum [ad populum accinctum nostrum] ad consortium illorum, qui fuerunt populus noster, id est, nobis in fide & operibus similes, qui fuerunt in hac uita bene succincti & praeparati. ¶ **Ficus.** Et uere tribulantur, omnia enim bona quae in hoc mun-



do amauerunt, ibi perdēt: quod exequitur per partes terrenorum: [ Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis. ] ¶ Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum. ¶ Abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. ] ¶ Ego autem, Illi suis bonis perditis contristantur, [ ego autem ] adepta beatitudine [ gaudebo in domino, & exultabo in deo Iesu meo. ] ¶ Et idem [ deus dominus ] est [ fortitudo mea ] in hoc præfenti, [ & ponet ] in hac uita [ pedes meos quasi ceruorum ] ita cito ascendere faciet, sicut ceruus cito ascendit, [ & deducet me uictor ] in futuro [ super excelsa ] cæli [ in psalmis canentem. ]

## Canticum Moysi.

**A** Udite cæli. ] Prædixerat dominus Moysen moriturum esse, & post mortem suam Israel in terram promissionis inducendum, & ibi peccaturum, ut & alienos deos adoraret, quare mirabiliter deus eos affligeret: quare ne uideretur ex impotentia dei esse, qui prius protexerat eos, præcepit dominus scribi, illud contingere propter peccata sua, non propter dei impotentiam, qui peccantes affligit, & ab inimicis permittit conculcari: & ideo scribi uoluit, ut etiã de sequētibus idem crederetur, quod quando puniuntur, & à deo deseruntur, pro peccatis est eorum: neque debet deo imputari, qui si non peccarent, custodiret eos. Enumerat autem hic Moyses bona quæ deus fecit eis, & contra mala quæ ipsi reddiderunt ei, etiam postquam tot periculis ereptos, induxit in terram promissionis, unde meruerunt grauius puniri, & ab hostibus conculcari. In prima parte ostēdit hæc quæ hic docet, ualde esse utilia, unde tam maiorum quàm minorum inuocat testimonium: & hoc est: ¶ Audite cæli

Deu. 32.

C  
E

cœli quæ loquar, audiat terra uerba oris mei: ] quasi  
 diceret: Omnes audiant, & cognoscentes uerum esse  
 approbent, & posteris annuntient. ¶ Concreſcat in  
 pluuiam doctrina mea. ] Ecce quod utile est, corda  
 auditorum ſterilia concreſcere facit & fœcundari, ſi-  
 cut aqua terram: [ ſuat ut ros eloquium meum ] ad  
 utilitatem ite am terrenorū, qui de iudicijs dei male  
 ſentiant. ¶ Quasi imber ſuper herbam, & quasi ſtillæ  
 ſuper gramina, quia nomē domini inuocabo: ] quasi  
 diceret: Omnes audire debetis, quia inuocabo testi-  
 monium eorum quæ dico, nomen domini. ¶ Date.  
 Hic incipit narrare, quæ bona fecit illis, unde prius  
 inuirat eos ad bene operandum: & hoc eſt: [ Date ma-  
 gnificentiam deo noſtro ] id eſt, extollite quātum ad  
 uos, eum qui in ſe magnus eſt, quod debetis, quia oīa  
 [ opera dei perfectā ſunt ] in omnibus quæ fecit eſt  
 perfectio, [ & omnes uiæ eius ] quibus uenit ad ho-  
 mines, ſunt [ iudicia ] recte diſpoſita, & ſi quædam oc-  
 culta. ¶ Deus fidelis, & absque ulla iniquitate: [ com-  
 mēdat eum, [ iuſtus ] etiam eſt deus, [ & rectus ] hoc  
 eſt, uiæ eius. ¶ Vel ſi iuſtus & rectus, [ peccauerunt  
 ei ] quia etiam illi qui iuſti uidentur, peccatores ſunt  
 comparatione: [ & non ] id eſt, nunquid etiam [ filij  
 eius ] ſunt [ in ſordibus? ] ſunt utiq; etiam illi qui ui-  
 dentur filij. Vel ſic: Iuſtus eſt, rectus eſt dominus, &  
 non filij peccauerunt ei, & illi non filij eius ſunt in ſor-  
 dibus. ¶ Generatio praua & puerſa ] Increpatio: q̄ſi  
 diceret: Illi non filij ſunt praua generatio, [ hec cine  
 reddis domino popule ſtulte & inſpiens? ] mala ſci-  
 licet & peruerſa. ¶ Nunquid nō ipſe eſt pater tuus? ]  
 quasi diceret: Non deberes hæc reddere, quia pater  
 tuus multa fecit tibi: & hoc eſt: [ qui poſſedit te ] re-

gēdo [ & fecit et creauit te ] Præposterus ordo. ¶ Memento dierum antiquorū in quibus bona exhibuit, [ cogita generationes singulas ] quibus singulis bene fecit. ¶ Interroga patrē tuū & annūtiabit tibi, maiores tuos ] post Abrahā, Isaac, deinde Iacob, & sic per singula [ & dicēt tibi ] bona q̄ fecit antiquis. ¶ Quādo diuidebat. Subdit quē fecit .i. qm̄ altissimus diuidebat Gentes: non ante cōstitutionem turris legitur facta diuisio Gentium, sed tunc cœpit: & quot fuerunt capita & principes in gigantibus illis, tot diuisiones linguarū factæ sunt in eis. In Hebræo, & in suis remāsit lingua Hebræa, q̄a non cōsensit alijs. Postea adeo imminutus est ille numerus colentium unum deū, ut tempore Abrahæ nix inuenirentur duodecim. Ipsi etiā dictū est. Exi de terra tua, & de cognatiōe tua: & hoc est: qm̄ altissimus diuidebat Gentes ] .i. quando separabat filios Adam ] per linguarum uarietatem facta est separatio illa: & quando [ cōstituit terminos populorū ] Suspensive usq; illuc: Pars autē domini, &c. scdm̄ linguas terminantur populi, per quas est principalis diuisio, quod post ea sub eadem lingua diuisi sunt populi: sub diuisione iuxta numerū angelorū dei ponūt aliq; quia singulis populis delegati angeli ad custodiā, & iuxta numerum illorum angelorum est numerus populorum maiorū: & etiam infidelibus populis delegantur angeli ad custodiendum primam naturam in illis, quæ bona est creatura dei. An unusquisq; hō habeat angelū, nō est certum nobis. is est sensus, [ iuxta numerum filiorum Israel ] ut angeli uocētur filij Israel. Vel iuxta numerū filiorū Israel, q̄a tot animas induxit Israel. i. Iacob, in terram Aegypti, .i. septuaginta, id est, tot sunt uarietates linguarū & scdm̄ linguas



quas populorum. ¶ Pars autem domini. Quasi diceret: Alios sub angelis constituit, sed [populus dñi est pars eius] quia eū spiritualiter quasi in manu sua custodiuit, cui tamē familiarem suū Michaelem delegauit, [ & iacob. ] Hic est ille populus [funiculus hereditatis eius] quem sibi inhabitandū elegit. ¶ Inuenit. Subdit adhuc bona quę fecit populo illi [inuenit eum in terra deserta] Abrahā Huz Chaldaeorū populū suū in Aegypto, [in loco horroris] .s. deserto, [ & uastæ solitudinis circūduxit eū & docuit, & custodiuit q̄si pupillā oculi sui. ] Sicut aquila, puocans ad uolandū pullos suos, et sup eos uolitās ]ne uel calor, uel uetus noceat eis, sic deus facit suis, [expādit] longe [ alas suas ] protectiones, [ & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis. ] ¶ Dñs solus dux eius fuit ] quasi diceret: Ipse totū fecit, [ & nō erat cū eo ] [populo] [deus alienus. ] Postq̄ enim uenit ad deos alienos, destructus est. ¶ Cōstituit eū super excelsam terrā ] Hierusalem, quæ in uertice est, uel ecclesiam, [ ut ] ibi [comederet fructus agrorum] tā corporales q̄ spirituales. ¶ Et [ ut sugeret mel de petra ] & si ad literam sit lapidosa terra illa, tamen abundat ibi mel, & inuenitur in arundinibus : de significato patet, [oleumq; de saxo] quia inter saxa oleæ crescunt. ¶ Butyrum ] corrupte, quasi bonis caseū, [ de armento ] butyrum doctrina maior[ & lac de ouibus ] doctrina in minoribus, [ cum adipe ] interiori deuotione, [ agnorū & arietum ] maior[ & minor[ filiorum Basan. ] Terra Basan pascuosa est, & est ultra Iordanē, in quibus tribus duæ habitauerunt. ¶ Et hircos ] per q̄s pœnitētes significantur, [ cū medulla tritici, & sanguinem uuibiberent ] ad literam sunt rubicundæ : mysticum patet.


tet. ¶ In crassatus ] cum sic abundaret, superbiuit in dijs  
 alienis, id est, idolis à deo diuersis. ¶ Deum qui te ge-  
 nuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui ]  
 Increpatio interposita: ¶ Vidit dominus, & ad iracū-  
 diam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij &  
 filia. ] Narrationem repetit. Vidit mala quæ facie-  
 bant, [ & ait: Abscondam faciem meam ab eis: ] pri-  
 us illuminabar, dum facies sua ad eos erat conuersa:  
 sed faciem abscondit, dum auxilium subtrahit: [ &  
 considerabo nouissima eorum ] quia præcipitantur  
 in grauissima mala. ¶ Et merito, quia [ generatio p-  
 uersa est, & infideles filij. ] ¶ In eo qui non est deus ]  
 id est, colēdo idolū pro deo quod nō est deus: [ in eo  
 qui nō est populus ] id est, recipiendo Gentes qui nō  
 est populus meus. ¶ Hic prophetat cōuersionē Gen-  
 tium, [ in gēte stulta ] id est, gentilibus qui stulti erāt  
 prius, dum sine cultu dei uiuebant, [ irritabo ] ut inui-  
 deant illis receptis ad fidem [ & ardebit usque ad in-  
 ferni nouissima. ] In præsentī enim incipit pœna ma-  
 lorum duratura in aeternum: neque punit deus bis.  
 ¶ Propter hoc in idipsum [ deuorabit terram ] id est,  
 terrenos. ¶ Cōgregabo ] multiplicabo. ¶ Fame. ] illi  
 in deserto corporali significato per illos spūali, aues  
 materiales deuorauerūt eorum prostratorum in de-  
 serto. Dæmones sunt aues, qui deuorāt spiritualiter.  
 ¶ Trahentium super terram atque serpentium ] hoc  
 est, qui sunt serpentes in terrenis & uoluptuosus, [ fo-  
 ris uastabit eos gladius, & intus pavor ] ita ad literā  
 factum est in illis: idem spiritualiter fit, quia exterius  
 a filiguntur, interius torquebuntur: [ iuuenem ] nec  
 sexui nec ætati pepercit. ¶ Et dixi. Cum hæc mala fie-  
 rent, eis [ dixi ] id est, uidētes hoc dicere feci: [ ubinā  
 sunt

sunt? ] illi qui prius à deo potentes fuerunt, [ cessare  
 faciam ] uerba dei. ¶ Hoc fiet in futuro [ sed ] interim  
 [ propter iram inimicorū distuli ] id est, propter gen-  
 tiles qui hoc sibi imputarent. ¶ Gens absque ] uerba  
 Moyli totū de illis. ¶ Quomodo persequebatur unus  
 mille. ] Hoc prius faciebant, sed conuerso modo fit  
 in eis: ¶ Et hoc [ ideo, quia deus ] qui prius [ suus, uen-  
 didit eos ] id est, à se alienauit, [ & dominus conclu-  
 dit eos ] inter hostes, ita ut non possint liberari. ¶ Et  
 inimici etiam nostri sunt iudices ] & testes de hoc, quia  
 nunquam audebant eos inuadere, nisi quando scie-  
 bant deum eis iratum propter peccata. ¶ De uinea So-  
 domorum ] est [ uinea eorum ] quia de mala radi-  
 ce eorum sunt progeniti, & similes illis, [ & botrus: ]  
 fœmininum est, de illis quæ apud Græcos in os desi-  
 nūt, & apud nos fœminini sunt generis, ut synodus,  
 &c. ¶ Nonne hæc condita sunt? ] Verba dei, quasi di-  
 ceret: Hæc quæ fecerunt, non sunt abscondita mihi  
 [ in thesauris meis ] id est, in secretis dispositionibus.  
 ¶ Tempore conuenienter à me disposito [ ut labatur  
 pes eorum ] peccent in præsentem. ¶ Iuxta est dies ] id  
 est, prope est, [ & tempora ] quibus punientur, [ festi-  
 nant adesse ] id est, appropinquant. ¶ Videbit ] id est,  
 uideri faciet, [ quod infirmata sit manus, id est, ope-  
 ratio, uel ad defendendum contra hostes, [ & clausi ]  
 inter muros, ut defenderent se, scilicet, fortiores [ re-  
 sidui ] minores & debiliores: & dicent hæc uidentes.  
 ¶ Leuabo ad cælum manum ] hoc de Christo ascen-  
 dente, uel de suis quos ascendere facit. ¶ Vivo ego in  
 æternum. ] Ecce iuramentum dei, & supponit quid  
 iurat, sic: ¶ Si acuro ] quod uere erit. ¶ De cruore oc-  
 cisorū ] scilicet, inebriabo sagittas [ & de captiuitate  
 capi-



capitis ] id est, qui est caput inimicorū: capitis dico ]  
 [ nudati ] tunc omni potestate sua priuati. Verba tra-  
 cta sunt de hoc quod captiui tondebantur & uende-  
 bantur. ¶ Laudate gentes populum eius, quia san-  
 guinem seruorum suorum ulciscetur. Et uindi-  
 ctam retribuet in hostes eorum, & propitius  
 erit terræ populi sui. Gloria patri & fi-  
 lio & spiritui sancto, Sicut erat in prin-  
 cipio, & nunc, & semper, & in se-  
 cula seculorum. Amen.

COMMENTARIOR VM D. HAY  
 MONIS IN PSALTERIUM, SI-  
 MUL ET IN CANTICA ALLI-  
 QUOT, QVIBVS ECCLE-  
 SIA PERINDE ATQVE  
 PSALMIS DAVIDICIS  
 VTITVR, FINIS.



OCN 51642252



